











Die Bauten der Hohenstaufen in Unteritalien

herausgegeben

vom

Kgl. Preussischen
Historischen Institut in Rom

Ergänzungsband II

Eduard Sthamer

Dokumente zur Geschichte der Kastellbauten
Kaiser Friedrichs II. und Karls I. von Anjou

I

Leipzig
Verlag von Karl W. Hiersemann
1912

Dokumente zur Geschichte der Kastellbauten Kaiser Friedrichs II. und Karls I. von Anjou

bearbeitet

von

Eduard Sthamer

Band I

Capitinata (Capitanata)



Leipzig
Verlag von Karl W. Hiersemann
1912


LIBRARY
UNIVERSITY OF TORONTO

Vorbemerkung.

Der gewaltige Umfang des Materials, das die Nachforschungen im Staatsarchiv zu Neapel zu Tage förderten, machte es unmöglich, unsern ursprünglichen Plan einer Publikation der Dokumente in extenso durchzuführen. Es blieb danach nur der Weg übrig, die Aktenstücke stark gekürzt vorzulegen, ein Verfahren, das sich um so mehr empfahl, als die Register selbst schon durchweg eine verkürzte Form der Mandate und anderen Schreiben bieten. Und da wir lediglich für die Geschichte der Kastellbauten eine gesicherte urkundliche Grundlage schaffen wollen, konnten wir sogar noch über die Kürzungsmethoden der Register hinaus zu weiteren Kürzungen schreiten, ohne unserm Grundsatz untreu zu werden, daß überall die Worte der archivalischen Vorlage festzuhalten seien, auch an deren Reihenfolge nichts verändert werden dürfe. Wir haben also nur solche Stellen gestrichen, die entweder rein formelhaft waren, oder [illegible] fortgelassen werden konnten, ohne den Inhalt irgendwie zu berühren, soweit er für unsere Aufgaben in Betracht kam; so z. B., neben zahlreichen Tautologien, die Wiederholungen weitschweifiger Wendungen, die die Kanzlei für nötig hielt, damit der Adressat nicht aus der Knappheit der Form Vorwand nehmen konnte, den Befehl mißzuverstehen und unausgeführt zu lassen, während für uns alle solche der Deutlichkeit dienende Wiederholungen überflüssig sind, da sie sachlich nichts Neues bieten. Wer sich davon im einzelnen zu überzeugen wünscht, wie beim Kürzen verfahren ist, mag eines der bei Schulz in extenso gedruckten Aktenstücke mit der gekürzten Wiedergabe in unserer Sammlung vergleichen, z. B. Schulz IV 40 n. 97 mit unserer n. 29 oder IV 48 n. 122 mit unserer n. 140.

Die Stellen, an denen gekürzt ist, sind durch drei Punkte (. . .) bezeichnet. Doch konnte dies überall da unterbleiben, wo schon die archivalische Vorlage niemals, oder doch fast niemals, die volle Form bietet, nämlich in der Adresse und beim Datum. Wir haben an diesen beiden Stellen die Angaben auf ein Minimum beschränkt, ohne dies im einzelnen durch Punkte kenntlich zu machen. Da wir dabei überall dieselbe Methode angewandt haben, mag es genügen, hier generell darauf hinzuweisen.

Bei einer großen Anzahl von Dokumenten konnte in der Kürzung sogar noch weiter gegangen werden, wenn ihr Inhalt schon durch ein anderes Stück vollständig erschöpft war, so daß es sich nicht einmal gelohnt hätte, auch nur einen Auszug in die Aktensammlung aufzunehmen. In diesem Falle wurden nur Adresse, Signatur und Datum gegeben, mit einem Verweise auf das Aktenstück, aus dem der Inhalt zu ersehen ist. Wo schon bei der Registereintragung durch die Formel „[illegible]“ der Inhalt bezeichnet war, wurde diese Form der Registrierung beibehalten, doch so, daß auch hier nur die allernotwendigsten Bestimmungen angegeben wurden.

Zusammengehörige Aktenstücke vom gleichen Datum wurden unter einer Nummer zusammengefaßt. Lange Dokumente haben wir zum leichteren Verständnis durch Paragraphen und Absätze gegliedert.

Offenbare Irrtümer sind stillschweigend verbessert; wirkliche Abweichungen von der archivalischen Vorlage aber in den Varianten notiert. In der Schreibung der Zahlen wurde ein einheitliches Prinzip durchgeführt, indem die Angaben des Tagesdatums und der Indiktion in römischen, alle übrigen Zahlen aber in arabischen Ziffern ausgedrückt wurden.



Inhaltsverzeichnis.

Auflösung der Abkürzungen in den Zitaten.

AP = Arche in pergamena *(im Staatsarchiv zu Neapel).*

Carcani = Constitutiones regum regni utriusque Siciliae mandante Friderico II. imperatore per Petrum de Vinea concinnatae cum Graeca earumdem versione, quibus nunc primum accedunt assisiae regum regni Siciliae et fragmentum quod superest regesti eiusdem imperatoris ann. 1239 et 1240. *(Ed. C. Carcani).* Neapoli 1786.

Del Giudice = G. del Giudice, Codice diplomatico del regno di Carlo I. e II. d'Angiò. I Napoli 1863. II, 1 Napoli 1869, III Napoli 1902.

Di Meo, Annali = A. di Meo, Annali critico-diplomatici del regno di Napoli della mezzana età. I—XII. Napoli 1795—1819. Apparato cronologico agli annali del regno di Napoli della mezzana età. Napoli 1785.

Durrieu = P. Durrieu, Les archives angevines de Naples. I—II. Paris 1886. 1887. (Bibliothèque des Ecoles Françaises d'Athènes et de Rome. 46. 51.).

FA = Fascicoli Angioini *(im Staatsarchiv zu Neapel).*

Gazette des BA = Gazette des Beaux-Arts.

Giustiniani = Giustiniani, Dizionario geografico-regionato del regno di Napoli. I—X. Napoli 1797—1805.

Huillard-Bréholles = A. Huillard-Bréholles, Historia diplomatica Friderici secundi. I—VI. Paris 1852—61.

RA = Registri Angioini *(im Staatsarchiv zu Neapel).*

RF = Regestum imperatoris Frederici II. ann. 1239 et 1240 *(im Staatsarchiv zu Neapel).*

Schulz = H. W. Schulz, Denkmäler der Kunst des Mittelalters in Unteritalien, herausgegeben von F. von Quast. I—IV und Atlas. Dresden 1860.

SM = Syllabus membranarum ad regiae Siclae archivum pertinentium I *(herausgegeben von A. A. Scottus).* Neapoli 1824. II, 1 und 2 *(herausgegeben von A. de Aprea).* Neapoli 1832. 1845.

Castrum Castellucii.

(Castelluccio.)

1.

Gedruckt: Del Giudice III 79 n. 39 (aus FA). *vor Lucera 1269 Juni 21.*

Iusticiario Basilicate. Cum pro defensione fidelium ipsarum partium castrum Castellucii providerimus reparandum et etiam muniendum ac ordinaverimus, quod homines Melfie, qui, cum[a]) debuerint custodire stratas, de ipsorum custodia defecerunt, solvant stipendium 25 equitibus in dicto castro Castellucii moraturis: . . . (mandamus), quatinus . . . 50 unc. aur. . . . recipias a dictis hominibus Melfie et, si ipsas . . . habere non poteris, illas de . . . pecunia curie . . . vel . . . de tua propria exibeas pro uno mense Guilielmo de Ylanda militi, qui debet in predicto castro cum ipsis 25 equitibus . . . commorari, ipsamque pecuniam recipias[b]) postmodum ab hominibus Melfie . . .. Dat. in castris in obsidione Lucerie XXI. iunii XII. ind.

[a]) *fehlt Del Giudice.* [b]) *Del Giudice:* receperis.

2.

RA 1269 B n. 4 f. 92b. — Del Giudice III 79 nota 1. *vor Lucera 1269 Juni 22.*

Universis hominibus Bivini, Montis Ylaris et Deliceti. Cum pro defensione vestra . . . castrum Castellucii providerimus[a]) reparandum et etiam muniendum: . . . mandamus, quatinus Guilielmo de Landa . . ., quem cum 40 equitibus in castro predicto Castellucii facimus commorari, in hiis, que ad guerandum et offendendum Saracenos ac defendere vos et fideles necnon et ad custodiendum stratas pertinent, pareatis . . .. Dat. in obsidione Lucerie XXII. iunii XII. ind.

[a]) viderimus.

Cornetum.

(Corleto.)[1])

3.

RA 1269 D n. 6 f. 85b. *Melfi 1269 September 12.*

Magistro iurato, baiulis, iudicibus et universis hominibus Corneti. . . . mandamus, quatinus . . . omnes muros factos hactenus in circuitu terre vestre ad defensionem ipsius, sive veteres sive novos, funditus diruatis et fossata totaliter explanetis, ita quod usque ad 15 dies ab hodierno die . . . predicti muri omnes sint diruti et fossata etiam explanata, cum satis vobis sufficiat et aliis nostris fidelibus nostre potentie fortitudo nec alia munitione indigeat terra vestra. Dat. Melfie XII. septembris XIII. ind.

[1]) *Über die Lage vergl. Di Meo, Annali XII 321.*

Castrum Crepacordii.

(Crevalcuore.)[1])

4.

RA 1269 B n. 4 f. 118ab. – Del Giudice III 98 n. 52. *vor Lucera 1269 Juli 9.*

Magistris iuratis, baiulis, iudicibus et universis hominibus Ariani, Montisfusculi, Padule, Apicii, Montiscalvi, Zunculi, Casalbule, Flumarii, Vici et casalium ipsorum, Cripte et Ripelonge. *[1]* Cum ad custodiam et defensionem vestram mandaverimus refici castrum Crepacordii et muniri militibus nostris et peditibus, ut Sarraceni non possint vos et res vestras recipere vel aliter ledere: . . . mandamus . . ., quatinus 200 servientes . . . ad bellandum et morandum ibidem et 500 alios cum securibus sive cunnatis et palis et zappis, magnariis et omnibus aliis necessariis ad faciendum fossata et clausuram dicti castri sive palicias seu paliciatos et ad reficiendum dictum locum . . . apud Montemcalvum transmittere debeatis, ita quod ibi congregatos omnes ad plus die dominico XIV. mensis iulii deinde venient ad dictum locum Crepacordii . . .. *[2]* et volumus etiam, quod in numero vestro sint castrum s. Severi et Montismali, licet superius propter oblivionem non fuerint denotata . . .. *[3]* volumus . . ., ut etiam castrum Pulcarini, Monsfalconis, Petra maior, Castellum Francum, Amandum, que castra non sunt superius nominata, quantitatem servientum et aliorum hominum contingentem in numero castra ipsa transmittant. . . . *[4]* quibus 500 hominibus . . . in expensis pro 8 diebus forsitan oportunis, quibus in predicto servicio moram trahent, de consilio et mandato Iohannis de Salerno militis . . . vos volumus providere . . .. Dat. in obsidione Lucerie VIIII. iulii XII ind.

5.

RA 1269 B n. 4 f. 119a. *vor Lucera 1269 Juli 12.*

Universis hominibus per Terram Beneventanam constitutis. Cum nos, de prudencia et legalitate Iohannis de Salerno militis . . . plene confisi, ipsum super construendo castro Crepacordii ac custodienda strata Crepacordii et parcium earundem duxerimus statuendum: . . . (mandamus), quatinus . . . victualia . . . neccessaria pro fodro ad memoratum castrum . . . destinare curetis . . .. Dat. in obsidione Lucerie XII. iulii XII. ind.

6.

RA 1269 B. n. 4 f. 129b. *vor Lucera 1269 Juli 24.*

Iohanni de Salerno. Volumus . . ., quatinus a singulis universitatibus terrarum commissionis tue, que laboratores, sommerios et boves ad castrum Crepacordii pro reparatione ipsius necnon custodia strate . . . destinare . . . non curarunt, penam eis propter hec per Thomasium de Monsellam de Salerno et Iacobum de Bono Allibergo militem socium suum impositam exigas . . .. et nichilominus illos[a]), ut ad predictam reparationem et custodiam celeriter veniant, . . . compellas . . .. Dat. in obsidione Lucerie XXIIII. iulii XII. ind.

[a]) illis.

Escolum.

(Ascoli di Satriano.)

7.

RA 1269 D n. 6 f. 85b. *Melfi 1269 September 12.*

Item scriptum est simili modo[2]) baiulis, magistro iurato, iudicibus et universis hominibus Escoli. Dat. ut supra (Melfie XII. septembris XIII. ind.).

[1]) *Über die Lage vgl. Di Meo, Annali XII 224.* [2]) *Wie n. 3.*

Palacium pantani Fogie.

(S. Lorenzo bei Foggia.)

8.

I. RA 1269 B n. 4 f. 33a. — Schulz IV 16 n. 40. Del Giudice III 59 n. 24. *Foggia 1269 April 13.*

Melio Nicolai Pasqualis de Fogia. Cum in domibus nostris pantani prope Fogiam cappellam unam velimus construi, . . . te . . . super recipienda et expendenda pecunia pro eodem opere necessaria duximus statuendum, . . . mandantes, quatinus, ad locum ipsum te personaliter conferens, expensas omnes necessarias pro eodem opere tam pro mercede magistrorum et manipulorum quam pro loerio curruum deputandorum in opere ipso et pro quibuslibet aliis eidem operi oportunis facere debeas ad requisitionem mag. Riccardi de Fogia . . ., quem eidem operi duximus proponendum . . .. cui mag. Riccardo expensas, ad rationem de unc. aur. 1 . . . per mensem, a die, quo ipsum opus inceptum fuerit, . . . largiaris . . .. et ecce, quod pro expensis ipsorum prepositi seu prothomagistri, manipulorum et magistrorum per Iohannem de Mesnello Panormitanum archidiaconum prothocappelanum . . . nostrum . . . et pro reliquis expensis eiusdem operis per vicesecretos Capitinate[1]) . . . necessariam pecuniam tibi mandavimus exhiberi, quam recipias ab eisdem. Dat. Fogie XIII. aprelis XII. ind.

II. RA 1269 B n. 4 f. 33b. — Schulz IV 16 n. 39.

Mag. Riccardo de Fogia. Cum in domibus nostris pantani prope Fogiam construi velimus cappellam unam . . ., te . . . eidem operi . . . providimus usque ad nostrum beneplacitum preponendum . ideoque . . precipimus, quatinus requirens . . . magistros fabricatores . . . deputandos ad opus ipsum, ubi melius videris expedire, necnon manipulos oportunos a magistris iuratis Fogie et s. Laurencii[2]), calcem quoque a vicesecretis Capitinate[3]) . . . et currus a magistris iuratis Baroli[4]) et alia necessaria ab eo, qui super recipienda et expendenda pecunia . . . statuetur[5]), . . . procedas in eodem opere diligenter . . . iuxta provisionem de opere ipso habitam te presente. et ecce quod super recipienda et expendenda pecunia . . . Melium Nicolai de Fogia . . . duximus statuendum . . .[6]). Dat. Fogie XIII. aprelis XII. ind.

9.

RA 1269 B n. 4 f. 33a. — Schulz IV 17 n. 41 bis 43. *Foggia 1269 April 14.*

I. Vicesecretis Capitinate[7]). . . . precipimus, quatinus . . . ad requisicionem mag. Riccardi de Fogia . . . calcem necessariam pro opere ipso de calce curie, si qua forte habetur, ut dicitur, in Siponto Novello vel Pedimonti, et in eius defectu de emenda per vos ibidem . . . ad opus ipsum . . . mittere debeatis. Melio de Fogia expensori . . . assignandam; cui etiam expensori . . . pecuniam necessariam . . . exhibere curetis pro expensis in eodem opere faciendis . . .. Dat. Fogie XIIII. aprelis XII. ind.

II. Eodem die. Scriptum est universis magistris iuratis Baroli tam presentibus quam successoribus eorum, usque quo opus dicte cappelle duraverit faciendum, ut ad requisitionem dicti mag. Riccardi currus 4 necessarios . . . cum hominibus, bubus et aliis guarnimentis . . . ad opus ipsum mittere debeant . .

III. Item in simili forma scriptum est magistris iuratis Fogie et s. Laurencii de dandis pro dicto opere manipulis 20, videlicet 10 de s. Laurencio et totidem de Fogia . . .. Dat. Fogie XIIII. aprelis XII. ind.

10.

RA 1269 B n. 4 f. 87a. *vor Lucera 1269 Juni 10.*

Straticoto Salerni, baiulis, iudicibus, magistris iuratis et universis passageriis statutis super custodia passuum. . . . mandamus, quatinus mag. Petrum de Salerno, quem pro deferendis tabulis vitreis et rebus aliis pro opere cappelle nostre vivarii s. Laurencii oportunis destinamus ad presens, transire libere permittentes, nichil ab eo pro iure passagii seu aliquo alio iure . . . exigatis . . . tu quoque, straticote, eidem mag. Petro pro deferendis dictis tabulis vitreis et rebus aliis . . . necessaria animalia . . . sub competenti loerio . . . studeas . . . exhibere . . .. Dat. in castris in obsidione Lucerie X. iunii XII. ind.

[1]) *n. 9 I.* [2]) *n. 9 III.* [3]) *n. 9 I.* [4]) *n. 9 II.* [5]) *n. 8 I.* [6]) *n. 8 I.* [7]) *Vgl. n.* [illegible]

11.

RA 1269 B n. 4 f. 124'a. *vor Lucera 1269 Juli 16.*

Baiulis, iudicibus, magistris iuratis et aliis officialibus Fogie et s. Laurencii. Intelleximus nuper, quod vos in exibendis bubus et curribus ac manipulis sub expensis curie nostre pro constructione[a]) operis capelle, quam in palacio pantani nostri s. Laurencii fieri facimus, estis tepidi et remissi. quare . . . mandamus, quatinus ad requisicionem Petri de Bonolio clerici . . . vos de Fogia currum 1 cum bubus 4 et manipulis 10, et vos de s. Laurencio similiter . . . predicto clerico assignetis, pro quibus expensor ipsius operis solvet . . . mercedem sive loerium competentem . . .. Dat. in obsidione Lucerie XVI. iulii XII. ind.

[a]) constitucione.

12.

RA 1269 B n. 4 f. 126a. *vor Lucera 1269 Juli 18.*

Magistris iuratis, baiulis, iudicibus et aliis officialibus Fogie et s. Laurencii. . . . (mandamus), quatinus ad requisicionem Petri de Bonolio clerici . . . boves, currus, magistros et manipulos et omnia alia neccessaria ad opus constructionis predicte capelle eidem clerico . . . assignetis. expensor pecunie dicti operis cum noticia prothomagistri competentem mercedem sive loerium exhibebit . . .. Dat. in obsidione Lucerie XVIII. iulii XII. ind.

13.

RA 1269 B n. 4 f. 134a. *vor Lucera 1269 August 6.*

Anbrosio Bonelli et sociis dohaneriis Baroli. Quia significastis nobis . . ., quod, cum dudum dederimus vobis . . . in mandatis, ut ad requisicionem mag. Iohannis de Tullo carpenterii . . . 8 bonos carpenterios . . . ad palacium nostrum pantani Fogie mittere deberetis, quibus 8 carpenteriis . . . de eorum mercede unc. aur. 3 et tar. 6 . . . tribuistis . . .: solucionem ipsius pecunie . . . acceptamus . . .. Dat. in castris in obsidione Lucerie VI. augusti XII. ind.

14.

RA 1269 B n. 4 f. 149a. *vor Lucera 1269 August 11.*

Scriptum est secreto eidem (Apulie), ut ad requisicionem nuncii Iohannis de Mesnilio pro opere capelle de pantano serraticias et tabulas de abiete ac trabes emere et . . . faciat ad domum predictam deferre . . .. Dat. in obsidione Lucerie XI. augusti XII. ind.

15.

RA 1269 B n. 4 f. 136b. *vor Lucera 1269 August 23.*

Baiulis, iudicibus, magistris iuratis et aliis officialibus Corneti, Escoli, Dordone, Troie et Gaudiani. Cum nos velimus in constructione capelle nostre, quam fieri facimus in palacio nostro pantani s. Laurencii, ferventer procedi, volumus . . ., quatinus mag. Petro clerico . . . boves, currus, manipulos et alia etiam neccessaria . . . assignare curetis . . .. volumus tamen, ut pro bobus et curribus et eciam manipulis per expensorem ipsius operis loerium competens . . . persolvatur. Dat. in castris in obsidione Lucerie XXIII. augusti XII. ind.

16.

RA 1269 B n. 4 f. 150b. *vor Lucera 1269 September 2.*

Scriptum est eidem secreto (Apulie), ut omnia lignamina empta ad opus capelle nostre de panthano ad requisicionem mag. Iohannis carpenterii adduci faciat . . . ad dictum panthanum. Dat. in campis prope Luceriam II. septembris XIII[a]). ind.

[a]) XII.

17.

RA 1269 D n. 6 f. 87a. *Melfi 1269 September 14.*

I. Magistro iurato Baroli. Cum in opere cappelle nostre, quam apud pantanum construi facimus, velimus procedi celeriter: . . . (mandamus), quatinus . . . ad requisitionem mag. Iohannis carpentarii nostri currus, quot et quantos pro deferendis lignaminibus ad dictam cappellam nostram idem mag. Iohannes viderit expedire, . . . eidem mag. Iohanni assignare procures . . .. Dat. Melfie XIIII. septembris XIII. ind.

II. Item similes facte sunt magistro iurato Trani pro eadem cappella de predictis omnibus. Dat. ut supra.

18.

RA 1269 C n. 5 f. 206a. – Auszug: Schulz IV 20 n. 55. *Capua 1270 Januar 16.*

Magistro iurato Trani. . . . mandamus, quatinus ad requisicionem mag. Iohannis . . . carpentarii . . . animalia seu currus pro portandis 60000 clavorum apud pantanum Fogie, necessariorum pro cooperienda capella nostra, eidem magistro assignare procures . . . . Dat. Capue XVI. ianuarii XIII. ind.

19.

RA 1269 C n. 5 f. 140a. – Schulz IV 21 n. 58. *Capua 1270 Januar 29.*

Scriptum est eidem (secreto Apulie), quatinus Petro de Bonolio[a] magistro operis capelle nostre pantani unc. aur. 40 . . . pro eodem opere oportunas . . . largiaris . . . . Dat. Capue XXVIIII. ianuarii.

[a]) Barolo.

20.

RA 1271 C n. 11 f. 35b. *Neapel 1270 April 26.*

Scriptum est eidem (secreto Apulie), ut exhibeat mag. Petro de Bonolio clerico preposito operis capelle nostre pantani . . . unc. aur. 30 . . . pro complemento dicti operis . . . . Data Neapoli XXVI aprilis XIII. ind.

21.

RA 1271 C n. 11 f. 1b. – Auszug: Schulz IV 23 n. 68. *Neapel 1270 Mai 7.*

Scriptum est eidem iusticiario et erario (Capitinate), quod ipsi exhibeant mag. Petro de Bonolio clerico preposito operis capelle de pantano vel eius certo nuncio pro complemento dicti operis unc. aur. 30 . . . . Dat. Neapoli VII. maii XIII. ind.

22.

I. RA 1271 C n. 11 f. 3b. *Neapel 1270 Juli 2*

Iusticiario et erario Capitinate. Cum velimus, ut opus capelle nostre pantani perfectionem propinquum ducatur, ut condecet, ad effectum: . . . mandamus . . ., quatinus mag. Petro de Bonolio ipsius operis preposito pro eiusdem perfectione . . . 15 unc. aur. . . . persolvatis . . . . Dat. Neapoli II. iulii XIII. ind

II. RA 1271 C n. 11 f. 39a. Getilgt.

Secreto Apulie. *Wörtlich gleicher Befehl.* Dat. Neapoli II. iulii XIII. ind.

23.

RA 1273 A n. 18 f. 140b. – Del Giudice III 60 nota 1. *Barletta 1271 Februar 7.*

Eodem (VII. februarii) ibidem (Baroli). Iusticiario Capitinate.[1]) */1/* Quia intelleximus, quod domus curie vivarii seu pantani s. Laurentii sunt male custodite . . . et . . . cotidie devastantur, necnon quod aqua, que consuevit . . . ad ipsum pantanum et vivarium decurrere, per nonnullos ad loca alia privatorum in diminucionem et lesionem ipsius pantani et vivarii derivatur: . . . (mandamus), quatinus domos easdem . . . debeas custodire, non permittens, aquam eandem . . . derivari . . . . */2/* et mandamus, quatinus tam domos ipsas quam domos curie Salparum et palacium regium Fogie aptari studiose et reparari facias, ut, si illustres dominum regem Francie et dominum regem Sicilie in domibus ipsis contingerit hospitari, in eisdem prelati domini honorifice . . . valeant commorari.

24.

RA 1272 A n. 13 f. 89a. *Trani 1271 Juni 7*

Scriptum est eidem (iusticiario Capitinate), quatinus . . . mag. Petro magistro operis Lucerie 50 unc. aur. . . . exhibere procuret pro perficiendo opere capelle nostre vivarii[2]). Dat. Trani VII. iunii.

25.

RA 1278 A n. 29 f. 67a. *Canosa 1271 Juni 10.*

X. iunii apud Canusium. Scriptum est iusticiario Capitinate, quod exhibeat magistro Iohanni provisori operis Lucerie pro reparatione capelle pantani unc. aur. 50 . . . .

26.

Siehe n. 47 § 3. *Lagopesole 1271 August 5*

[1]) *Aussteller ist Herzog Hugo von Burgund als Generalvikar.* [2]) *Vgl. n. 47 § 3.*

27.

RA 1272 B n. 14 f. 84ab. – Auszug: Schulz IV 37 n. 85. *Melfi 1271 September 21.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia intellexit excellencia nostra, quod domus nostre vivarii s. Laurencii *u. s. w. in forma de reparatione.* nomina vero terrarum, que ad reparationem dictarum domorum tenentur, sunt hec: videlicet Fogia. Dat. Melfie XXI. septembris.

28.

RA 1272 C n. 15 f. 154a. *Capua 1273 Februar 27.*

Eodem die (XXVII. februarii I. ind.) ibidem (Capue). Iusticiario Capitinate. *[1]* Pluries tibi . . . precepimus, ut circa perfectionem operis cappelle palacii nostri pantani Fogie cum omni studio . . . laborares. verum, cum ad partes ipsas proponamus in proximo . . . nos conferre, . . . precipimus, quatinus ad complendum . . . opus ipsum . . . efficaciter . . . procedas . . .. *[2]* et quia fenestras vitreas in cappella ipsa fieri volumus, pro quibus faciendis mag. Peregrinum de Suessa latorem presentium . . . ad palacium ipsum transmittimus, volumus . . ., quod ipsi mag. Peregrino ad requisicionem suam vitrum ferrum stagnum et quelibet oportuna pro opere ipso necnon salarium et expensas pro se et discipulo suo, dum in servicio ipso fuerint, prout exhiberi consueverunt per curiam temporibus retroactis magistris aliis et discipulis, qui fuerunt in similibus operibus domorum curie ipsarum parcium deputati, . . . debeas exhibere . . .. Dat. etc.

29.

RA 1272 B n. 14 f. 167b. – Schulz IV 40 n. 97. *Foggia 1273 April 1.*

Baiulo Suesse. Cum mag. Peregrinus, qui operabatur fenestras vitreas in capella nostra constructa in vivario s. Laurencii, recesserit exinde dimisso opere imperfecto: . . . mandamus, quatinus eidem Peregrino . . . precipias, ut . . . infra octavam resurrectionis dominice ad predictum vivarium revertatur, opus dictarum fenestrarum, quod inceperat, perfecturus . . .. tu vero dicto magistro tam de equitatura quam de expensis usque ad predictum locum sibi neccessariis studeas providere . . .. Dat. Fogie I. aprelis.

30.

RA 1276/77 A n. 27 f. 86a. *S. Gervasio 1277 Juni 27.*

Eidem (iusticiario Capitinate). . . . mandamus, quatinus . . . inquiras diligenter de magistris, qui fecerunt capellam domorum nostrarum vivarii s. Laurencii, et de clerico, qui expendit pecuniam pro opere ipsius capelle, et . . . mandes cuilibet ipsorum ex parte nostra . . ., ut . . . coram magistris racionalibus . . . se presentent ad certificandam curiam nostram et eos de tota pecunia expensa pro opere ipsius capelle . . .. Dat. apud s. Gervasium die XXVII. iunii.

31.

RA 1276 B n. 26 f. 167a. *Lagopesole 1277 September 8.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia Macioctus de Iohane[a]) notarius et Petrucius gener quondam Bartholomei de Ysabella canxores Fogie, quibus . . . mandasti, ut coram magistris rationalibus . . . comparere deberent ad . . . ponendam debitam rationem de expensis, que dicuntur facte fuisse per eos et per Antream Iohannis Rustici cansorem Fogie pro parte cappelle palatii nostri vivarii s. Laurentii, conparuerunt coram eisdem . . . et . . . dixerunt, quod tam ipsi, quam dictus Andreas et dictus quondam Bartholomeus . . . non fuerunt expensores ipsius operis, licet per subscriptos expensores eiusdem operis deposita fuisset apud eos in cambiis eorum inter diversas vices quedam quantitas pecunie, quam ad mandatum expensorum ipsorum diversis magistris et aliis . . . asserunt se solvisse, et quod fuerunt expensores eiusdem operis primo Melius de Nicolao de Fogia et subsequenter mag. Petrus de Oleo Gallicus, qui nunc dicitur esse hospitalarius, et quod continue fuit protomagister in eodem opere mag. Riccardus de Fogia: . . . mandamus, quatinus . . . per predictum Melium . . . et predictum mag. Riccardum . . . debeas informari de hiis, qui successive fuerunt expensores . . ., et . . . cuilibet eorum . . . precipias, ut . . . coram eisdem magistris racionalibus . . . se presentent . . .. Dat. ibidem (apud Lacumpensilem) VIII. septembris.

[a]) *so Reg.*

32.

RA 1276 B n. 26 f. 173b. *Neapel 1277 Dezember 3.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Quia Melius de Nicolao de Fogia, cui ex parte nostra . . . mandasti, ut in certo termino compareret coram magistris racionalibus magne curie nostre, positurus racionem de pecunia, quam recepit et expendit pro opere capelle nostre domorum vivarii s. Laurencii, in termino sibi

dato comparuit et iuravit ad sancta Dei evangelia, quod, nisi primo racionem ipsam [illegible] et compleverit et satisfecerit de toto eo, in quo inventus fuerit curie nostre teneri, sine speciali [illegible] nostra a curia nostra non recedet: . . . mandamus, quatinus contra eundem Melium . . . non procedas . . . . Dat. Neapoli III. decembris VI. ind.

33.

RA 1276 B n. 26 f. 185b. *bei Capua 1278 April 20.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Cum formam aqueductus, per quam aqua [illegible] ad vivarium [illegible]trum s. Laurentii, reparari et remundari velimus, ut per eandem formam aqua [illegible] quolibet derivetur et decurrat ad vivarium ipsum, ut desiccari non possit, et [illegible] aqua ad sufficientiam habeatur: . . . precipimus, quatinus . . . inquiras, per quas universitates terrarum et locorum huiusmodi forma aqueductus fieri et reparari hactenus consuevit, et facta . . . extimatione . . . formam eandem per universitates illas . . . reparari et remundari facias, antequam vivarium [illegible] propter siccitatem estui temporis iam instantis ledi possit in aliquo . . . . Dat. apud [illegible]

34.

RA 1279 A n. 34 f. 171a. *bei Capua 1280 März 9.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia intelleximus, quod aqueductus pantani vivarii [illegible] Fogia in parte ipsorum aliqua indigent reparari . . .: precipimus, quatinus . . . [illegible] actorum tibi per curiam nostram datis de universitatibus . . ., que ad reparat[illegible] aqueductuum deputari consueverunt, . . . inquisicionem facere . . . et facta . . . estimacione . . . summam pecunie, ad quam extimacio ipsa ascenderit, . . . recolligi facias inter homines ipsarum terrarum . . . et ex ea . . . aqueductus eosdem reparari . . . facias . . ., ita quod aqua bene et libere per eos . . . ad predictum vivarium delabatur . . . . Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam IX. marcii.

35.

Siehe **Castrum Bari** *unter diesem Datum.* *bei Capua 1280 April 13.*

Palacium regium Fogie.

(Foggia.)

36.

Siehe n. 23 § 2. [illegible]

37.

RA 1281 B n. 42 f. 54a. [illegible]

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia palacium nostrum Fogie in coperturis et portis fenestrarum indiget reparari: . . . precipimus, quatinus . . . ad palacium ipsum te conferas, . . . [illegible] inspicias . . . et . . . dictas coperturas et portas fenestrarum . . . fieri et aptare . . . facias . . ., ita quod in redditu nostro felici ad terram ipsam possimus in eodem palacio [illegible] Beneventi die XIII. februarii VIIII. ind.

Luceria.

(Lucera.)

38. *Foggia 1240 April 22.*

RV f. 104a. (olim 101a.) Carcani 400. Schulz IV 14 n. 33 und 34. Huillard-Bréholles V, 2 pag. 912.

I. Item de imperiali mandato facto per magistrum R. de Camera scripsit Laurentius Diupuldo Dragonis[a]) castellano Neapolis. Cum velimus ymagines lapideas in galeis delatas, que sunt in castro Neapolis, apud Luceriam in instanti habere et mandemus compalaciis[1]) Neapolis, ut ipsas a te requirant recipiant et statim Luceriam mittant, fidelitati tue[b]) mandamus, quatinus dictas ymagines in continenti visis hiis litteris eisdem compalaciis facias assignari.

[a]) Dragon. *Carcani, Schulz und Huillard-Bréholles lesen:* Dragono. [b]) *fehlt Reg.*

II. Item scripsit compalaciis, ut requirant recipiant et inveniant homines, qui eas salubriter super collum suum usque Luceriam portent et eas per ipsos quam cito illuc mittant.

39.

RA 1269 B n. 4 f 17b. *vor Lucera 1269 Mai 15.*

Iusticiario Terre Bari. Cum pro faciendis manganellis et biffis contra Sarracenos Lucerie . . . necnon et pro faciendis portis in castro nostro s. Iacobi in continenti infrascripta in exercitu nostro habere velimus: . . . mandamus, quatinus . . . ad requisitionem mag. Iohannis carpenterii . . . emi facias . . . *(es folgt die Aufzählung der Utensilien* pro ipsis ingeniis*)* plancones de ligno pro faciendis portis dicti castri s. Iacobi . . . et supradicta omnia ad expensas curie nostre ad exercitum nostrum . . . transmittas . . .. Dat. in castris in obsidione Lucerie XV. madii XII. ind.

40.

RA 1269 n. 4 f. 121b. *vor Lucera 1269 Juli 17.*

Magistro iurato Melfie. . . . mandamus . . ., quatinus . . . 6 magistros fabros, quemlibet cum 2 laborantibus de arte fabricie, cum toto stilio et ferramencto eiusdem artis, necnon et 2 molas ad acuendum pro laborandis operibus curie in castro s. Iacobi de Luceria . . . necnon cum manticis oportunis studeas destinare; exhibiturus eis pro deferendis stiliis et ferramenctis predictis animalia oportuna . . .. Dat. in obsidione Lucerie XVII. iulii XII. ind.

41. *Melfi 1269 September 14.*

RA 1269 D n. 6 f. 87a. – Bertaux in Gazette des B A 1905. II 106 (unter falschem Jahre).

Magistris iuratis per Capitinatam. . . . mandamus, quatinus inquiratis diligenter inveniri calcem et lapides, quos in terris vestris poteritis invenire; et ad requisicionem mag. Petri de Angicuria . . . calces et lapides ipsos pro castro nostro Lucerie in ea quantitate, quam idem Petrus duxerit requirendam, necnon currus boves et animalia necexaria pro deferendis eisdem calce et lapidibus ad predictum castrum faciatis eidem magistro . . . exhiberi . . .. Dat. Melfie XIIII. septembris XIII. ind.

42.

RA 1269 D n. 6 f. 135a. *Neapel 1269 Dezember 9.*

Magistro iurato et baiulo Fogie. Iohannes Carrellus . . . hostiarius noster . . . nostro culmini supplicavit, quod, cum dudum tempore, quo Luceriam Sarracenorum tunc excellencie nostre rebellem obsidionis mole manus nostra[a]) artabat, quoddam centimulum eiusdem Iohannis, quod instructum in Syponto Novello in quadam domo quondam Guilielmi de Syponto proditoris nostri eidem Iohanni cum domo ipsa et quibusdam aliis bonis quondam dicti Guilielmi fuerat a maiestate nostra concessum, ad castrum s. Iacobi, tunc ante Luceriam in predicta obsidione firmatum pro habilitate nostri exercitus, delatum[b]) extiterit et subsequenter exinde apud Fogiam post subiugationem Lucerie levata obsidione relatum, centimulum ipsum

[a]) nostras. [b]) deletum.

[1]) *n. II.*

sibi restitui mandare nostra serenitas dignaretur: quapropter . . . precipimus, quatinus centimulum ipsum, apud quemcumque sit, sive depositum fuerit sive forte ad opus nostre curie procuratur, predicto Iohanni . . . restitui . . . faciatis . . . . **Dat. Neapoli VIIII. decembris XIII. ind.**

43.

I. RA 1269 D n. 6 f. 136b. — *Neapel 1269 Dezember 30.*

Dohaneriis et fundicariis Baroli. . . . precipimus, quatinus ad requisiccionem mag. Petri lathomi sibi tabulas et alia marramina pro faciendo opere castri nostri Lucerie . . . ministretis . . . . Dat. Neapoli pen**ultimo decembris XIII. ind.**

II. RA 1269 D n. 6 f. 136b bis 137a.

Magistris iuratis per iusticiariatum Terre Bari constitutis. . . . mandamus, quatinus inquiratis diligenter omnem calcem et lapides, quos poteritis invenire in terris vestris, et ad requisitionem mag. Petri lathomi latoris presentium calcem et lapides ipsos pro opere castri nostri Lucerie in ea quantitate, quam idem Petrus duxerit requirendam, necnon currus boves et animalia necessaria pro deferendis eadem calce et lapidibus ad predictum castrum faciatis eidem magistro . . . exhiberi . . . . Dat. Neapoli penultimo de**cembris XIII. ind.**

44.

Siehe n. 24. — *Trani 1271 Juni 7.*

45.

Siehe n. 25. — *Canosa 1271 Juni 10.*

46.

RA 1272 A n. 13 f. 89b. — *Lagopesole 1271 Juni 24.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Pro parte Sarracenorum Lucerie . . . nostre fuit expositum maiestati, quod, cum quamplures ex eis sint non solvendo quantitatem pecunie generalis subventionis . . . et velint in opere muri, quem per te in Luceria mandavimus fieri, laborare . . ., excomputanda eis pecunia, quam contingeret ipsos pro[a] labore ipsorum, in quantitate eis imposita in subventione predicta . . . mandamus, quatinus Sarracenos Lucerie volentes laborare in eodem opere ad opus ipsum . . . recipias . . . ac de cetero te occasione muri huiusmodi non excuses, cum provisum sit, ut per eosdem Sarracenos Lucerie idem murus debeat fieri . . . . **Dat. apud Laconpensilem XXIIII. iunii XIIII. ind.**

a) ipsosque.

47.

RA 1272 B n. 14 f. 81a. Auszug: Schulz IV 36 n. 81. — *Lagopesole 1271 August 5.*

Iusticiario Capitinate. /1/ Intellecto, quod in opere palacii nostri de Orta tepide processum est et proceditur, cum hoc ex defectu per te habito in solucione pecunie[a] facienda evenisse noscatur, scire te volumus, quod omnes expensas factas in operariis toto tempore, quo cessatum extitit ab opere ob defectum huiusmodi, de tuo faciemus proprio nostre curie restaurari, et nichilominus tibi . . . mandamus, quatinus sic facias modis omnibus et procures, quod per totum proximo futurum mensem septembris opus ipsum totaliter sit perfectum. /2/ precipimus etiam, ut propter hoc non cessetur aliquatenus a muro Lucerie faciendo, secundum quod pluries tibi est iniunctum[1]). /3/ et cum opus capelle nostre vivarii S. Laurentii, quod perficiatur celeriter, plurimum insideat cordi nostro tibique dederimus per nostras litteras in mandatis[2]), ut 50 unc. aur. . . . pro perfectione ipsius operis exhiberes, miramur, quod in ea tepide similiter est processum et volumus, quod modis omnibus pecuniam ipsam exolvas, ita quod nullus in eodem opere propterea sit defectus . . . . **Dat. apud Lacumpensulem V. augusti XIIII. ind.**

a) pecunia.

1) *z. B. n. 46.* 2) *n. 24.*

48.

I. RA 1272 B n. 14 f. 84a. *Melfi 1271 September 17.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia scribimus secreto Principatus etc.[1]), ut 70 bubalos emere debeat et eos mittere pro opere nostro Lucerie ad terram ipsam: . . . (mandamus), quatinus ad requisicionem mag. Petri de Angicuria . . . currus neccessarios . . . pro predicto opere . . . emere debeas et ipsos assignare . . .. conducas nichilominus . . . carrectiarios . . . in numero sufficienti pro conducendis curribus eisdem, onerandis et exonerandis eisdem . . .. Dat. Melfie XVII. septembris XV. ind.

II. RA 1272 A n. 13 f. 30a.

Eidem (secreto Principatus Terre Laboris et Aprucii). *Entsprechendes Schreiben.* Dat. Melfie XVII. septembris XV. ind.

49.

RA 1272 B n. 14 f. 85a. – Auszug: Schulz IV 37 n. 86. *Melfi 1271 September 26.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Olim tibi scripsisse recolimus, quod castellano et servientibus castri seu palacii Lucerie in eorum gagiis, et operariis, qui in ipsius castri opere commorantur, in eorum salario . . . provideres, quod facere neglexisti; et sic castellanus et servientes et operarii etiam coguntur discedere, ita quod castrum immunitum remanet et opus totaliter imperfectum . . .: quare . . . (mandamus), quatinus . . . ipsis in eorum gagiis et salario . . . studeas providere . . .. Dat. Melfie XXVI. septembris XV. ind.

50.

RA 1272 A n. 13 f. 259a. *S. Chirico 1271 November 26.*

Eisdem (secretis Principatus, Terre Laboris et Aprucii). Cum dudum precessori vestro . . . nostris dedimus litteris[2]) in mandatis, ut 70[a]) bubalos operi nostro Lucerie oportunos . . . emeret . . ., de quibus non nisi 32 mittere procuravit, . . . mandamus, quatinus . . . reliquos 38 bubalos . . . emere debeatis et emptos mag. Petro predicto operis nostri Lucerie preposito destinare . . .. Dat. apud s. Quiricum XXVI. novembris.

[a]) sexaginta.

51.

RA 1272 B n. 14 f. 88a. *Manfredonia 1271 November 27.*

I. Eidem (iusticiario Capitinate) et erario. Cum Sarraceni Lucerie . . . in 200 unc. aur. pro maritagio filie nostre Ysabelle nostre camere teneantur ac eas Sarracenis ipsis tam in manipulis quam in aliis serviciis in opere nostro Lucerie faciendis per eos excomputari velimus: . . . mandamus, quatinus memoratas 200 unc. aur. . . . in manipulis aliisque nostris serviciis faciendis per eos in opere supradicto excomputes[a]) . . .. Dat. ibidem (aput Sipontum Novellum) XXVII. novembris.

II. Scriptum est exinde per respectiva verba Sarracenis Lucerie . . .. Dat. ut supra.

[a]) *so Reg.*

52.

RA 1272 E n. 16 f. 63a. *Nocera 1272 Mai 23.*

Scriptum est eidem (iusticiario Capitinate)[3]) in forma, quod non compellat universitatem Syponti Novelli ad faciendum fossatum pro opere[a]) castri Lucerie Sarracenorum, cum pro presenti armacione galearum solvant . . . unc. aur. 13 curie, cuius forma requiratur: Eidem iusticiario; pro hominibus Pesquicii. Dat. aput Nuceriam Christianorum XXIII. maii.

[a]) opera.

53.

RA 1272 C n. 15 f. 116b. *Neapel 1272 Oktober 28.*

XXVIII. eiusdem (octobris) ibidem (Neapoli). Scriptum est iusticiario Capitinate, ut ad requisicionem mag. Petri de Angicuria . . . de ordeo curie nostre . . . pro annona bubalorum ad servicia fabrice castri nostri Lucerie deputatorum quantitatem neccessariam . . . facias[a]) ministrari . . .. et cum valde geramus in

[a]) *so Reg.*

[1]) *n. II.* [2]) *n. 48 II.* [3]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.*

votis, ut opus ipsum celeriter compleatur: . . . mandamus, ut currus 30, computatis eis, qui nunc sunt ibi, ad operis eiusdem servicia continue deputentur, et, quod nullus in eisdem serviciis operariorum lapidum calcis aliorumque neccessariorum defectus emergat, set tam ex hiis quam opportunis aliis affluentur eidem operi, per te debeat provideri . . ., ita quod ad ipsius operis construccionem absque intermissione aliqua procedatur . . .. Dat. etc.

54.

RA 1272 C n. 15 f. 204a. *Aversa 1272 November 12.*

XII. eiusdem (novembris) ibidem (Averse). Iusticiario Capitinate. . . . mandamus, quatinus I[illegible] de Lauduno Gallicum carpenterium ad laborandum in opere nostro castri Lucerie admitti facientes salarium competens . . . sibi debeas ministrare . . .. Dat. etc.

55.

RA 1269 A n. 3 f. 129b. *Foggia 1273 April 17.*

I. Universis Sarracenis existentibus in opere novi muri ante castrum Lucerie. Nolentes opere muri, qui ante palatium seu castrum nostrum Lucerie de mandato nostro construitur, propter absentiam Riccardi [illegible] concivis vestri aliquem intervenire defectum, Hagerium eiusdem Riccardi filium, quamdiu idem Riccardus aberit, eius loco vobis duximus preponendum: . . . mandamus, quatinus eidem Hagerio tamquam dicto Riccardo patri suo, dum aderat, usque ad eiusdem Riccardi reditum super hoc devote parere [illegible] intendere studeatis. Dat. Fogie XVII. aprelis.

II. Eidem Hageyo. . . . mandamus, quatinus, quamdiu . . . pater tuus aberit, tu Sarracenis existentibus in eodem opere preesse studeas loco sui . . .. Dat. ut supra.

56.

I. RA 1269 A n. 3 f. 49b. *Trani 1273 Mai 4.*

Thomasio Cuilo Iohanni[1]) de Baro et Bisancio de Rustico de Trano. */1/* . . . vos receptores et expensores pecunie super opere muri Lucerie duximus usque ad nostrum beneplacitum statuendos . . . mandantes, quatinus . . . vos apud Luceriam conferentes de Philippo de Confluencia vicesustitiario Capitinate usque ad unc. aur. 1000 . . . vicissim, sicut fuerit oportunum, recipere debeatis et pecuniam ipsam in opere dicti muri Lucerie, videlicet pro mercede magistrorum muratorum manipulorum someriorum necnon et pro curribus calce mattonellis et omnibus aliis pro predicto opere [illegible] mag. Petri maczonerii prepositi in opere, qui fit ex parte Lucerie, et Riccardi de Fogia [illegible] prepositi in opere murorum, qui fieri debent ex parte Florentini, expendatis . . . [illegible] in opere dicti muri, a quo laborari incipietur a tempore presentis commissionis vestre et inceperitis pecuniam expendere, per que scire possimus, a quibus partibus et locis ipsius muri laborare inceperitis, et quantum per vos inantea laboretur et hedificetur, ut de pecunia, que per vos expendetur, [illegible] fidelitas et studium vestrum. */2/* . . . mandamus, ut predictis mag. Petro maczonerio et mag. Riccardo de Fogia [illegible] magistro consuetas expensas . . . (exhibere curetis) . . .. */3/* et quia nolumus, vos in predictis nostris servitiis expensis propriis laborare, placet et volumus, ut . . . unc. aur. 2 quilibet vestrum sibi retineat . . . per mensem a die, quo in predicto servitio nostro fueritis et contigerit vos morari. */4/* notario Matheo de Iuvenatio, quem notarium vestrum in scribendis expensis omnibus faciendis per vos in dicto opere providimus deputandum, expensas pro se scutifero uno et equo uno ad rationem de gr. 15 inter [illegible] per diem . . . pro tempore, quo vobiscum erit in servitio supradicto . . . exolvatis. — Dat. Trani IIII. madii I. ind.

II. RA 1269 A n. 3 f. 66a.

Magistris forestarum citra farum. . . . precipimus, quatinus Thomasio Calo Iohanni de Baro et Bisantio de Rustico de Trano . . . ligna neccessaria tam pro coquendis calcariis quam mattonellis neccessariis dicto operi permittatis incidere in nemoribus Lucerie et aliorum locorum, que [illegible] dicte terre Lucerie et Florentini, in hiis locis dictorum nemorum videlicet, in quibus [illegible] pro dicto opere ligna incidi consueverunt, et si in predictis locis non sunt ligna sufficientia ad predicta, in aliis nemoribus ligna ipsa faciatis incidi . . .. Dat. Trani IIII. madii I. ind.

[1]) *In der Randnotiz:* pro Calo Iohanne.

57.

RA 1269 A n. 3 f. 71b. *Foggia 1273 Mai 13.*

Bisancio de Rustico et socio expensoribus pecunie operis Lucerie. . . . precipimus, quatinus ad requisicionem mag. Iohannis de Tullio ingenuerii nostri et de provisione sua procedatis in empcione lignaminum necessariorum pro opere castri Lucerie Sarracenorum, cuius operis vos expensores statuimus iuxta formam commissionis vestre[1] . . .. Dat. ut supra (Fogie XIII. maii I. ind.).

58.

RA 1272 B n. 14 f. 191b. *Foggia 1273 Oktober 12.*

Viceiusticiario Capitinate. Cum in opere muri Lucerie nullum velimus intervenire defectum, . . . precipimus, quatinus ad requisicionem Bisancii de Rustico de Trano et Thomasii Calo Iohannis de Baro receptorum et expensorum fiscalis pecunie pro opere ipsius muri pecuniam necessariam . . . largiaris . . .. Dat. Fogie XII. octubris II. ind.

59.

RA 1272 B n. 14 f. 191b. *Foggia 1273 Oktober 17.*

Viceiusticiario Capitinate. Quia intelleximus, quamplures Sarracenos Lucerie servos nostros dimittentes proprium incolatum in diversis terris Capitinate cum eorum familiis commorari, et ob hoc opus nostrum Lucerie retardatur, quia laboratores et alii operarii inveniri non possunt: . . . mandamus, quatinus, de premissis diligenter inquirens, omnes, quos inveneris in eisdem terris Capitinate cum eorum familiis et domiciliis habitantes, preterquam in casali Stornarie, ad redeundum apud Luceriam ad proprium incolatum compellas . . .. Dat. Fogie XVII. octubris II. ind.

60.

RA 1272 B n. 14 f. 192b. — Zitiert: Schulz I 172 (unter falschem Datum). *Foggia 1273 Oktober 27.*

Eidem iusticiario (Capitinate). *[1]* Significavit excellencie nostre mag. Riccardus de Fogia prothomagister operis muri Lucerie ex parte Florentini . . ., quod, cum pro complendo operi ipsius muri ex parte Florentini inde[a]) subscripta esse neccessaria reputet[b]): videlicet manipulos 80 tam pro facienda calce quam pro porrigendis aliis marramentis neccessariis magistris muratoribus super eodem opere; item summerios 20 pro portanda aqua et alios 20 sommerios pro portanda arena; item de calce salmas 20 die quolibet; item stampatores 6 pro stampandis cantonibus neccessariis in construendis turribus portis et scalis ipsius operis; item currus 6 pro portandis eisdem cantonibus; item alios currus 8 pro portandis saborris oportunis in ipso opere; item magistros 40, qui morentur aput Florentinum in conficiendis matoncellis; item currus 6 pro portandis eisdem matoncellis; item unum hominem, qui sit superastans aput Florentinum in conficiendis matoncellis, et qui[c]) non recedat de loco, set sollicitet[d]) magistros ad laborandum, necnon omnia instrumenta neccessaria tam in zappis quam palis et aliis eidem operi oportunis, mandaremus[e]) ea per te fieri vel exhiberi: . . . mandamus ideo . . ., quatinus ad requisictionem Bisancii Rustici de Trano et Thomasii Calo Iohannis de Baro expensorum ipsius operis sive mag. Petri de Angicurt et eiusdem mag. Riccardi prothomagistrorum predicta omnia . . . et alia singula neccessaria pro ipso opere . . . exhibeas vel facias exhiberi per vicarium statuendum per te super eodem opere loco tui, de quo tamquam de te ipso confidas. *[2]* . . . mandamus tibi, quatinus ad requisictionem expensorum predictorum pecuniam neccessariam pro opere utriusque muri Lucerie, tam ex parte Florentini quam ex parte Lucerie, . . . largiaris . . .. Dat. Fogie XXVII. octubris II. ind.

a) in. b) repetant. c) quod. d) sollicet. e) mari.

61.

RA 1272 B n. 14 f. 192a. *Foggia 1273 Oktober 28.*

Eidem iusticiario (Capitinate). . . . precipimus, quatinus mandata omnia . . ., que Philippo de Confluencia tuo in officio precessori directa fuerunt nec execucioni . . . demandata . . ., sub sigillo suo recipias et . . . exequaris. nichilominus etiam residuum presentis generalis subvencionis . . . in quaterno uno transcriptum . . . recipiens, ipsum recolligere studeas . . .; exhibiturus . . . expensoribus super opere muri Lucerie . . . pecuniam necessariam, ut in opere ipso nullus defectus intersit . . .. Dat. Fogie XXVIII. octubris II. ind.

1) *n. 56 I.*

62.

RA 1272 B n. 14 f. 196b. *Foggia 1273 Oktober 28.*

Symoni de Bellovidere iusticiario Terre Bari. Quia Bisancius de Rustico de Trano et Thomasius Calo Iohannis de Baro expensores operis muri Lucerie . . . significaverunt nobis, quod infrascripti homines Baroli conducti per expensores ipsos et soluti per eos cum eorum curribus, cum quibus ad dictum opus laborare debebant, **de ipso servicio . . . sine licencia recesserunt: . . . precipimus, quatinus . . . ipsos de persona** capias et captos sub fida custodia ad predictum opus Lucerie transmittas cum curribus eorum, cum quibus debent in ipso opere laborare. nichilominus etiam omnia bona illorum, quos de personis invenire non poteris, ad opus nostre curie capias et facias procurari. nomina vero ipsorum sunt hec: videlicet *(es folgen die Namen).* **Dat. Fogie XXVIII. octubris II. ind.**

63.

RA 1272 B n. 14 f. 192a. *Foggia 1273 Oktober 29.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Cum providerimus carrochias 12 . . . pro deferendis lapidibus calce et aliis necessariis faciendis in opere muri Lucerie deputari . . . et mandemus per litteras nostras Thomasio de Tancredo de Fogia magistro massario Basilicate Terre Bari et Terre Ydronti . . ., ut predictas carro-**chias 12 . . . emere debeat de pecunia curie nostre, quam sibi per te volumus assignari: . . . precipimus,** quatinus ad requisicionem eiusdem Thomasii . . . pecuniam exhibeas oportunam . . . . Dat. Fogie XXVIIII **octubris II. ind.**

64.

RA 1272 B n. 14 f. 193a. *Foggia 1273 November 5.*

Eidem iusticiario (Capitinate). . . . precipimus, quatinus ad requisicionem mag. Iohannis de Tulio magistri carpenterii in opere muri Lucerie . . . magistros carpenterios 30 iurisdictionis tue ad incidenda ligna in nemoribus pro opere muri Lucerie sibi facias exhiberi . . . . nichilominus etiam facias exhiberi sibi 25 manipulos die quolibet ad requisicionem suam pro opere supradicto . . . . Dat. Fogie V. novembris **II. ind.**

65.

RA 1272 B n. 14 f. 193ab. *Foggia 1273 November 5.*

Eidem iusticiario (Capitinate). /// Ex insinuacione mag. Riccardi de Fogia prothomagistri operis muri Lucerie ex parte Florentini nostra serenitas intellexit, quod pro faciendis mattuncellis apud Florentinum sunt sibi necessarii magistri 40, preter alios magistros 40, quos pro faciendis similiter mattuncellis pro dicto opere per te sibi mandavimus exhiberi: ideoque . . . precipimus, quatinus ad requisicionem ipsius invenias magistros 40 et ipsos mittas apud Florentinum pro faciendis predictis mattuncellis, solvendo per Bisancium de Rustico et socium expensores super ipso opere per nostram curiam deputatos. /// . . . mandamus, quatinus ad ipsius requisicionem pro faciendis aliis 10 calcariis et 10 palearis quelibet facias necessaria ministrari, solvendo precio ipsarum rerum necessariarum pro calcariis et palearis ipsis per expensores superius nominatos. /// . . . precipimus, quatinus carrochias 4 pro deferendis lapidibus et mattuncellis in opere ipsius muri, in qualibet carrochiarum ipsarum sint equi 6, fieri facias cum apparatibus earundem per Thomasium Tancredi de Fogia iuxta formam dudum tibi per alias litteras nostras de 12 carrochiis faciendis¹); et equos 6 pro qualibet emi facias per eundem, et eidem Thomasio pecuniam necessariam pro faciendis dictis 4 carrochiis cum apparatibus suis et equis emendis . . . debeas exhibere . . . . /// et cum in predicto opere muri Lucerie nullum velimus intervenire defectum . . . precipimus, quatinus, si prothomagistri expensores vel magistri etiam manuatores sive alii operarii in eodem opere ordinati negligentes fuerint vel remissi in expedicione operis supradicti, ipsos punias . . . . /// et si aliquis magistrorum vel operariorum ipsorum decesserit vel infirmetur vel aliquo alio morbo gravetur, ita quod laborare non possit, statim substituas alium loco sui, ut predictus numerus nullatenus minuatur. /// et si forte aliquis equorum carrochiarum ipsarum moriatur vel infirmetur, ita quod trahere non possit in carrochiis, emi facias alium loco sui . . . et eisdem expensoribus assignari. /// predictas autem 12 carrochias et alias 4, quas ad presens per predictum Thomasium emi iubemus, deputare debeas in predicto opere modo subscripto videlicet carrochias 8 deputes pro deferendis mattuncellis a Florentino usque ad murum Lucerie ex parte Florentini; et alias 8 carrochias deputes pro deferendis lapidibus de ponte Candelari usque ad murum Lucerie

¹) *n. 63.*

ex parte Lucerie . . .. /8/ insuper mandamus, quatinus omnia et singula, que fuerint necessaria in opere muri Lucerie tam ex parte Florentini quam ex parte Lucerie, ad requisicionem expensorum vel prothomagistrorum predictorum, ita quod non possit in eodem opere defectus aliquis intervenire, facias exhiberi, et quod iidem expensores et prothomagistri defectu rerum necessariarum excusacionem nullam possent pretendere in opere nominato. Dat. Fogie V. novembris.

66.

FA n. 55 f. 174a. *Foggia 1273 November 5.*

Distributoribus nove denariorum monete in Capitinate. Cum precium presentis nove denariorum monete imposite et taxate in singulis terris et locis Capitinate . . . et vobis ad recolligendum commisse per . . . iusticiarium Capitinate . . . velimus recolligi ad opus nostre curie et exhiberi per eum expenssoribus operis muri Lucerie . . .: mandamus, quatinus . . . transcriptum taxacionis . . ., que est in summa unc. aur. 1178 tar. 1 et gr. 8, . . . eidem iusticiario . . . assignetis per ipsum . . . colligende. nichilominus eciam precium eiusdem nove denariorum monete recollectum per vos eidem iusticiario . . . assignetis et de recolligendo residuo precii ipsius monete vos decetero intromittere nullatenus debeatis . . .. Dat. Fogie 1273, mense novembris, V. eiusdem, II. ind.

67.

RA 1272 B n. 14 f. 192b bis 193a. *Foggia 1273 November 6.*

Guilielmo de Septays iusticiario Capitinate. /1/ Cum precium presentis nove denariorum monete . . . per te velimus recolligi in instanti, et quod de pecunia ipsa . . . Bisancio de Rustico et socio expensoribus operis muri Lucerie . . . exhibeas necessariam quantitatem, ut in opere ipso nullus defectus intersit: . . . precipimus, quatinus a distributoribus . . . in Capitinata . . . requiras transcriptum taxacionis cedule facte per curiam nostram in singulis terris et locis iurisdictionis tue . . . et totum precium, quod ipsi . . . recollegerunt . . .; et . . . intendas ad recollectionem tocius residue quantitatis pecunie . . .; et de pecunia ipsa exhibeas ipsis[a]) necessariam quantitatem, ut in opere ipso nullus possit intervenire defectus . . .. /2/ mandamus, quatinus unc. aur. 95, que restare dicuntur solvende mag. Petro de Angicur et mag. Riccardo de Fogia prothomagistris operis[b]) muri Lucerie de extalio terraciarum commisso eis ad faciendum in castro nostro Lucerie et maczia ipsius castri, eisdem prothomagistris sine defectu quolibet assignes . . .. Dat. Fogie VI. novembris II. ind.

[a]) ipsas. [b]) operi.

68.

RA 1272 B n. 14 f. 185a. *Foggia 1273 November 10.*

Eidem iusticiario (Terre Laboris). . . . precipimus, quatinus ad requisicionem mag. Petri de Angicurt prepositi super opere muri Lucerie . . . magistros 6, qui bene sciant laborare fenestras vitreas, apud Luceriam Sarracenorum pro faciendis fenestris vitreis in opere Lucerie . . . transmittas . . .. Dat. Fogie X. novembris II. ind.

69.

RA 1273 A n. 18 f. 196a. *Corato 1273 November 21.*

Magistris sicle denariorum Brundusii. Cum precium presentis nove denariorum monete imposite . . . in singulis terris et locis iusticiariatus Capitinate et honoris Montis s. Angeli pro parte muri Lucerie mandaverimus deputari et velimus, quod in opere ipso nullus debeat intervenire defectus: . . . mandamus, quatinus . . . totam pecuniam eiusdem nove monete . . . Guilielmo de Septays . . . iusticiario Capitinate et honoris Montis s. Angeli ac capitaneo Lucerie pro opere ipso assignari curetis . . .. Dat. Caurati, mense novembris, XXI. eiusdem.

70.

RA 1272 B n. 14 f. 204b. *Corato 1273 Dezember 5.*

Magistris siclariis sicle Brundusii. . . . mandamus, quatinus totam pecuniam precii nove denariorum monete . . . recollectam . . . in Capitinate . . . iusticiario ipsarum parcium . . . assignetis . . ., cum pecuniam ipsam in opere muri Lucerie mandavimus deputari . . .. Dat. Caurati V. decembris II. ind.

71.

RA 1272 B n. 14 f. 205a. *Corato 1273 Dezember 5.*

Petro de Angicurt et mag. Riccardo de Fogia prothomagistris. . . . precipimus . . ., quatinus super celeri complemento operis muri Lucerie apponatis omne studium et diligentiam efficacem, qualiter opus ipsum iuxta nostra desideria celeriter compleatur; scituri, quod, si negligenciam vel defectum aliquem in premissis duxeritis[a]) committendum, contra vos taliter procedemus, quod vos de huiusmodi negligentia seu defectu in perpetuum penitebit. **Dat. ut supra (Caurati V. decembris II. indictionis).**

[a]) duxeris.

72.

RA 1272 B n. 14 f. 205a. *Corato 1273 Dezember 5.*

Thomasio de Tancredo de Fogia magistro massario Basilicate Terre Bari et Terre Ydronti. Cum per litteras[1]) maiestatis tibi dudum datum fuerit in mandatis, ut carrocias 12 pro opere muri Lucerie, [illegible] de pecunia . . ., quam tibi per . . . iusticiarium Capitinate . . . dari mandavimus, emere deberes, et providerimus simul cum predictis 12 carrociis in predicto opere muri Lucerie alias 5 carrocias deputari . . . mandamus, quatinas . . . predictas carroccias 5 cum predictis aliis 12 carrociis et equos 6 et apparatum . . . pro qualibet carrocia emere debeas; et in equorum defectu emas iumenta . . . et ipsa . . . Bisancio de Rustico et socio statutis expensoribus super opere ipsius muri assignes, per ipsos in nostris serviciis ipsius operis deputanda. et ecce quod eidem iusticiario per litteras nostras iniunximus, ut tibi pro emendis predictis 5 carrociis equis 6 et apparatu . . . pro qualibet carrocia pecuniam necessariam debeat exhibere. **Dat. Caurati V. decembris II. ind.**

73.

RA 1272 B n. 14 f. 209b. – Auszug: Schulz IV 41 n. 99. *Corato 1273 Dezember 18.*

Bisancio de Rustico de Trano et Thomasio Caloiohannis de Baro receptoribus et expensoribus fiscalis pecunie super opere Lucherie. Cum mittamus latorem presentium Iohannem de Laune magistrum carpenterium . . . apud Luceriam moraturum illuc ad servicia nostra in exercendo ministerio carpenterie necessario in opere dicti muri: . . . (mandamus), quatinus eidem . . . expensas . . . ad illam racionem, ad quam solvitis expensas magistris carpenteriis aliis . . ., solvere debeatis . . .. Dat. Caurati XVIII. decembris II. ind.

74.

RA 1272 B n. 14 f. 210b. *Corato 1273 Dezember 23.*

Expensoribus muri Lucherie. */1/* Ad litteras et capitula vestra . . ., per que petitis acceptari vobis per litteras nostras expensas solutas per vos non nisi a VI. die eiusdem mensis madii [illegible] facere laborari – necnon gagia soluta et solvenda per vos . . . mag. Petro preposito et mag. Iohanni de Tullo ingeniatori eiusdem operis, ad racionem de unc. aur. 3 . . . pro quolibet eorum per mensem: ac expensas solutas et solvendas magistris Gallicis tantum tam pro diebus laboratoriis ad racionem de tar. auri 1 [illegible] pro[a]) quolibet eorum per diem: vobis taliter respondemus, quod huiusmodi solucionem factam per vos tam a I. eiusdem mensis madii predicte I. ind., tam eisdem preposito et ingeniatori, quam magistris Gallicis et Latinis, et solucionem inantea faciendam . . . acceptamus . . .. */2/* de expensis solutis per vos carroceriis carrociarum curie deputatarum ad servicia dicti operis . . . et de expensis exhibitis et exhibendis eisdem carroceriis pro annona equorum ferris et aliis necessariis ad opus equorum . . . [illegible] vobis respondemus, quod expensas huiusmodi . . . acceptamus . . .. */3/* mag. Riccardo autem preposito operis dicti muri illas expensas vos solvere volumus, quas sibi per nostras litteras[2]) per vos mandavimus exhiberi. predictas autem expensas omnes vobis volumus acceptari, quas per quaternum credencerii per nos statuti in eodem opere constiterit vos solvisse. **Dat. Caurati XXIII. decembris II. ind.**

[a]) *fehlt Reg.*

75.

RA 1273 A n. 18 f. 187b. *Corato 1273 Dezember 27.*

Expensoribus fiscalis pecunie in opere muri Lucerie. Mag. Iohannes de Tul carpenterius, pro parte **sua et** Rolini de Corbia, Riccardi de Barbana, Pauli de Barulo et Iohannis de Mera . . . carpenteriorum laborancium in opere nostro muri Lucerie, nostre exposuit maiestati, quod vos eis expensas seu gagia [illegible]

[1]) *Vgl. n. 63.* [2]) *n. 50 I § 2.*

ad eam racionem, ad quam olim recipere consueverunt, ipsis exhibere penitus denegatis: . . . precipimus, quatinus eisdem carpenteriis . . . expensas seu gagia eorum . . . exolvatis . . .. preterea mag. Riccardo de Fogia prothomagistro seu preposito super opere nostro Lucerie supradicto ex parte Florentini expensas suas ad racionem de tar. aur. 1 et gr. 5 . . . per diem . . . exolvatis . . .. Dat. Caurati XXVII. decembris II. ind.

76.

RA 1273 A n. 18 f. 188b. *Tarent 1274 Januar 13.*

Bisancio de Rustico et Thomasio Caloiohannis de Baro receptoribus et expensoribus fiscalis pecunie super opere muri Lucerie. Cum mittamus latorem presencium Iohannem de Laune magistrum carpenterium . . . apud Luceriam moraturum illuc ad servicia nostra in exercendo ministerio[a]) carpenterie necessario in opere muri[b]) Lucerie, . . . mandamus, quatinus eidem mag. Iohanni expensas . . . ad illam racionem, ad quam solvitis expensas magistris carpenteriis Gallicis et aliis, qui laborant in dicto opere Lucerie, solvere debeatis . . .. Dat. Tarenti XIII. ianuarii II. ind.

a) misterio. b) muris.

77.

RA 1273 A n. 18 f. 249a. *Brindisi 1274 Januar 21.*

I. XXI. ianuarii Brundusii. Iusticiario Capitinate. Noverit fidelitas tua, quod per Egege[1]) filium Riccardi de Luceria Saracenorum . . . 100 unc. aur. . . . assignatas eidem de mandato nostro per Galtherum Beloth etc. tibi pro opere castri nostri Lucerie destinamus. Dat. etc.

II. Vobis Galthero. Nos Guilielmus decanus s. Petri Virorum Aureliani mandamus vobis ex parte domini regis, quod assignetis latori presencium filio domini Riccardi de Luceria . . . unc. aur. 100 . . . deferendas per ipsum iusticiario Capitinate pro opere muri Lucerie . . ..

78.

I. RA 1272 B n. 14 f. 221ab. *Brindisi 1274 Januar 29.*

Bisancio de Rustico et socio receptoribus et expensoribus pecunie pro opere muri Lucerie. Receptis capitulis vestris . . ., ecce quod vobis . . . respondemus: *[1]* in primis de eo, quod significastis solvisse . . . solidos caroczíariis et personis aliis deputatis in carroczíis, quas de mansionibus Hospitalis et Templi Baroli duci mandavimus apud Luceriam pro deferendis lapidibus in opere dicti muri, necnon pro eis . . . ordeum ferros et alia necessaria exhibuistis . . . usque nunc, et quod oportet solidos predictos . . . necnon annonam ferros et alia necessaria exhibere inantea . . .: solucionem . . . necnon assignacionem ordei ferrorum et aliorum necessariorum . . . acceptamus . . ., dummodo loerium datum carroczíariis supradictis fines modestie non excedat . . .. *[2]* ad aliud, quod significastis, quod iusticiarius Capitinate, requisitus per vos de assignanda vobis pecunia pro opere supradicto, asseruit pecuniam non habere: scire vos volumus, quod de camera nostra tibi transmisimus unc. aur. 100[2]) expendendas per vos in opere dicti muri . . .. *[3]* mandamus eciam . . . magistro massario Capitinate[3]), ut . . . de ordeo pro equis . . . sufficientem vobis exhibeat quantitatem. Dat. Brundusii XXVIIII. ianuarii II. ind.

II. RA 1272 B n. 14 f. 221b.

Magistro massario Capitinate. *Befehl gemäß n. I § 3.* Dat. Brundusii XXVIIII. ianuarii II. ind.

79.

RA 1272 B n. 14 f. 227b. *Lecce 1274 Februar 11.*

Magistris siclariis sicle Brundusii. Cum in opere nostro muri Lucerie, quod multum residet cordi nostro, cum omni studio et sollicitudine procedi velimus ac in eo nullum intervenire defectum: . . . precipimus, quatinus . . . de pecunia curie nostre officii vestri . . . iusticiario Capitinate . . . unc. aur. 500 . . ., 100 videlicet pro emendis 8 carrociis cum toto apparatu earum . . . pro deferendis matuncellis a Florentino usque ad dictum opus specialiter deputandis, et reliquas unc. 400 expensoribus fiscalis pecunie super eodem opere statutis per eosdem in ipso opere expendendas, per eundem iusticiarium assignandas, mittere ac assignare curetis . . .. Dat. Licii XI. februarii II. ind.

1) *Vgl. n. 55 I und II.* 2) *n. 77 I und II.* 3) *n. II.*

80.

RA 1272 B n. 14 f. 228a. *Lecce 1274 Februar 11.*

Mag. Petro de Angicurt preposito super opere muri Lucerie ex parte Florentini[1]). Cum in opere nostro muri Lucerie . . . cum omni studio et diligentia procedi velimus, . . . mandamus, quatinus per omnes operarios et manipulos, quos ociosos in eodem opere videris, fundamentum muri operis eiusdem fieri facias, prout tibi videbitur et aliis magistris in eodem opere deputatis, cum circa festum . . . resurrectionis dominice in ipsis partibus intendamus esse . . .. Dat. Licii XI. februarii II. ind.

81.

RA 1274 B n. 21 f. 140a. *Nardò 1274 Februar 14.*

Iusticiario Capitinate. */1/* Significanti tibi, quod ad mandatum nostrum tibi directum de exigendo ab universitate Troie unc. aur. 25 occasione contumacie commisse per sindicum ipsius terre in questione cuiusdam homicidii, que inter procuratorem magne nostre curie et eundem syndicum in eadem magna nostra curia extitit ventilata, et assignandis mag. Matheo de Gayeta notario actorum eiusdem nostre curie et, quod pecuniam ipsam per te exactam retinuisti pro opere muri[a]) Lucerie pro eo, quod satis necessaria videbatur, . . . respondentes: acceptamus retentionem dicte pecunie pro dicto opere . . .. */2/* significamus etiam, quia conventum est cum mag. Iohanne de Laun magistro carpentario Gallico in eodem opere, et vult facere propriis expensis plancatos 14 in 7 turribus, que fiunt in opere muri mag. Riccardi de Fogia ex parte Florentini, in qualibet videlicet ipsarum turrium plancatos 2; item ianuas necessarias in posterula una, porta una calatoria[b]) et alia porta magna ante ipsam portam calatoriam[c]), que fiunt in eodem opere Florentini; et in opere mag. Petri de Angicurt ex parte Lucerie ex conventione vult facere similiter ad extalium plancatos 10 in 9 turribus ipsius muri, videlicet in turre magna rotunda plancatos 2 et in qualibet aliarum turrium plancatum 1, et in predictis omnibus turribus scalas et ianuas oportunas; item ianuas necessarias in porta calatoria eiusdem muri, et ianuas necessarias in posterula facta in pariete, que protenditur a [illegible] palatii Lucerie usque ad turrim rotundam, et curia nostra tenebatur dare sibi pro extalio ipso unc. aur. 100 . . clavos et acutos neccessarios in opere supradicto, et quod faciat deferri a nemoribus, ubi inciduntur, usque ad opus ipsum sub expensis persolvendis de pecunia nostre curie omnes trabes neccessarios in opere ipso: quod extalium, quia scripsisti satis esse utile pro comodo curie nostre, . . . acceptamus. */3/* ad aliud, quod scripsisti, quod pro ipso opere ad presens videntur esse unc. aur. 400 tibi necessarie secundum extimationem tuam, reservato, si futuro tempore maior pecunie quantitas neccessaria foret, ut predicte extimationi tue nullum preiudicium generaret: ecce quod tibi per magistros siclarios sicle denariorum Brundusii de precio denariorum nove monete . . . unc. aur. 500 pro dicto opere assignari mandamus[2]), prout per alias litteras nostras tibi recolimus nunciasse. */4/* de cursoribus retinendis ad expensas nostre curie, quos pro [illegible] servitiis significandis nobis neccessarios esse scripsisti: placet et volumus, quod, quotienscumque aliquem cursorem ad presentiam nostram te mittere oportebit pro requirenda conscientia nostra de negotio dicti muri et aliis dubiis, que tibi occurrent pro opere supradicto, quod ipsos solvere debeas de pecunia curie nostre, . . . cum fuerit oportunum. */5/* mandamus etiam per litteras nostras Philippo de C[illegible] olim viceiusticiario Capitinate precessori tuo, ut tibi acta et mandata pendentia de tempore officii sui tibi assignare debeat iuxta priorum nostrarum continentiam litterarum. tu vero super celeri processu dicti operis . . . studiosus existas . . .. Dat. Neritone XIIII. februarii.

a) muris. b) calcaria. c) calcariam.

82.

RA 1272 B n. 14 f. 231b. Auszug: Schulz IV 42 n. 102. *Brindisi 1274 März 4.*

Mag. Petro de Angicurt prothomagistro operis muri Lucerie. Significavit nobis . . . iusticiarius Capitinate . . ., quod quamplures magistri et operarii ex parte Lucerie laborantes sunt ociosi et non videntur sibi esse necessarii in eodem opere in presenti, et quamplures lapides et marramata, que deputata erant in opere muri ex parte Lucerie, non videntur necessarii in opere dicti muri . . . ideoque . . . precipimus, quatinus ipsos magistros et operarios in opere muri ex parte Florentini cum mag. Riccardo de Fogia facias laborare, prout eidem iusticiario per litteras nostras mandamus, et marramata ipsa in ipso opere deferri et laborari facias, cum utrumque opus nostrum sit, et ut opus ipsum iuxta nostra desideria celeriter compleatur. Dat. Brundusii IIII. marcii II. ind.

1) *So irrig statt* Lucerie. 2) [illegible]

83.

RA 1272 B n. 14 f. 234b. *Brindisi 1274 März 4.*

Custodibus nemoris Palmule. . . . precipimus, quatinus nemus nostrum Palmule cum omni sollicitudine custodientes, non permittatis aliquem ligna incidere in nemore ipso, nisi pro opere muri Lucerie et ad litteras . . . iusticiarii Capitinate, cum in opere ipso nullum velimus intervenire defectum . . .. Dat. ut supra (Brundusii IIII. marcii II. ind.).

84.

RA 1272 B n. 14 f. 234b. *Brindisi 1274 März 4.*

Expensoribus fiscalis pecunie super opere muri Lucerie. Cum velimus, ut in opere muri Lucerie cum omni sollicitudine et sine intermissione aliqua procedatur: . . . precipimus, quatinus, commissum vobis per excellentiam nostram officium in solvendis magistris et operariis fideliter exercentes . . ., iusticiario Capitinate . . . super acceleracione ipsius operis sic efficaciter intendatis, ut in felici reditu nostro ad partes ipsas, qui erit in brevi . . ., in opere ipso inveniamus iuxta nostra desideria bene et cum celeritate processum. Dat. ut supra (Brundusii IIII. marcii II. ind.).

85.

RA 1272 B n. 14 f. 235a. *Brindisi 1274 März 8.*

Distributoribus nove denariorum monete in Principatu et Terra Beneventana. . . . mandamus, quatinus totam pecuniam recollectam per vos et recolligendam . . . per . . . magistros sicle nostre Brundusii . . . eisdem magistris . . . assignare . . . debeatis . . ., cum mandaverimus eisdem magistris sicle, quod . . . assignent iusticiario Capitinate pro opere muri Lucerie . . . certam pecunie quantitatem . . .. Dat. Brundusii VIII. marcii II. ind.

86.

FA n. 55 f. 188a. Das Blatt ist verletzt. *Lucera 1274 März 11.*

Die dominico XI. mensis marcii II. ind. aput Luceriam. Nos Guilielmus de Settays regius iusticiarius Capitinate et honoris Montis s. Angeli ac Lucerie capitaneus . . . fatemur, quod olim XXIV. mensis februarii . . . recepimus . . . a . . . magistris syclariis regie sycle Brundusii . . . de unc. aur. 500, quas dominus rex per eosdem . . . exhiberi mandavit tam pro emendis carrociis cum . . . apparatibus suis quam pro opere Lucerie . . .: unc. aur. 297 tar. 4 gr. [. . . et] presenti die dominico XI. presentis mensis . . . unc. aur. 202 tar. 25 gr. [. . .] ad generale pondus [unc. aur.] 500.

87.

FA n. 55 f. 192a. Das Blatt ist verletzt. *Foggia 1274 März 25.*

Die dominico XXV. mensis marcii II. ind. aput Fogiam. Nos Guilielmus de Settays . . . fatemur, quod auctoritate sacri mandati regii . . . de recolligendo precio presentis nove denariorum monete . . . in . . . locis iurisdictionis nostre, exhibendo per nos Bisantio de Rustico et socio expensoribus operis muri Lucerie, . . . et de recipiendo transcripto taxationis cedule . . . de precio eiusdem nove monete . . ., recepimus . . . a vobis, . . . distributoribus . . ., subscriptas pecunie quantitates . . .: videlicet olim XI. mensis novembris . . . aput Fogiam unc. aur. 37; [. . .]decimo . . . novembris ibidem unc. aur. 15; [. . .] sequentis mensis decembris . . . aput Cidiniolam unc. aur. 112 et tar. 4; et . . . XXV. . . . marcii aput Fogiam unc. aur. 69 tar. 17 et gr. 18. que tota predicta pecunia est in summa . . .: unc. aur. 233 tar. 21 et gr. 18 . . ..

88.

RA 1272 B n. 14 f. 252a. *Monopoli 1274 April 16.*

I. Expensoribus operis Lucerie. Scire vos volumus, quod die sabbati XXI. presentis mensis aprelis Trani esse disponimus . . . ibique per triduum vel quatriduum commorari, et deinde ad videndum opus castri nostri Lucerie continuatis dietis personaliter nos conferre. quare . . . precipimus, quatinus . . . sic in congregandis matuncellis lapidibus arena calce et aliis necessariis eidem operi ac continuando labore ipsius operis, iuxta quod . . . iusticiario Capitinate per litteras nostras iniungimus, diligenter . . . procedatis, . . . quod in adventu nostro ad dictum locum sic bene inveniamus fore processum, quod non possitis de aliqua negligentia vel culpa notari . . .. nolumus tamen, quod, donec ibidem personaliter erimus, ad incipiendas archerias in muro maczie palatii procedatur, set continuetur interim opus ipsum in aliis partibus, prout in litteris nostris inde missis predicto iusticiario plenius continetur. Dat. Monopoli XVI. aprelis II. ind.

II. Scriptum est mag. Riccardo de Fogia et mag. Petro de Angicur prothomagistris operis Lucerie ac aliis magistris extalleriis laborantibus in ipso opere in simili modo et forma, preter de mattuncellis et aliis necessariis. Dat. ut supra.

89.

RA 1272 B n. 14 f. 267b. *Foggia 1274 Mai 11.*

Mag. Iohanni de Dinant. Cum te super opere forgie, quam de novo fieri volumus apud Luceriam pro carpentaria operis muri Lucerie, duxerimus usque ad nostrum beneplacitum statuendum, . . . precipimus, quatinus super opere ipsius forgie intendas et procedas, prout . . . iusticiarius Capitinate . . . tibi duxerit iniungendum. et ecce quod eidem . . . iniungimus, ut tibi ferrum et alia necessaria pro carpentaria operis supradicti per expensores operis muri Lucerie faciat assignari. Dat. Fogie XI. madii II. ind.

90.

I. RA 1272 B n. 14 f. 267ab. *Foggia 1274 Mai 11.*

Bisancio de Rustico de Trano et socio receptoribus et expensoribus fiscalis pecunie super opere muri Lucerie. */1/* Cum Iohannem de Dinant . . . super opere forgie, quam de novo apud Luceriam fieri mandamus pro carpentaria operis supradicti, duxerimus usque ad nostrum beneplacitum ordinandum[1]), precipimus, quatinus ad requisicionem . . . iusticiarii Capitinate . . ., cui exinde scripsimus, ferrum et quelibet alia necessaria pro carpentaria operis supradicti predicto Iohanni assignare curetis. */2/* et quia significastis nobis, necessarios esse bubalos 12 pro deferendis lignaminibus a montibus et nemoribus Al[illegible] usque Luceriam pro opere supradicto: ecce quod per Thomasium de Trancredo de Fogia magistrum massarium Basilicate et Terre Bari bubalos 8 massariarum nostrarum et per . . . iusticiarium Capitinate bubalos 4 emendos per ipsum, sicut ipsis . . . mandavimus, vobis facimus assignari . . . . */3/* significastis etiam quod magistri Gallici in predicto opere laboratores aliquando pro eorum voluntatis arbitrio recedunt de opere et veniunt Fogiam vel ad alias terras et morantur ibidem per aliquos dies et postmodum revertuntur ad opus predictum: super quo placet, ut deducatis de expensis eorum et non solvatis ipsis pro diebus illis, pro quibus ex eorum culpa in ipso opere non fuerunt nec voluerunt laborare. */4/* . . . mandamus vobis, quatinus magistris laborantibus mattones in Florentino, quibus huc usque augustalis 1 per vos pro quolibet miliario solvebatur, tar. aur. 9 solvatis pro quolibet miliario; et Sarracenis laborantibus mattones ipsos solvatis pro quolibet miliario tar. 8½ propter presentis temporis carestiam, et hoc habeant, quousque duraverit carestia predicta. */5/* scribimus etiam . . . Iohanni de Grando et sociis custodibus ordei quondam Iohannis de Confluentia in s. Quirico, ut pro annona 125 equorum carrocciarum nostrarum deputatarum super ipso opere assignent vobis necessariam ordei quantitatem ad rationem de medio thumino pro quolibet equo per noctem de ordeo quondam dicti Iohannis, quousque equi predicti necessarii fuerint in carrociis supradictis. */6/* scribimus etiam iusticiario Principatus et Terre Beneventane[2]), quod inveniat in terris iurisdictionis sue et mittat vobis magistros 25, qui sciant facere mattones, necnon iusticiario Aprucii citra flumen Piscarie[3]), quod similiter inveniat in terris iurisdictionis sue magistros 25, qui sciant facere mattones, et mittat vobis instanter, recepta ab eis ydonea fideiussoria cautione, quod a dicto opere sine vestra licentia non recedant . . . . */7/* et volumus, quod magistros ipsos, postquam venerint ad vos ad faciendum matuncellos, solvatis ad rationem superius pro quolibet miliario declaratam . . . . */8/* preterea, quia significastis nobis palas de fuste ferratas 300 necessarias esse necnon picones 100 et zappas parvulas 200 . . . volumus, quod ipsas ematis . . . . */9/* et ecce quod predicto iusticiario Capitinate . . . iniungimus, ut vobis pecuniam necessariam tam pro solvendis dictis magistris quam pro emendis dictis rebus et aliis etiam faciendis necessariis pro opere supradicto . . . assignet, sic quod in dicto opere nullus intersit defectus et vos retardare dictum opus ob defectum pecunie non possitis . . . . Dat. Fogie XI. madii II. ind.

II. RA 1274 B n. 21 f. 132a.

Iusticiario (Principatus). . . . precipimus, quatinus . . . magistros 25, qui sciant facere mattones . . . apud Luceriam mittas pro faciendis matonibus pro opere muri Lucerie . . . . et ecce quod predictis expensoribus . . . mandamus, ut ipsos solvant, sicut alios magistros, qui faciunt matuncellos [illegible][4]) . . . . Dat. Fogie XI. madii II. ind.

III. In simili forma scriptum est iusticiario Aprucii citra flumen Piscarie. Dat. ut supra.

[1]) *n. 89.* [2]) *n. II.* [3]) *n. III.* [4]) *n. I § 7.*

91.

I. RA 1272 B n. 14 f. 267b. *Foggia 1274 Mai 11.*

Bisancio de Rustico et sociis receptoribus et expensoribus fiscalis pecunie super opere muri Lucerie. *[1]* . . . precipimus, quatinus subscriptis magistris muratoribus Gallicis *(es folgen die Namen)* laborantibus in opere muri Lucerie, solvatis solidos ad rationem de unc. aur. 1 pro quolibet ipsorum per mensem . . ., pro tempore, quo in dicto opere laborabunt. si vero aliquem ipsorum absentem esse contingerit ab opere supradicto per aliquos dies, non solvatis ipsum pro diebus illis. *[2]* . . . mandamus, quatinus de omnibus expensis factis et faciendis per vos in opere supradicto quaternum consimilem quaterno vestro pro mag. Petro de Angicur preposito super opere muri ex parte Lucerie fieri faciatis, sicut habetis per commissionis vestre litteras[1]) in mandatis. *[3]* . . . mandamus, quatinus mag. Iohanni de Dinant, quem ordinavimus super forgia carpentarie Lucerie de novo facienda[2]), expensas ad rationem de tar. aur. 2 per diem, quousque in dicto servitio moram trahet, de predicta pecunia exolvatis; et ad requisicionem eiusdem mag. Iohannis operarios, qui adiuvent eum in opere predicte forgie carpentarie, quos idem elegerit, solvatis, prout cum ipsis melius poteritis convenire, ut in labore dicte forgie nullus possit intervenire defectus. cui mag. Iohanni ferrum carbones et quelibet alia necessaria pro labore dicte forgie exhibeatis . . .. Dat. Fogie XI. madii.

II. RA 1272 B n. 14 f. 270a.

Bisantio de Rustico et socio receptoribus et expensoribus fiscalis pecunie super opere muri Lucerie. *[1]* . . . precipimus quatinus subscriptis magistris muratoribus[a]) Gallicis *(es folgen die Namen)* deputatis ad laborandum in opere muri Lucerie, solvatis solidos ad rationem de unc. aur. 1 . . . pro quolibet ipsorum per mensem . . . pro tempore, quo in opere ipso erant, nulla eis deductione facta pro diebus non laboratoriis vel festivis nec pro diebus etiam, quibus eos forte contigerit infirmitate gravari. si tamen se ab ipso opere absentabunt, solidos contigentes eos pro diebus illis, quibus absentes fuerint, secundum rationem predictam eis subtraere debeatis. *[2]* . . . mandamus vobis, (*u. s. w. wörtlich wie in n. I.*). Dat. Fogie XI. madii II. ind.

[a]) **mercatoribus.**

92.

RA 1273 A n. 18 f. 23b bis 24a. *Foggia 1274 Mai 13.*

Expensoribus operis murorum Lucerie. *[1]* Supplicavit excellencie nostre mag. Petrus de Angicuria prepositus operis muri Lucerie ex parte ipsius terre . . ., quod, cum mandaverimus per eum fieri quaternum unum consimilem quaterno vestro de omnibus expensis factis et faciendis in opere dicti muri, et tam pro scribendo quaterno ipso quam pro scribendis aliis ad eum spectantibus pro eodem opere oportunis retinuerit et retineat secum pro notario Bernardum clericum de Gasconia et eidem notario a I. proximo preteriti mensis aprelis, quo cepit esse secum in eodem servicio, et inantea expensas, quas alius notarius nomine Odardus, quem habuit dudum secum in eodem servicio, . . . recipere consuevit, per vos exhiberi benignius mandaremus . . .: mandamus, quatinus . . . eidem Bernardo . . . a I. die dicti aprelis . . . et inantea . . . expensas, quas dictus . . . precessor eius . . . consuevit recipere . . ., exhibere curetis . . .. *[2]* preterea[a]) quia volumus, ut per mag. Riccardum de Fogia prepositum murorum Lucerie ex parte Florentini fiat quaternus unus consimilis quaterno vestro de omnibus expensis factis et faciendis pro opere dicti muri: . . . mandamus, ut omnes expensas, quas pro opere ipso feceritis, solvatis de plena consciencia et noticia dicti mag. Riccardi. et de omnibus expensis factis et faciendis pro eodem opere quaternum ipsum habendum per eundem mag. Riccardum scribi faciatis per notarium Matheum in omnibus et per omnia consimilem quaterno vestro . . .. Dat. Fogie, mense madii, XIII. eiusdem.

[a]) **propterea.**

93.

RA 1272 B n. 14 f. 269a. *Foggia 1274 Mai 18.*

Mag. Symoni, mag. Roberto de Andria, mag. Iacobo de Salpis et sociis magistris frabicatoribus. . . . facimus . . . notum, quod . . . iusticiarius Capitinate et capitaneus Lucerie . . . significavit nobis, quod

[1] vos voluntarie convenistis cum eo et promisistis sibi . . . edificare et frabicare magnam turrim rotundam operis muri Lucerie usque ad finale complementum ipsius ad omnes expensas vestras, preter quod curia nostra tenebitur dare vobis in opere ipso necessariam quantitatem lapidum calcis et arene. *[2]* convenistis etiam et promisistis facere et componere in eodem opere bassos columpnas et capitellos necessarios in eadem turri

[1]) *n. 56 I.* [2]) *n. 89.*

necnon et pavimenta utriusque solarii. /3/ et curia nostra tenebitur dare vobis pro qualibet canna altitudinis ipsius turris prolate per totum circuitum eiusdem ad estalium unc. aur. 60 . . .. /4/ et constituatur pro parte curie nostre mag. Arditus Gallicus provisor ipsius operis. /5/ nec curia nostra ammovebit vos ab ipso estalio, etiam si aliqui voluerint ipsum opus facere pro minori pecunie quantitate,

supplicans, ut predictum vobis acceptare extalium cum pactis et predictis condicionibus mandaremus. cuius supplicacionibus annuentes, predictum extalium factum vobis per iusticiarium supradictum et conventum cum pactis et condicionibus supradictis per vos conventis et habitis cum eodem iusticiario . . . gratum gerimus et tenore presentium acceptamus . . .. Dat. Fogie XVIII. madii II. ind.

94.

RA 1272 B n. 14 f. 268b. *Foggia 1274 Mai 18.*

Bisantio de Rustico et Thomasio Caloiohanne de Baro receptoribus et expensoribus fiscalis pecunie operis muri Lucerie. Supplicavit excellencie nostre mag. Riccardus de Fogia prothomagister operis muri Lucerie ex parte Florentini . . ., quod, cum mandaverimus vobis, ut sibi pro expensis suis tar. aur. 1 et gr. 5 die quolibet solveretis, et propter presentis temporis carestiam sibi non sufficiant expense predicte, ut provideri sibi de maiori salario mandaremus: ideoque . . . precipimus, quatinus deinceps inantea, quousque presens carestia duraverit, [sibi][a]) . . . tar. 1 1/2 die quolibet exsolvetis . . .. Dat. Fogie XVIII. madii II. ind

[a]) *unlesbar, da abgeschabt.*

95.

RA 1272 B n. 14 f. 270a. *Foggia 1274 Mai 21.*

Fichinis, senioribus, baiulis et universis Sarracenis Lucerie. Volentes in opere nostro Lucerie . . . nullum intervenire defectum, . . . mandamus, quatinus ad requisitionem Bisancii de Rustico de Trano et socii . . . quolibet die manipulos 300 expensoribus ipsis pro eodem opere de Sarracenis eiusdem terre Lucerie sub mercede solvenda eis per eosdem expensores . . . procuretis et faciatis . . . exhiberi . . .. Dat. Fogie XXI. madii II. ind.

96.

RA 1272 B n. 14 f. 272a. *Foggia 1274 Mai 24.*

Expensoribus protomagistris et universis in opere Lucerie laborantibus tam presenti tempore quam futuro. Cum Gofridum Pulcinum militem etc. castellanum castri nostri Lucerie, amoto inde Iohanne de Caus, usque ad nostre voluntatis beneplacitum duxerimus ordinandum et velimus, ut[a]) super acceleranda perfectione dicti operis nostri Lucerie pro parte nostre curie pervigilis et studiosus intendat, ac eidem militi excellentia nostra commiserit, ut, quemcumque vestrum in expeditione predicti operis viderit negligentem, ipsum ad id compellere debeat: . . . mandamus, quatinus eidem militi super premissis pareatis et efficaciter intendatis. Dat. Fogie XXIIII. madii II. ind.

[a]) *fehlt Reg.*

97.

RA 1272 B n. 14 f. 276b. *S. Gervasio 1274 Juni 7.*

Mag. Petro de Angicurch et mag. Riccardo de Fogia. Significavit nobis . . . iusticiarius Capitinate etc., quod tu, mag. Petre, dimisso opere muri Lucerie ex parte Lucerie, ivisti Barolum, et tu, mag. Riccarde, dimisso opere muri ex parte Florentini, contulisti te aput Fogiam, non obtenta licencia dicti iusticiarii . . . mandamus, quatinus de cetero predictum opus sine licencia dicti iusticiarii nullatenus dimittatis . . . et ecce, quod predicto iusticiario . . . iniungimus, ut pro diebus illis, pro quibus fuistis absentes et pro quibus inantea absentes fueritis ab opere supradicto, expensas vobis deduci faciat per expensores in eodem opere per nostram curiam ordinatos. Dat. aput s. Gervasium VII. iunii II. ind.

98.

RA 1272 B n. 14 f. 287b. *Melfi 1274 Juni 18.*

Petro de Insula militi. . . . precipimus, quatinus . . . significes nobis . . ., quot currus deputati sunt in opere muri Lucerie, et quot necessarii esse videntur, et que quantitas lapidum sit ad presens parata, et que necessaria erit pro opere turris rotunde, necnon et que quantitas maturellorum sit ad presens ibidem parata, necnon et quot carrocie necessarie sunt pro opere supradicto, et de predictis omnibus distincte lucide et particulariter . . . informes. Dat. Melfie XVIII. iunii II. ind.

99.

I. RA 1273 A n. 18 f. 203a. *Melfi 1274 Juli 1.*

Goffrido de Bonguilielmi. [1] Licet super opere murorum Lucerie plures et diversos prepositos usque modo celsitudo nostra statuerit, tamen, quia in opere ipso ob ipsorum negligentiam et desidiam processum non est iuxta nostre beneplacitum voluntatis, te, de cuius fide sollicitudine et experta diligentia plene confidimus, et per quem speramus et credimus firmiter in celeri prosecutione et complemento ipsius operis iuxta intentionis nostre propositum debere procedi, eidem operi, ammotis quibuslibet aliis ibidem prepositis, duximus preponendum, . . . mandantes, quatinus illuc personaliter te conferens sic in eodem opere faciendo et celeriter complendo pervigil sedulus et studiosus existas et sic in eodem opere per sufficientiam et copiam magistrorum manipulorum et aliorum operariorum et aliorum omnium, que pro eodem opere oportuna et neccessaria fuerint, cum omni instantia celeritate et sollicitudine procedas et procedi facias, requirendo a iusticiario Capitanate pecuniam, magistros, manipulos, carrozias, currus cum animalibus et eorum ductoribus, lignamina, ferrum, aczarum, funes, ferramenta et alia quelibet et singula pro eodem opere oportuna in quantitate, quam pro celeri exequtione eiusdem operis videris expedire, et ab aliis iusticiariis et officialibus nostris citra farum existentibus per singulas regni nostri partes magistros fabricatores, carpentarios mattuncellorum, magistros calcararum, manipulos, currus, carrozias, ferrum, aczarum, lignamina et alia similiter pro ipso opere oportuna sub iusto pretio et loerio, quod per expensores eiusdem operis solvi facias temporibus oportunis; instando etiam aput magistros, manipulos et alios operarios singulos in eodem opere deputatos et etiam deputandos et puniendo tam eos quam expensores eiusdem operis, si eorum negligentia dolo vel desidia remanserit, quin in opere ipso cum omni diligentia et instantia procedatur, per incarcerationem, mutilationem membrorum et etiam per force suspendium, si videris expedire, quod opus ipsum iuxta desiderii nostri votum bene et studiose fiat nec minus compleatur celerius, quam credimus. [2] et ut tam a predicto iusticiario Capitanate pecunia sufficiens et neccessaria continue oportunis temporibus necnon alia predicta omnia pro predicto opere oportuna quam ab aliis iusticiariis et officialibus ipsarum partium universa et singula neccessaria et utilia pro eodem opere ad tui requisitionem sine defectu et difficultate qualibet habeantur: volumus et mandamus, ut singulis iusticiariorum et officialium ipsorum, nisi[a]) ea omnia, super quibus ipsos duxeris requirendos, efficaciter compleant et observent, penas et banna pro parte culminis nostri imponas, sicut qualitati negotii et celeri ac debite prosequtioni eiusdem operis videris expedire. [3] et si forte ipsorum aliqui vel aliquis penam, quam eis imposueris, contempserint non exequendo et complendo, que sibi pro eodem opere ex parte nostra mandaveris, statim penam ipsam et nomina transgressorum huiusmodi et causam transgressionis ipsorum distincte celsitudini nostre scribas, ut statim ab eis penas et banna ipsa, que eis imposueris, cum integritate qualibet exigi faciamus et alias contra eos tamquam contra contemptores mandatorum et servitiorum nostrorum iuxta nostrum beneplacitum procedamus. [4] et contra magistros quoslibet et operarios alios eiusdem operis et personas alias, que pro eodem opere aliqua servitia facere vel aliquas res, quocumque vocabulo nominentur, pro eodem opere neccessarias exibere et vendere debuerint et super ipsis serviciis faciendis vel rebus ipsis assignandis et vendendis se desides et contradictores ostenderint vel modo quolibet contumaces, procedas ad penam realem et personalem, sicut pro celeriori et meliori prosecucione et complemento dicti operis videris expedire. [5] ad maiorem quoque cautelam iusticiariis, baiulis, iudicibus, magistris iuratis et officialibus aliis ac universis necnon expensoribus, prothomagistris, magistris, manipulis, operariis et aliis personis in eodem opere deputatis et inantea deputandis per patentes nostras litteras expresse precipimus, ut tibi super omnibus ad opus ipsum spectantibus tamquam persone nostre devote et efficaciter pareant respondeant et intendant. [6] et de omnibus, que pro eodem opere recipi et expendi contingerit per expensores ipsius operis, fieri facias quaternum unum consimile quaterno expensorum ipsorum, continentem a die in diem particulariter et distincte: pecuniam et alia singula, que ipsi expensores receperint et solverint pro opere supradicto, diem et locum receptionis et solutionis, nomina exibentium et recipientium; per te magistris racionalibus magne nostre curie assignandum, ut tempore raciocinii ipsorum expensorum cum quaterno eorum collatio fiat, ita quod super hiis omnibus curiam nostram circumveniri vel decipi non contingat. [7] nichilominus in solutionibus singulis, que fient per expensores eorundem ex quacumque causa pro eodem opere, personaliter debeas interesse vel, si commode tu interesse non poteris, statuas ad hoc aliquem loco tui, de quo tamquam de te ipso confides, ita quod in hoc nulla fraus vel dolus in dampnum et dispendium nostre curie penitus committatur. Dat. Melfie I. iulii II. ind.

[a]) ut.

II. FA n. 70 f. 14b bis 15a.

Iusticiario Aprucii citra flumen Piscarie. Scire volumus fidelitatem tuam, quod nos confisi de fide . . . Goffridi de Bonguilielmi . . ., ipsum prepositum super opere murorum Lucerie duximus . . . statuendum . . ., data eidem Goffrido plenaria potestate requirendi singulos iusticiarios regni nostri a faro citra pro exhibendis sibi magistris muratoribus, magistris carpenteriis, manipulis, curribus, ferro, aczaro, lignaminibus et omnibus aliis personis et rebus aliis neccessariis in opere supradicto . . .: ideoque . . . mandamus, quatinus eidem Goffrido . . . ad requisicionem suam super omnibus ad expedicionem et celere complementum eiusdem operis spectantibus . . . intendas . . . et . . . personas et res . . . neccessarias . . . exhibeas . . .. Dat. Melfie etc. (I. iulii II. ind.)[1]).

100.

RA 1273 A n. 18 f. 32b. *Melfi 1274 Juli 2.*

Mag. Richardo de Fogia prothomagistro operis muri Lucerie ex parte Florentini. Quia significasti nobis, quod oportet te retinere scriptorem unum pro scribendis expensis factis et faciendis in opere muri predicti in quaterno uno consimili quaterno Bisancii de Rustico et socii receptorum et expensorum fiscalis pecunie in opere utriusque muri Lucerie . . ., supplicans, ut ei expensas per eosdem receptores et expensores mandaremus exiberi . . .: ecce quod predictis receptoribus et expensoribus . . . mandamus, ut uni scriptori tecum moranti expensas ad racionem de tar. I . . . per diem . . . largiantur. Dat. Melfie II. iulii II. ind.

101.

RA 1273 A n. 18 f. 204ab. *Melfi 1274 Juli 2.*

Magistro massario Basilicate. Litteris . . . tuis . . . receptis . . ., tibi duximus taliter respondendum: . . . volumus . . ., ut, si Gofridus de Bonguilielmo prepositus operis muri Lucerie ordeum terragiorum terrarum (*sc.* terrarum, que tempore quondam Manfridi principis Tarentini deputate erant massariis [illegible] et Manfridi Malecte in territorio Lucerie, quas per te et Guilielmum de Settays mandavimus ad manus nostre curie revocare,) pro annona equitaturarum trahencium carrochias in eodem opere deputatas a te duxerit requirendum, ipsum . . . exhibeas . . .. Dat. Melfie II. iulii II. ind.

102.

RA 1273 A n. 18 f. 203b. *Melfi 1274 Juli 3.*

Bisancio de Rustico et socio expensoribus fiscalis pecunie super opere muri Lucerie. Quia significastis nobis, recepisse in mandatis per litteras nostras[2]), ut, ad requisicionem mag. Petri de Angicuria prepositi super opere muri ex parte Lucerie, mag. Bernardo clerico notario suo . . . expensas . . . exhibere [illegible], et dubium esse vobis scripsistis, ad quam racionem expense ipse essent persolvende . . ., volumus, quod dicto Bernardo . . . ad racionem de tar. I per diem . . . exhibere curetis . . .. Dat. Melfie III. iulii II. ind.

103.

RA 1273 A n. 18 f. 212a. *Lagopesole 1274 Juli 15.*

Goffrido de Bon Guilielmo preposito operis castri Lucerie. /1/ Benigne recepit excellencia nostra litteras . . ., per quas, quia significasti nobis, quod in opere ipso bene et diligenter procedi[illegible], [illegible] studium commendamus. /2/ preterea quia nobis . . . intimasti, quod iusticiarius Capitinate requisitus per te de exibenda pecunia expensoribus predicti operis . . . pecuniam ipsam exhibere non potuit, [illegible] pretendens, quod pecuniam pre manibus non habebat . . .: sic tibi . . . rescribimus, quod, cum nolumus in predicto opere aliquem intervenire defectum, ecce mittimus . . . unc. aur. 200 . . . assignandas . . . expensoribus predicti operis, expendendas per eos in predicto opere . . .. /3/ tu vero de condicione et processu dicti operis . . . sepe sepius curiam nostram tuis litteris studeas informare; et nichilominus predictum Iusticiarium Capitinate, cum tibi pecunia fuerit oportuna pro opere supradicto, requirere studeas, ut expensoribus predictis sufficientem pecuniam debeat exibere; et si . . . exibere noluerit . . . vel nequiverit, [illegible] scienciam statim debeas consultare, ut tibi . . . nostrum super hiis beneplacitum rescribamus. Dat. apud Lacumpensulem XV. iulii II. ind.

[1]) *Das fehlende Datum ist zu ergänzen nach der [illegible]* Goffridus de Bonguilielmi [illegible]

[2]) *n. 92 § 1.*

104.

RA 1272 B n. 14 f. 296a. *Lagopesole 1274 August 1.*

Siclariis sicle Brundusii. Cum totam pecuniam debitam curie nostre pro precio nove denariorum monete . . ., distributam seu distribuendam per vos in singulis terris et locis Capitinate et honoris Montis s. Angeli per . . . iusticiarium Capitinate, . . . volumus recolligi per eum pro expensis murorum Lucerie . . .: mandamus, quatinus . . . transumptum . . . cedule de distribucione . . . eidem iusticiario . . . assignare curetis, ut pecuniam totam . . . recolligat . . . pro expensis eiusdem operis . . .. Dat. aput Lacumpensulem, mense augusti, I. eiusdem, II. ind.

105.

RA 1272 B n. 14 f. 300b. *Lagopesole 1274 August 9.*

Mag. Petro[a]) de Angicurt et mag. Riccardo de Fogia prothomagistris operis Lucerie. Gaufridus Paucinus castellanus castri nostri Lucerie nobis . . . intimavit, quod cisterna castri nostri predicti reparacione indiget et pro 30 unc. aur. potest comode reparari et, dum vos idem castellanus requireret super hoc, asseruistis eidem, quod illam ex pacto reparare minime debebatis. cum igitur cisternam ipsam velimus . . . reparari vobisque mittamus per mag. Petrum de Chaulis clericum . . . 30. unc. aur. pro reparatione predicta: . . . mandamus, quatinus cisternam ipsam . . . reparetis, ita quod statim possit in ea aqua bene recipi et etiam retineri . . .. Dat. apud Lacumpensulem IX. augusti II. ind.

a) *fehlt Reg.*

106.

I. RA 1272 B n. 14 f. 304a. *Lagopesole 1274 August 13.*

Bisantio de Rustico et sociis receptoribus et expensoribus fiscalis pecunie super opere muri Lucerie. *[1]* Ad significata nobis per litteras vestras, quod magistri maczonerii, qui deputati fuerant super faciendis mattonibus pro opere dicti muri, quorum nomina et cognomina in eisdem vestris litteris continebantur, fuga lapsi recesserunt de ipso opere, licentia non obtenta: ecce quod iusticiario Principatus et Terre Beneventane et iusticiario Aprucii citra flumen Piscarie, de quorum iurisdictionibus predictos magistros esse scripsistis, . . . iniungimus, ut ipsos uxores et filios eorum de personis capiant et captos sub vinculis ferreis ad opus predictum duci faciant, ut in opere ipso laborent, sicut hactenus laborabant, vinculis ferreis non dimissis eisdem. scribimus etiam iusticiario Capitinate, ut per singulas terras et loca iurisdictionis sue de predictis magistris fugitivis inquirat et, quoscumque ipsorum invenerit commorantes in terris ipsis ac etiam laborantes, capiat de personis et captos sub vinculis ferreis duci faciat ad laborandum mattones pro opere supradicto; et quod, si quos alios inveniat, qui sciant facere mattones, ipsos venire faciat ad opus predictum et per vos conduci ad laborandum mattones, precio competenti, ita quod in opere ipso nullus intersit defectus. *[2]* ad aliud, quod scripsistis, necessariam esse vobis ordei quantitatem pro annona equorum carrociarum nostrarum deputatarum ad deferendum lapides pro opere supradicto: ecce quod iusticiario Capitinate . . . iniungimus, ut . . . exhibeat vobis ordeum pro annona equorum ipsorum in necessaria quantitate de proventibus terragiorum Lucerie necnon canonis et gisie . . .. *[3]* mandamus, quatinus predictos magistros sub vinculis ferreis in ipso opere laborari faciatis, non dando eis aliquas expensas, nisi tantum panem et aquam in pena, quia de nostris servitiis sine licentia recesserunt. *[4]* preterea scire vos volumus, quod predictis iusticiariis Principatus et Aprucii mandamus per easdem litteras nostras, ut totidem magistros, qui sciant mattones facere, inveniant et mittant ad opus predictum, quibus expensas exhibeatis statutas et consuetas . . .. *[5]* scribimus etiam iusticiario Basilicate, ut in terris vicinioribus Lucerie de iurisdictione sua specialiter inveniat magistros scientes facere mattones et mittat ipsos ad laborandum in predicto opere, quibus expensas similiter exolvatis. Dat. apud Lacumpensilem XIII. augusti II. ind.

II. RA 1272 B n. 14 f. 304b.

Goffrido de Bono Guilielmo preposito super opere Lucerie. . . . precipimus, quatinus . . . inquiras ac scias causam, ob quam de ipso opere recesserunt, si ob culpam expensorum vel protomagistrorum aut aliorum quorumcumque vel alia quacumque causa. et quicquid exinde inveneris, . . . nobis studeas intimare . . .. tu vero super acceleratione ipsius operis tantam ac talem sollicitudinem ac diligentiam exhibeas efficacem, quod in conspectu nostro per effectum operis commendandus occurras . . .. Dat. apud Lacumpensilem XIII. augusti II. ind.

107.

RA 1272 B n. 14 f. 307b. *Lagopesole 1274 August 20.*

Expensoribus operis murorum Lucerie. *[1]* Quia significavit celsitudini nostre . . . iusticiarius Capitinate . . ., quod, si vos et mag. Riccardus prothomagister eiusdem operis habentes hospicia extra ambitum murorum castri ipsius terre moram et habitacionem vestram et ipsius prothomagistri [illegible] ipsius castri ambitum reduxeritis, melius expeditioni eiusdem operis intendere poteritis . . .: mandamus, quatinus . . . hospiciis vestris et eiusdem prothomagistri infra ambitum eiusdem castri reductis . . . [illegible] intendere studeatis, quod opus ipsum bene et cito . . . compleatur . . .. *[2]* preterea, quia intimastis . . ., quod necessarii sunt vobis pro guarnimento carroziarum deputatarum in eodem opere prunelli [illegible] et [illegible] . . . mandamus vobis, quatinus . . . coria . . . in necessaria quantitate ad predicta et alia eiusdem operis servicia convertatis . . .. Dat. apud Lacumpensulem XX. augusti II. ind.

108.

RA 1274 B n. 19 f. 122a. *Lagopesole 1274 September 1.*

Goffrido de Bonguilielmo preposito operi murorum Lucerie. Quia nostre celsitudini intimasti, quod post discessum mag. Petri de partibus Lucerie murus et turres a parte Troie ascenderunt in altum per totum facta compensatione altitudinis et longitudinis, per mensuram cannarum 40, et turris [illegible] est per circuitum in altitudinem cannarum 11, et corvelli positi sunt in ea, et porte etiam magne [illegible] sunt, et ianue posite sunt in eis, et quod in opere ipso proceditur cotidie, ita quod hinc ad dies 15 erit opus ipsum unanimiter adequatum: studium, quod tu circa prosecucionem dicti operis habere scripsisti, duximus commendandum. et . . . mandamus, quatinus sic complementum dicti operis . . . accelerare studeas, ut in nostro felici adventu, quem infra presentem mensem septembris ad opus ipsum . . . faciemus, possis[a] inde nostre celsitudini complacere . . .. Dat. aput Lacumpensilem 1274, mense septembris, I. eiusdem, III. ind.

[a]) possit.

109.

RA 1274 B n. 21 f. 262a. *Lagopesole 1274 September 19.*

Eidem iusticiario (Capitinate). *[1]* . . . precipimus, quatinus . . . inquiras de omnibus ingeniis, machinis et edificiis factis dudum ad expugnationem Lucerie cum apparatibus eorundem, [illegible], zappis, piconibus, palis, acutis, plumbo, lignaminibus, ferramentis et rebus aliis quibuscumque curie nostre, que fuerunt in obsidione predicta, et apud quos res ipse remanserunt, et apud quod nunc existant, ut scias inde plenariam veritatem. *[2]* inquiras etiam et scias de omnibus coriis bubalorum mortuorum de bubalis in opere murorum Lucerie deputatis, et apud quos fuerint, et qui nunc ea habent, et qualitatem et quantitatem omnium predictorum, et qui nunc ea habent, et quid factum fuerit de eis . . .. Dat. apud Lacumpensilem XIX. septembris III. ind.

110.

RA 1274 B n. 21 f. 262b. *Venosa 1274 Oktober 5.*

Eidem iusticiario (Capitinate). . . . nuncius tuus assignavit magistris rationalibus etc. litteras tuas . . . continentes, te solvisse ad diversa mandata nostra tibi directa infrascriptis personis de pecunia presentis generalis subventionis quantitatem pecunie infrascriptam: videlicet *[1]* expensoribus operis muri Lucerie per diversas vices et tempora pro opere ipsius muri unc. aur. 3038 et tar. 14. *[2]* Iohanni Guerre de Capua pro precio bubalorum 4 emptorum per ipsum pro eodem opere unc. 8. *[3]* Sarracenis [illegible] 50 missis pro serviciis nostris ad partes Romanie pro solidis eorum 2 mensium iulii et augusti II. ind. . . . ad racionem de tar. aur. 15 pro quolibet ipsorum per mensem, unc. 100[1]). *[4]* Petro de Apia, [illegible] de Melfia et notario Silvestro de Baro inquisitoribus in Capitinata pro expensis eorum certi temporis unc. 19 et tar. 9, sicut scripsisti. que pecunia est in summa . . . unc. 3165 et tar. 23, de quibus significatis presentes tibi mittimus responsales . . .. Dat. Venusii V. octobris III. ind.

I. RA 1274 B n. 21 f. 263[illegible]. *[illegible] 1274 Oktober 11.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Quia intelleximus, quod propter defectum [illegible] in opere muri nostri Lucerie copia lapidum non habetur nec proceditur in opere ipso complete et continue, sicut deret . . . pre-

[1]) *Diese Berechnung stimmt nicht.*

cipimus, quatinus ea ora vel eo die, quo presens mandatum nostrum receperis, preter currus et carroccias ipsi operi deputatas currus 20 . . . conducas et ipsos pro deferendis lapidibus in predicto opere debeas deputare, faciens solvi per expensores ipsius operis precium, pro quo conduxeris currus ipsos. si vero in terris iurisdictionis tue non inveneris currus 20 . . ., mandamus, quod incontinenti requiras . . . iusticiarium Terre Bari[1]), ut tibi currus ipsos 20 vel illos, qui defecerint usque ad quantitatem predictam, . . . transmittat . . .. Dat. Venusii **XI**. octubris **III**. ind.

II. RA 1274 B n. 21 f. 318b.

Eidem iusticiario (Terre Bari). *Schreiben gemäß n. I.* Dat. Venusii **XI**. octubris **III**. ind.

112. *Foggia 1274 Oktober 20.*

RA 1274 B n. 20 f. 7ab. — Papon, Histoire générale de Provence III (1784) Anhang p. 18 n. 12 (unter falschem Jahre). D'Amelj, Storia della città di Lucera, Lucera 1861, p. 331 sg. L. Zuccaro, Lucera et les colonies Provençales, Foggia 1894, p. 53—57.

I. Episcopo Cistariensi, Gaucherio de Rocca, Philippo de Valervia et Raynaldo de Curtoloco militibus. Cum locum Lucerie, in quo castrum nostrum positum est, velimus novis habitatoribus habitari et illis precipue, quos scimus nostri honoris et nominis zelatores et erga maiestatem nostram ardorem pure fidei et sincere devotionis accensos, ad quod[a]) de fidelibus nostris Provincie, quos inter alios nostre dominationi subiectos fidei et devotionis eorum merita conspectui nostro commendabiles representant, promittimus advocandos: . . . mandamus, quatinus in comitatu Forcalquerii et balivia Dignensi[b]) focularia 30 eligere et invenire curetis, inducentes et hortantes eosdem ex parte culminis nostri, ut cum omnibus familiis eorum ad incolatum dicti loci debeant se transferre. inter quos sint aliqui boni fabri, carpentatores, magistri lapidum, boni laboratores et ingeniatores. nos enim, ut voluntarios et promptiores ad conferendum se ad incolatum dicti loci se prebeant, hiis, qui ad habitationem eandem accedere voluerint, immunitates concedimus. in aliis tam ex dono quam mutuo providimus subveniri, prout de singulis inferius continetur: videlicet

[1] quod dabuntur venientibus generaliter de Provincia cum uxoribus et familiis eorum ad habitandum in loco predicto de terris eminate Marsilienses pro seminando frumento et ordeo 45 ad mensuram Marsilie; de quibus 45 eminatis seminabuntur anno quolibet 30 et relique 15 remanebunt pro seminando sequenti anno. *[2]* item dabuntur eisdem similiter pro faciendis vineis et ortis alie minate 3, 2 videlicet ipsarum pro vineis faciendis et reliqua 1 pro orto; que 2 eminate vinearum reddent per annum vini miliarolas[2]) 60 ad mensuram Massilie. *[3]* item aliis venientibus sine uxoribus et familiis dabuntur eminate 30; de quibus seminabuntur anno quolibet eminate 20 et relique 10 remanebunt ad laborandum pro sequenti anno. *[4]* item dabuntur eisdem venientibus sine uxoribus et familiis alie eminate 2 pro faciendis vineis et ortis, una videlicet eminata et tertia pro faciendis vineis, que reddent per annum vini miliarolas 40 ad predictam mensuram, et relique due partes unius eminate remanebunt pro faciendo orto. et postquam uxores et familias habuerint, addentur eis pro seminando usque ad eminatas 45 et pro faciendis vineis et ortis usque ad eminatas 3, computatis illis, quas primo habuerint, prout habebunt illi, qui cum uxoribus venerint et familiis eorum. *[5]* item omnes habebunt ligna sicca pro usibus eorum et ligna viridia pro domibus construendis de nemore Alberone, quod est delonge per 2 leucas. *[6]* item habebunt pascua et aquam pro animalibus eorum libere et secure. *[7]* item habebunt intra[c]) terram bonam aquam de puteis et circa ipsam terram bonam aquam de fluvio et de fontibus. *[8]* item locus ipse est tutus fortis pulcher et sani aeris; et quelibet eminata terre in eodem loco consuevit reddere de frumento minas 10 et de ordeo minas 10 generaliter. *[9]* item omnes eximentur et erunt liberi a collectis et exactionibus perpetuo; hoc salvo, quod transactis 10 annis quodlibet capud domus solvet nobis in regrationem huiusmodi nostre gratie tar. 1. et ipsa libertas durabit eis, quamdiu morabuntur ibi. et erunt liberi de rebus, quas ibi[d]) possidebunt. de aliis vero rebus, quas eos alibi possidere contigerit, solvent, sicut alii de regno solvere tenentur. *[10]* item quod omnibus ipsis venientibus ad habitationem dicti loci faciemus edificari domos ad expensas et cum expensis curie nostre; quarum domorum quelibet erit longitudinis cannarum 6 et amplitudinis in facie cannarum 3; et erunt cooperte bonis tegulis. *[11]* item faciemus donari cuilibet ipsorum pro faciendo campo seu massariis boves 2 cum aratro et toto apparatu ad arandum. *[12]* item faciemus ipsos duci et portari

[a]) quos. [b]) Andegavie. *Hier ist mit Sicherheit* Dignensi *zu verbessern im Hinblick auf die Wiederholung desselben Namens gegen Schluß dieses Aktenstückes. Vgl. auch Papon a. a. O.* [c]) **in terra.** [d]) **ipsi.**

[1]) *n. II.* [2]) *Du Cange s. v.* **meillerola.**

per mare a Provincia in regnum sub naulo per curiam nostram solvendo. et faciemus eis dari vitam supra mare, sicut datur aliis marinariis. *[13]* item faciemus eis dari ex dono in primo anno frumentum necessarium pro victu eorum, videlicet pro qualibet persona eminas 12 per ipsum annum. *[14]* item faciemus eis mutuari frumentum et ordeum pro semine pro eodem primo anno. *[15]* item faciemus exhiberi cuilibet capiti focularis seu familie pro necessariis suis 50 solidos turonenses primo anno tantum.

tractetis predicta et faciatis cum eis, quod deferant arma eorum, que habent in Provincia. quibus, quos in predictis comitatibus Forcalquerii et balivia Dignensi[*]) eligeritis et inveneritis, ex parte celsitudinis nostre auctoritate nostrarum presentium patentium litterarum firmiter promittatis, quod predicta omnia, sicut superius sunt expressa, eis servabimus et faciemus inviolabiliter observari, prout eis secundum predictam formam et modum pro parte excellentie nostre duxeritis promittendum. nos enim Ysnardo de Pontermes et Terrohando militibus[1]) de eligendis inveniendis et mittendis 30 focularibus in balliva Draginarie et Arrearum, Gregorio vicario Grassie et Guilielmo Oliverii[2]) militibus de eligendis inveniendis et mittendis focularibus 20 in vicaria Nicie et Grassee et balliva de Tinxers, Petro Comestori militi et Raymundo Scriptori[3]) de eligendis inveniendis et mittendis aliis focularibus 30 in balliva Aquensis et vicecomitatu Massilie, necnon et priori s. Remigii, Alfanto de Tarascono et Riccardo Ugolini de s. Remigio[4]) militibus de eligendis inveniendis et mittendis aliis focularibus 30 de vicaria Avignonensi Tarasconensi Arelatensi similes patentes nostras litteras destinamus. et quia beneplaciti nostri est, quod tam per vos quam per alios predictos fideles nostros usque ad focularia 140 pro habitatione dicti loci Lucerie eligantur et mittantur, sicut superius est distinctum, ecce senescalco[5]) fideli nostro nostris damus litteris in mandatis, ut illos, quos tam vos quam predicti fideles nostri eligeritis et inveneritis, usque ad predictum numerum 140 focularium cum familiis eorundem a Provincia in regnum per mare cum naulo per eum pro parte curie nostre solvendo duci faciat et portari et ipsis omnibus victum supra mare, sicut datur marinariis, debeat exhibere. nomina vero et cognomina omnium, quos de predictis comitatu Forcalquerii et balliva Dignensi[*]) eligeritis inveneritis et miseritis, et unde fuerint, cum numero personarum, quas quilibet ipsorum in familia sua habuerit, distincte per litteras vestras nostre celsitudini intimetis. volumus preterea et mandamus, quod diligenter provideatis et curetis, quod omnes illi, quos miseritis ad habitationem dicti loci, non sint senes et sint fideles et de genere fidelium orti. si vero omnes ad executionem dicti mandati nostri commode non poteritis interesse, duo vestrum ad minus mandatum ipsum efficaciter exequantur. Dat. Fogie XX. octubris III. ind.

*) Duvegusi.

Scriptum est in simili forma:

II. Gregorio vicario Grassie et Guilielmo Oliverii militibus.

III. Terrohando et Ysnardo de Pontermes militibus.

IV. Raymundo Scriptori et Petro Comestori.

V. Priori s. Remigii, Alfanto de Tarascono et Riccardo Huguelini de s. Remigio.

VI. Senescalco Provincie.

113.

RA 1274 B n. 21 f. 265ab. *Foggia 1274 November 2*

Eidem iusticiario (Capitinate). . . . magistri racionales . . . receperunt litteras tuas, per quas significasti . . ., quod . . . concessisti pro . . . anno II. ind. in extaleum gayto Madio . . . cabellam bazulacionis Lucerie . . . pro unc. aur. 440 . . . et quod . . . recolligi fecisti inter homines Troie . . . augustales tres, ad quod universitas eiusdem terre in contumaciam notarii Andree syndici eiusdem universitatis post litem contestatam in questione mota dudum per mag. Gracianum tunc procuratorem fisci pro parte curie et universitatem eandem de pena 50 unc. aur., et quod quidam Christianus in territorio dicte terre . . . fuit inventus occisus, nullo de populo exinde redarguto, per iudices magne curie nostre secundum constitutiones regni fuit sentencialiter condempnata, et quod pecuniam ipsam in opere murorum Lucerie convertisti, quod tibi fuisse asseris per nostras responsales litteras acceptatum . . .: super intimacione predictorum . . . presentes tibi remittimus . . . responsales . . . . Dat. Fogie II. novembris III. ind.

1) *n. III.* 2) *n. II.* 3) *n. IV.* 4) *n. V.* 5) *n. VI.*

114.

RA 1274 B n. 21 f. 266a. *Foggia 1274 November 4.*

Eidem iusticiario (Capitinate). *[1]* . . . quia significasti, te recepisse in mandatis per litteras nostras, ut ad requisicionem Thomasii de Tancredo, magistri massarii Basilicate et Terre Bari, assignares eidem pecuniam oportunam pro emendis carrociis 17 cum equis et aliis apparatibus suis pro opere muri Lucerie, . . . et pro eo, quod . . . sufficientem pecuniam non habebas, dedisti eidem . . . unc. aur. 182 et tar. 15 . . . de pecunia recepta per te tam a syclariis sycle nostre Brundusii quam a distributoribus nove monete in Capitinata, . . . et exhibicionem dicte pecunie acceptari tibi per nostram excellenciam supplicasti: placet nobis et solucionem dicte pecunie acceptamus . . .. *[2]* continebat in super aliud capitulum tuum, te concessisse ad extaleum reparacionem cisterne castri nostri Lucerie mag. Petro de Baro pro unc. aur. 8 . . . pro eo, quod cisternam ipsam fractam et vetustate consumptam esse scripsisti: super quo tuum studium commendamus. *[3]* et quia, quesitis quaternis curie nostre de reparacionibus castrorum, invenitur, quod castrum Lucerie tam novum quam vetus debet reparari tam per Christianos quam per Saracenos Lucerie habitantes: volumus et mandamus, quod predictas unc. aur. 8 per Christianos et Saracenos Lucerie solvi facias . . .. *[4]* noverit eciam fidelitas tua, quod . . . magistri racionales receperunt quaternum inquisicionis sub sigillo tuo facte per te . . . de combustione castri Piczani . . .. Dat. Fogie IIII. novembris III. ind.

115.

RA 1274 B n. 21 f. 268a. *Apricena 1274 November 21.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Exposuerunt excellentie nostre Robbertus de Testa et Clementus de Hugolotta de Precina . . ., quod, cum ipsi de quantitate pecunie nove denariorum monete per eos distribute universitati dicte terre Precine ad cohercionem Turcli de Senis, notarii Angeli de Barulo et iudicis Basilii de Vigiliis distributorum eiusdem monete in Capitinata solverint eisdem . . . unc. aur. 7 tar. 22½, sicut per apodixam eorundem . . . asserunt plene constare, nunc tu, qui habes . . . mandatum de . . . recipienda pecunia huiusmodi . . . et in opere castri nostri Lucerie convertenda, eis apodixam huiusmodi non admittens, cogis eos ad solvendum tibi . . . ipsam pecuniam iterato . . .: (precipimus), quatinus . . . ad iteratam solucionem . . . non molestes . . .. Dat. Precinne XXI. novembris III. ind.

116.

RA 1274 B n. 21 f. 321a. *Apricena 1274 November 26.*

Eidem iusticiario (Terre Bari). . . . (precipimus), quatinus . . . Turclo et sociis ad tuam presenciam accersitis . . ., memoratos Turclum et socios ad faciendam prefatis Robberto et Clemento apodixam de memorata pecunia . . . compellas . . .. Dat. Precine XXVI. novembris III. ind.

117.

RA 1274 B n. 21 f. 271ab. *Apricena 1274 Dezember 17.*

Eidem iusticiario (Capitinate). . . . receperunt . . . magistri racionales litteras tuas continentes, quod autoritate mandati nostri tibi directi ad significacionem per te factam, quod terra Troye, Crepacordium, Dragonaria, Porticlum et Castellum Paganum a . . . distribucione presentis nove monete denariorum et precii eiusdem, quod tibi convertendum in opere murorum Lucerie commisimus colligendum, obmisse erant a transumpto cedule distribucionis . . ., terras ipsas taxares . . . iuxta ratam taxacionis presentis generalis subvencionis, . . . terras ipsas . . . taxasti . . .. Dat. Precine XVII. decembris III. ind.

118.

RA 1274 B n. 21 f. 272b. *Apricena 1274 Dezember 18.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Pro parte universitatis Lucerie . . . maiestati nostre fuit humiliter supplicatum, ut, cum occasione homicidii cuiusdam servientis Gallici dudum occisi . . . in cortina castri nostri eiusdem terre exigas ab eis pro pena . . . unc. aur. 100 necnon compellas eos ad reparacionem cisterne ipsius castri . . ., in cuius exhaccionem pecunie . . . se asserunt contra iusticiam agravari . . .: mandamus, quatinus de . . . compellendis ipsis ad raparacionem cisterne predicte supersedeas . . . usque ad aliud celsitudinis nostre mandatum. Dat. Precine XVIII. decembris III. ind.

119.

RA 1274 B n. 21 f. 323a. *Lucera 1275 Januar 1.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). . . . precipimus, quatinus . . . 20 tumbarellos . . . pro faciendo extrahi terram de fossato, quod nuper extra castrum nostrum Lucerie fieri mandavimus, . . . fieri facias . . . et factos aput Luceriam assignandos Bisancio de Rustico de Trano et socio expensoribus . . . valeas destinare . . .. Dat. Lucerie Sarracenorum I. ianuarii III. ind.

120.

RA 1274 B n. 21 f. 273a. *Lucera 1275 Januar 5.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Quia exposuisti presens celsitudini nostre, te dedisse dudum ad extaleum reparationem duarum cesternarum veteris castri nostri Lucerie, pro eo quod fracte erant et vetustate consumpte et propter hoc aquam non poterant retinere, mag. Petro de Baro et sociis et . . . dedisse eis pro extalio ipso . . . unc. aur. 18 . . .: solucionem pecunie . . . acceptamus . . .. et quia *u. s. w. wie oben n. 114 § 3.* Dat. Lucerie V. ianuarii III. ind.

121.

Inseriert: RA 1274 B n. 21 f. 324a (unten n. 123). *Casalbore 1275 Januar 8.*

Doaneriis et fundicariis Baroli. Cum Petrus de Salpis et Nicolaus de Melficta magistri muratores . . . obligaverunt se . . . curie nostre facere et complere tabulamentum ad extaleum muri operis castri nostri Lucerie pro unc. aur. 170, de quibus (etc. usque:) Dat. aput Casallalbulam VIII. ianuarii III. ind.

122.

RA 1274 B n. 19 f. 26a. *Neapel 1275 Januar 23.*

Eidem iusticiario (Terre Laboris). . . . precipimus, quatinus ad requisicionem mag. Iohannis de Lauduno . . . magistros carpentarios 12 in Aversa bonos, quos ipse tibi specialiter nominabit, dirigendos per eum aput Luceriam Sarracenorum, sibi debeas exhibere, laboraturos una cum aliis magistris in opere fortellicie castri nostri Lucerie deputatis, quibus salarium . . . per iusticiarium Capitinate exhiberi mandamus. Dat. Neapoli XXIII. ianuarii III. ind.

123.

RA 1274 B n. 21 f. 324a. *Neapel 1275 Februar 1.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). Pridem doaneriis et fondicariis Baroli . . . mandatum direximus in hec verba: *(es folgt n. 121).* verum quia dicti magistri extallerii nuper exposuerunt celsitudini nostre, quod dicti doanerii et fundicarii Baroli predictas unc. aur. 25 eis . . . exhibere recusant . . .; precipimus, quatinus ipsos doanerios et fundicarios presentis anni ad exhibendum magistris predictis ipsas unc. aur. 25 . . . compellas . . .. Dat. Neapoli I. februarii III. ind.

124.

Neapel 1275 Februar 6.

RA 1268 O n. 2 f. 98a. Das Blatt ist sehr stark beschädigt; doch bleibt, wenn auch mit großen Schwierigkeiten, alles lesbar, umsomehr als die gefügte, aber fast gleichlautende, [illegible] eine sichere Handhabe zur Entzifferung und Ergänzung bietet.

VI. februarii. Neapoli. Eidem iusticiario (Capitinate). *[1]* . . . precipimus, ut pro faciendis domibus, quas in castro ipso iuxta ordinacionem nostram fieri facimus, eidem Goffrido . . . pecuniam necessariam . . . largiaris. *[2]* et quia volumus circa faciendum fossatum, quod fit circa castrum predictum, cum omni celeritate intendi, mandamus tibi, ut fossatum ipsum concedas ad extaleum ad racionem de 3 tar. pro qualibet canna quatrata facienda, si poterit, sin autem, ipsum ad expensas curie nostre fieri volumus de predicta pecunia curie nostre, prout melius videris expedire . . ..

125.

RA 1274 B n. 21 f. 276a. *Neapel 1275 Februar 7.*

Eidem iusticiario (Capitinate) et Goffrido de Bonguilelmi. Quia in festo resurrectionis dominice proximo venture apud Luceriam intendimus feliciter dirigere gressus nostros, visuri, si in opere municionis fortelicie castri veteris Lucerie iuxta nostrum beneplacitum sit processum . . . precipimus, quatinus circa . . . sollicite exequenda omnia, que pro municione dicte fortelicie fieri iussimus, procedatis . . . rescripturi

nobis incontinenti, ad quid processum sit in fossato, quod circa muros dicte fortelicie fieri iuximus, anditu murorum ipsorum et omnibus aliis, que in eadem fortelicia fieri mandavimus, et quid fecerint et faciant novi habitatores dicte fortelicie tam in laborandis vineis et ortis quam de omnibus aliis . . .. Dat. Neapoli VII. februarii.

126.

RA 1274 B n. 21 f. 278a. *Capua 1275 März 3.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Cum Bernardum de Vasconia notarium cum Goffrido de Bosco Guilielmi preposito operis fortellicie veteris castri nostri Lucerie . . . morari velimus: . . . mandamus, quatinus . . . eidem Bernardo gagia, que consuevit recipere de mandato curie a Bisantio de Rustico et socio olim expensoribus operis murorum Lucerie, quando morabatur cum Petro de Angicurd, olim preposito eidem operi, pro notario, . . . debeas exhibere. Dat. Capue III. marcii III. ind.

127.

RA 1274 B n. 21 f. 327a. *bei Capua 1275 März 7.*

Eidem iusticiario (Terre Bari). Pro parte Pascalis de Polcaro baiuli Baroli . . . nostre fuit expositum maiestati, quod, cum ipse ad mandatum tuum . . . miserit apud Luceriam certam quantitatem tumbarellorum, quam . . . fieri fecisti pro opere muri Lucerie, assignandam . . . expensoribus ipsius operis . . . et . . . fecerit assignari Goffrido de Bonguilielmo . . ., pro eo quod dicti . . . ab officio erant ammoti, tu exigis . . . ab eodem baiulo pro pena certam pecunie quantitatem, pro eo quod de assignacione ipsorum tumbarellorum non assignavit tibi apodixam . . . predictorum . . .: (mandamus), quatinus . . . contra eundem baiulum ad penam aliquam non procedas . . .. Dat. in turri s. Herasmi VII. marcii III. ind.

128.

RA 1274 B n. 21 f. 281b. *Capua 1275 April 1.*

Eidem (iusticiario Capitinate). . . . quia Goffrido de Bosco Guilielmi preposito dicte fortellicie . . . iniungimus, ut omnes turres dicte fortellicie levi cohopertura cohoperiri faciat et subter cohoperturam ipsam terraciam fieri faciat in eisdem: . . . precipimus, ut pro ipsis cohoperturis et terraciis faciendis . . . exhibeas pecuniam oportunam . . .. Dat. Capue I. aprelis III. ind.

129.

RA 1274 B n. 21 f. 282b. *Capua 1275 April 22.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia mag. Petrus de Angicure in curia nostra presens prestitit magistris racionalibus . . . fideiussores . . . de ponenda et complenda racione de pecunia recepta et liberata per eum in opere muri Lucerie . . . et de singulis aliis rebus, quas ipse recepit et habuit . . ., et de omni alia pecunia, quam recepit pro faciendis quibuscumque aliis edificiis, et de satisfaciendo nobis de toto eo, in quo . . . debitor appareret . . .: precipimus, quatinus ad capiendum bona sua . . . non procedas . . .. Dat. Capue XXII. aprelis III. ind.

130.

I. RA 1274 B n. 21 f. 289a. *Monteforte Irpino 1275 Juni 29.*

Eidem iusticiario (Capitinate). *[1]* Quia presens in curia nostra exposuisti, dudum tibi fuisse per litteras nostre maiestatis iniuntum, ut partem terracie castri nostri Lucerie, quam mag. Petrus de Angicurt infra preteritum festum beati Iohannis facere tenebatur, si eam idem mag. Petrus in termino ipso non faceret et compleret, tu de bonis ipsius mag. Petri infra mensem iulii primo venturum fieri faceres et compleri, et, quia oportet te per partes iurisditionis tue discurrere pro nostris tibi commissis serviciis exequendis, hiis intendere non poteras . . .: ecce quod Gofrido de Bosco Guilielmi preposito operi fortellicie veteris castri Lucerie . . . nostris damus litteris in mandatis, ut predictam partem terracie, si eam dictus mag. Petrus non fecit et complevit, ut debuit, infra predictum mensem iulii primo venturum de bonis eiusdem mag. Petri, assignandis sibi per te usque ad quantitatem sufficientem pro ipsius operis complemento, fieri faciat[a]) et compleri, et quod tam partem ipsam, postquam completa fuerit, quam aliam partem ipsius terracie, quam facere habuit mag. Riccardus de Fogia, faciat imbricibus coperire de bonis ipsorum mag. Petri et mag. Riccardi, si ipsi hoc ex pacto facere tenentur et debent; et si ipsi non tenentur ad id, de pecunia curie nostre . . .,

[a]) facias.

ut terracie ipse non possint a pluviis deguastari. quo circa . . . precipimus, quatinus ad requisicionem dicti Goffridi, si predictus mag. Petrus predictam partem terracie non fecit et complevit, ut eam dictus Goffridus infra predictum mensem iulii primo futuro fieri faciat et compleri, de bonis ipsius mag. Petri usque ad quantitatem sufficientem pro ipsius terracie complemento eidem debeas assignare; et si idem mag. Petrus partem ipsius terracie et predictus mag. Riccardus partem aliam terracie, quam facere habuit, tenentur imbricibus facere coperire, similiter de bonis ipsorum pro coperienda utraque parte dicte terracie usque ad quantitatem sufficientem eidem Goffrido . . . facias assignari; et si ipsi mag. Petrus et mag. Riccardus non tenentur ad id, tu de quacumque pecunia curie nostre, . . . eidem Goffrido, ut terracias ipsas imbricibus faciat coperire, ne a pluviis devastentur, necessariam quantitatem pecunie debeas exibere . . .. [2] ceterum quia exposuisti, te recepisse a nostra celsitudine in mandatis, ut castra nostra sita in iurisditione tua per universitates terrarum et locorum, que tenentur ad id . . ., de omnibus, que in castris ipsis reparanda sunt, faceres reparari, et quod inter alias terras, que tenentur ad reparaccionem castri Troie, continentur subscripte terre, que sunt de iusticiariatu Principatus et Terre Beneventane: videlicet Sivona et Trisilenus, propter quod, eo quod non sunt de iurisditione tua et ingnoras quantitatem taxatam in terris ipsis pro presenti generali subventione, de summa, ad quam reparatio dicti castri ascendit, taxari possint secundum ratam taxationis . . . et pecunia[b]) ecciam, que in eis taxabitur pro reparatione predicta, per te recolligi non poterit, ad reparationem dicti castri procedere nequisti: tibi taliter respondemus, quod iusticiario Principatus et Terre Beneventane . . .[c]) litteris nostris iniungimus[1]), ut quantitatem pecunie imposite in qualibet ipsarum duarum terrarum iurisditionis sue pro presenti generali subventione secundum cedulam taxationis eiusdem generalis subventionis . . ., ut inter terras ipsas et alias terras iurisditionis tue, que ad ipsius castri reparationem tenentur, quarum nomina tibi per nostras litteras sunt distincta, quantitatem pecunie, ad quam extimatio reparationis eiusdem castri ascenderit, secundum ratam presentis generalis subventionis distribuas, tibi incontinenti significare procuret et quantitatem pecunie, quam secundum predictam ratam in eisdem[d]) terris distribuendam duxeris, in terris eisdem per taxatores et collectores eligendos per universitates terrarum ipsarum taxari et recolligi faciat[e]) sine mora et eam successive, sicut recolligitur, expensoribus, qui statuentur super reparatione predicta, faciet integre abssignari; et quod predicat universitatibus terrarum ipsarum, quod, si voluerint, sindicos eorum transmittant, qui intersint[f]) extimationi reparacionis predicte et in expensoribus eligendis. tu vero predictum iusticiarium Principatus per litteras tuas requiras, ut quantitatem pecunie inpositam in predictis duabus terris iurisditionis sue pro presenti generali subventione tibi per litteras suas significet. et certificatus per litteras eiusdem iusticiarii de quantitate ipsa, summam pecunie, ad quam extimacio reparacionis eiusdem castri ascenderit, tam inter terras ipsas quam inter alias terras iurisdictionis tue tibi per litteras nostras descriptas, que ad ipsius castri reparacionem tenentur, secundum ratam dicte generalis subventionis distribuas. et quantitatem contingentem terras iurisditionis tue in eisdem terris taxari et recolligi facias sine mora; et quantitatem, que distribuetur in eisdem duabus terris Principatus, eidem iusticiario per litteras tuas significes, requirens eundem, ut pecuniam ipsam in eisdem terris taxari et[g]) recolligi faciat et eam, sicut recolligitur, expensoribus operis reparacionis predicte, quorum nomina ei per litteras tuas scribas, faciat assignari. et castrum predictum in hiis, quibus reparacione indiget, mandes et facias celeriter reparare. Dat. apud Montemfortem XXIX. iunii III. ind.

[b]) pecuniam. [c]) *im Reg.* si ei. *Das ist ganz sinnlos, vielleicht liegt hier ein Lesefehler des Schreibers vor, entstanden aus* fi. n. (= fideli nostro). [d]) eidem. [e]) facias. [f]) intersunt. [g]) *fehlt Reg.*

II. RA 1274 B n. 21 f. 288a.

Eidem iusticiario (Capitinate). Quia . . . exposuisti nobis . . ., te pro expensis faciendis pro opere fortelicie veteris castri Lucerie, construendis domibus in eadem fortelicia . . . sufficientem pecuniam non habere . . .: mandamus, quatinus . . ., recepta . . . ab . . . magistris siclarus . . . sicle . . . Brundusii quantitate . . . monete distribuende . . ., monetam eandem . . . distribuas et . . . recolligas . . . et pecuniam totam . . . convertas in predictis . . . serviciis . . .. Dat. apud Montemfortem penultimo iunii III. ind.

131.

RA 1274 B n. 21 f. 289b. *Montefortis [illegible] 1274 Juli [illegible]*

Eidem (iusticiario Capitinate). Ecce quod Galganus de Marra[2]) . . . mittit tibi unc. aur. [illegible], quas recipias et eas mag. Petro de Salpis et mag. Nicolao de Melficta muratoribus pro totali complemento pecunie

[1]) *n. 567 I.* [2]) *Vgl. n. 134.*

eis convente pro intabulamento murorum Lucerie, . . . debeas exhibere. ipsi enim pro extalio huiusmodi intabulamenti habere debuerunt unc. aur. 170 . . ., de quibus receperunt dudum de camera nostra unc. 70; et alias unc. 25 ipsis per dohanerios et fundicarios Baroli fecimus et mandavimus exhiberi[1]). propter quod tu, quem de extalio ipso inter curiam nostram et eos habito plenam scimus habere noticiam, provideas et procures eciam diligenter, quod intabulamentum ipsum . . . studiose fiat . . .. et si totam predictam summam pecunie pro intabulamento ipso ipsi magistri habere debent, . . . proviso . . ., quod ipsum studiose faciant et compleant, . . . predictam pecuniam eis exhibeas . . .. et si tantam pecuniam ex pacto habere non debent, quod supererit de ea ultra quantitatem sibi conventam, ad opus nostre curie debeas retinere . . .. Dat. aput Montemfortem V. iulii III. ind.

132.

RA 1274 B n. 21 f. 290'a. *Monteforte Irpino 1275 Juli 11.*

I. Eidem (iusticiario Capitinate). Quia magistri lutifiguli pro faciendis mattuncellis et ymbricibus pro opere et domibus fortellicie veteris castri nostri Lucerie necessarii reputantur: . . . precipimus, quatinus ad requisicionem Goffridi de Bosco Guilielmi prepositi operi eiusdem fortellicie . . . magistros lutifigulos pro faciendis matuncellis et ymbricibus pro opere supradicto . . . ad predictam fortelliciam . . . studeas destinare . . .. ipse enim Goffridus eis mercedem, dum in servicio ipso fuerint, faciet exhiberi. Dat. aput Montemfortem XI. iulii III. ind.

Similes facta sunt:

II. Iusticiario Principatus.

III. Iusticiario Basilicate.

IV. Iusticiario Terre Bari. Dat. ut supra.

133.

RA 1274 B n. 21 f. 336b. *Monteforte Irpino 1275 Juli 12.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). Cum Goffrido de Bosco Guilielmi preposito operibus fortellicie veteris castri nostri Lucerie pro expensis in eisdem operibus faciendis et pro faciendis eciam domibus deputandis ad habitationem incolarum eiusdem fortellicie unc. aur. 200 . . . pro presenti mense iulii per te providerimus exhibendas: . . . precipimus, quatinus . . . ipsas unc. aur. 200 . . . eidem Goffrido . . . mittas . . .. Dat. aput Montemfortem XII. iulii III. ind.

134.

RA 1274 B n. 21 f. 291b. *Lagopesole 1275 August 3.*

Eidem iusticiario (Capitinate). . . . nomina . . . illorum, qui pecuniam . . . restituere . . . tenentur, . . . subscribuntur: videlicet . . . Iocçolinus de Marra[2]) tenebatur restituere unc. aur. 573 tar. 27 et gr. 8; de quibus deductis unc. aur. 85 solutis per eum extalleriis operis intabulamenti operis murorum Lucerie, tenetur restituere unc. aur. 488 tar. 27 et gr. 8 . . .. Dat. ut supra (aput Lacumpensilem III. augusti III. ind.).

135.

RA 1274 B n. 21 f. 293b. *Lagopesole 1275 August 20.*

Eidem (iusticiario Capitinate). *[1]* Quia nostra excellentia intellexit, quod Goffridus de Bosco Guilielmi prepositus operibus fortellicie castri nostri Lucerie graviter infirmatur et moratur Fogie: . . . precipimus, quatinus, si videris, quod idem Goffridus sit adeo egritudine occupatus, quod de eo dubitandum sit, incontinenti aliquem militem de comitiva tua vel aliquem alium . . . cum illo, quem per eundem Goffridum loco sui precipimus ordinari, statuere debeas, qui in operibus singulis, que fiunt de mandato nostro in eadem fortellicia, fossati videlicet, muri, plancati, domorum et omnium aliorum, bene . . . laborari faciant, quod in nostro felici adventu aput Luceriam, qui erit circa VIII. diem . . . septembris . . ., universa et singula iuxta votum et beneplacitum nostrum sint bene et studiose completa. *[2]* et quia intelleximus per mag. Petrum de Angicurt . . ., quod tumbarelli deputati ad eiciendam terram de fossato dicte fortellicie ab utraque parte non sufficiunt: . . . mandamus, ut alios tumbarellos 10 . . . ad eiciendum terram ipsam, ut predictum fossatum celeriter compleatur, debeas deputare. *[3]* et incontinenti fieri statuas circumcirca turrim parvam rotundam dicte fortellicie tallonem de tufis et bonis lapidibus, ita quod ab aqua vel

[1]) *Die Rechnung stimmt nicht; es muß wohl oben 60 statt 70 heißen.* [2]) *Vgl. n. 131.*

pluviis ledi non possit in aliquo vel offendi, cum, sicut intelleximus, turris ipsa bene talunata non sit. *[4]* et quia intelleximus, quod tam incole quam servientes deputati ad custodiam dicte fortellicie in parte sunt egritudine corporis occupati: volumus, quod statim ad fortelliciam ipsam te conferas et taliter de tuta et diligenti custodia ipsius fortellicie debeas providere, quod de ea non sit in aliquo dubitandum . . .. *[5]* et quia predicto Goffrido de Bosco Guilielmi precipimus, quod predicto mag. Petro de Angicurt, iuxta cuius provisionem in faciendo talone circumcirca predictam turrim parvam procedi volumus, solitas expensas pro tempore, quo in servicio ipso erit, exhibeat: mandamus et volumus, quod, si propter infirmitatem ipsius Goffridi expensas ipsas ab eodem Goffrido habere non poterit, tu . . . eidem mag. Petro expensas huiusmodi debeas exhibere. *[6]* et de toto processu, qui habebitur in singulis operibus, que fiunt in eadem fortellicia, successive per litteras tuas seriatim et distincte conscientiam nostram debeas informare. *[7]* et quia predicto Goffrido mandavimus, ut, si viderit maiorem tumbarellorum numerum in predicto opere oportunum, statuat vel statui faciat, quod sibi melius utilius et celerius viderit pro ipso opere oportunum: . . . mandamus, quod, si dictus Goffridus propter infirmitatem suam id providere et facere requiverit, tu . . ., si maior tumbarellorum numerus pro predicto opere fuerit oportunus, provideas et facias inde celeriter, quod pro meliori celeriori et utiliori expeditione ipsius operis videris expedire. *[8]* super talionanda vero dicta turri rotunda parva circumcirca celeriter et bene iuxta provisionem predicti mag. Petri omnem diligentiam et sollicitudinem adhibeas et facias adhiberi. Dat. aput Lacumpensilem XX. augusti III. ind.

136.

RA 1275 B n. 23 f. 14b. — Schulz IV 46 n. 115. *Lucera 1275 September 21.*

Riccardo et Leoni de Luceria militibus, gayeto Madio et Lamuto Sarracenis de eadem terra. . . . mandamus . . ., quatinus ad requisitionem Goffridi de Bosco Guilielmi prepositi operis castri nostri Lucerie magistros fabricatores, operarios, manipulos et personas alias necessarias . . . exhiberi faciatis eidem . . ., conducendas et solvendas per eum . . .; et compellatis eosdem . . ., ut ad servicium ipsum se conferant et serviant ibidem et recipiant salarium pro mercede ipsorum et abinde non recedant. Dat. apud Luceriam Sarracenorum XXI. septembris IIII. ind.

137.

RA 1275 B n. 23 f. 18a. — Schulz IV 47 n. 117. *Lucera 1275 September 22.*

Goffrido de Bosco Guilielmi. Magistri Iohannes de Lauduno, Iohannes de Tullo carpentarii, Riccardus fabricator, Bernardus operis eiusdem notarius et Iohannes de Amanto faber . . . sua nobis conquestione monstrarunt, quod, licet ipsi ad machinas et alia necessaria in opere Lucerie facienda sint per nostram excellenciam ordinati, tu tamen consueta gagia eisdem denegas ministrare absque nostro speciali mandato tibi super hoc destinato: quare . . .*mandamus, quatinus . . . tu ab eodem tempore, quo soluti non sunt et inantea, quamdiu in eisdem officiis morabuntur, et ad eandem racionem . . . expensas solitas eisdem persolvas . . .. Dat. ut supra (Lucerie Sarracenorum XXII. septembris IIII. ind.).

138.

I. RA 1275 B n. 23 f. 19a. — Auszug: Schulz IV 48 n. 120. *Troia 1275 September 24.*

Goffrido de Bosco Guilielmi. . . . iusticiario Terre Bari . . . precipimus[1]), ut unc. aur. 200 . . . in principio mensis octubris et subsequenter alias unc. aur. 200 in principio mensis novembris proximo futurorum presentis IV. ind. . . . tibi apud Luceriam . . . debeat destinare, convertendas per te in opere Lucerie . . .. Dat. Troie XXIIII. septembris IIII. ind.

II. RA 1275 A n. 22 f. 84a.

Eidem iusticiario (Terre Bari). *Befehl gemäß n. I.* Dat. Troie XXIIII. septembris IIII. ind.

139.

RA 1275 B n. 23 f. 25a. *Neapel 1275 Oktober 12.*

Gaufrido de Bosco Guilielmi. Cum nos Petrum Blundellum . . . ad faciendum fossatum Lucerie duximus statuendum: . . . precipimus, quatinus, eundem Petrum ad servicium dicti fossati recipiens et admittens, facias ei die quolibet . . . tar. 1 . . . exhiberi. Dat. Neapoli XII. octubris IIII. ind.

[1]) *n. II.*

140.

RA 1275 B n. 23 f. 32a. — Schulz IV 48 n. 122. *Neapel 1275 Oktober 26.*

Goffrido de Bosco Guilielmi preposito operis Lucerie. . . . precipimus, quatinus . . . significes culmini nostro, ad quid et quantum processum est in opere fortellicie Lucerie post felicem discessum nostrum de terra Lucerie, et quot domus hedificate et complete sunt ibidem, et quantum eciam laboratum in fossato et in talono turris parve rotunde ex parte Florentini, et quantum eciam laboratum est in omnibus aliis . . ., ita quod ex significacione huiusmodi . . . omnia et singula predicta clare et lucide scire possimus. volumus preterea et mandamus, quod sic studiose et diligenter in ipso opere procedi et laborari facias, quod votis nostris exinde satisfiat. Dat. Neapoli XXVI. octubris IIII. ind.

141.

I. RA 1275 B n. 23 f. 39b bis 40a. *Neapel 1275 November 13.*

Goffrido de Bosco Guilielmi militi preposito operis fortellicie castri Lucerie. Ad capitula tua, que . . . nostre celsitudini assignasti, . . . tibi duximus taliter respondendum: *[1]* super primo capitulorum ipsorum, videlicet per quod significasti, quod in fossato, qui fit circa muros fortellicie castri Lucerie versus Troiam a turri magna usque ad turrim de Leone, processum est in altitudine cannarum 2½ et in latitudine cannarum 7 inter utramque turrim: placet nobis et volumus, quod in opere ipsius fossati festinanter, sicut melius fieri potuit, procedatur. in brachis vero, quas inceptas esse scripsisti circa parvam turrim Leonis, in quibus exposuisti fore processum sub terra ad mensuram ½ canne et supra terram ad mensuram 1½ canne, in illis vero, que incepte sunt, procedi et laborari volumus, quod compleantur et sint equales terre et supra terram ½ palmi; et hoc facto et completo non procedatur amplius in opere brachiarum ipsarum. *[2]* ad aliud quoque, quod ipsa tua capitula continebant, quod in fortellicia castri Lucerie facte sunt et complete domus 79, preterquam in 20 ex domibus ipsis faciende sunt porte tantum, et constructe sunt alie domus 14, que adhuc cohoperte non sunt et portas non habent: taliter respondemus, quod volumus et mandamus, quod in predictis 20 domibus, in quibus porte non sunt de predictis domibus 79, que complete sunt, portas fieri facias, et muros aliarum domorum 14, que cohoperte vel alias complete non sunt et portas non habent, cohoperiri facias, ut muri ipsarum a pluviis offendi nequeant nec vastari. *[3]* ad aliud quoque, quod exposuisti per eadem capitula tua, quod pro expensis omnium operum, que sunt in eadem fortellicia, necessarie sunt per mensem unc. aur. 250: taliter respondemus, quod, cum in operibus ipsis presenti tempore yemali non possit ita bene et continue procedi, sicud procederetur estivo tempore, et pro eo, quod in brachiis dicte turris Leonis non debet laborari, nisi tantum sicut superius dictum est, unc. aur. 200 per mensem pro operibus dicte fortellicie presenti tempore reputamus sufficientes. *[4]* et quia exposuisti per eadem capitula tua, quod servientes in dicta fortellicia commorantes pro singulis duabus domibus intendunt facere in eadem fortellicia cisternam unam, si nostre placeat maiestati: placet nobis et volumus, quod, si voluerint cisternas ipsas propriis expensis eorum fieri, faciant. exhibeas tantum ipsis pro cisternis ipsis ligna necessaria pro canalibus faciendis, per que canalia stillicidiorum aque recepte defluant et decurrant et descendant ad cisternas predictas. *[5]* scribimus insuper iusticiario Capitinate[1]) . . ., de quo ipsa faciebant tua capitula mentionem, ut ad requisitionem tuam carrerios, currus, magistros, manipulos et personas alias pro eodem opere oportunas ac singula alia necessaria pro opere ipso iuxta requisitionem tuam . . . debeat exhibere . . .. *[6]* et ne occasione pecunie in operibus ipsis defectus existat: ecce quod magistris sicle nostre Brundusii per nostras damus litteras[2]) in mandatis, ut tibi de pecunia curie nostre officii eorum pro operibus dicte fortellicie unc. aur. 200 . . . pro mense decembris et totidem pro mense ianuarii in principio ipsorum mensium . . . debeant exhibere . . .. Dat. Neapoli XIII. novembris IIII. ind.

II. RA 1275 A n. 22 f. 74a.

Eidem iusticiario (Capitinate). *Befehl gemäß n. I § 5.* Dat. ut supra.

III. RA 1275 B n. 23 f. 40a.

Magistris siclariis sicle Brundusii. *Befehl gemäß n. I § 6.* Dat. ut supra.

142.

Neapel 1275 November 16.

Siehe: Palacium Lacuspensilis *unter diesem Datum.*

[1]) *n. II.* [2]) *n. III.*

143.

RA 1275 B n. 23 f. 44b. *Neapel 1275 November 16.*

XVI. novembris IIII. ind. (Neapoli). Magistro massario Basilicate et Terre Bari. Quia exposuisti nobis . . ., quod ad requisicionem Goffridi de Bosco Guilielmi . . . ad mandatum nostrum pridem aput Luceriam oretenus sibi factum a I. mensis octubris . . . IV. ind. exhibuisti et exhibes ordeum pro annona 20 equitaturarum curie trahencium tumbarellos deputatos in opere dicte fortellicie ad racionem de medio thumino pro qualibet . . . per noctem . . .: acceptamus . . .. Dat. ut supra.

144.

RA 1275 A n. 22 f. 89b. *Neapel 1275 November 30.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). Quia exposuit nobis Goffridus de Bosco Guilielmi prepositus operibus fortellicie castri Lucerie, quod de unc. aur. 400 . . ., quas sibi per te pro expensis dicti operis mandavimus exhiberi, . . . 2 unc. aur. in pondere defecerunt . . .: precipimus, quatinus ipsas unc. aur. 2 sic deficientes in pondere eidem Goffrido . . . studeas destinare . . .. Dat. Neapoli ultimo novembris IIII. ind.

145.

RA 1275 B n. 23 f. 50b. Inseriert: RA 1275 B n. 23 f. 81b (unten n. 154). *Neapel 1275 November 30.*

Magistris siclariis sicle Brundusii. *[1]* Quia exposuit excellencie nostre Goffridus de Bosco Guilielmi prepositus operibus fortellicie castri nostri Lucerie . . ., quod de unc. aur. 500, quas sibi per vos pro expensis dictorum operum de pecunia proventus sicle nostre Brundusii dudum mandavimus exhiberi, non nisi unc. aur. 200 eidem exhibere curastis . . .: precipimus, quatinus . . . reliquas unc. aur. 300 . . . sibi . . . exhibere curetis . . .. *[2]* insuper . . . precipimus[1]), quatinus eidem Goffrido . . . alias unc. aur. 400 . . . pro expensis dictorum operum mensium decembris et ianuarii presentis IV. ind. . . . exhibere curetis . . .. Dat. Neapoli ultimo novembris IIII. ind.

146.

RA 1275 B n. 23 f. 51a. *Neapel 1275 November 30.*

Mag. Bernardo clerico. . . . te notarium cum Goffrido de Bosco Guilielmi preposito operibus fortellicie castri nostri Lucerie ad scribendum videlicet quaternos conficiendos de tota pecunia, quam ipse reciperet et expenderet pro expensis dictorum operum, dudum duximus deputandum . . .. Dat. ut supra. (Neapoli ultimo novembris IIII. ind.).

147.

RA 1275 B n. 23 f. 51a. *Neapel 1275 November 30.*

Mag. Petro de Angicurh. *[1]* Quia exposuit excellentie nostre Goffridus de Bosco Guilielmi prepositus operibus fortellicie castri Lucerie etc., quod palacium, quod fieri mandavimus in fortellicia castri nostri Lucerie, est fere completum, ita quod tua non est ibi propterea presencia de cetero oportuna: . . . mandamus, quatinus . . . ad presenciam nostram accedas, facturus ea, que de serviciis nostris tibi duxerimus iniungenda. *[2]* qui etiam Goffridus per suas nobis litteras intimavit, quod macia turris parve quasi totaliter est completa, ita quod de turri ipsa non est de cetero in aliquo dubitandum. Dat. Neapoli ultimo novembris IIII. ind.

148.

RA 1275 B n. 23 f. 51b. *Neapel 1275 Dezember 2.*

Goffrido de Bosco Guilielmi preposito operibus fortellicie castri Lucerie. Benigne recepimus litteras . . . *[1]* et quia significasti per eas, quod de unc. 400, quas tibi per iusticiarium Terre Bari mandavimus[2]) exhiberi . . ., unc. aur. 2 in pondere defecerunt, et quod de unc. aur. 500, quas tibi assignari mandavimus per magistros siclarios sicle Brundusii, 200 tantum uncias recepisti: scire te volumus, quod predicto iusticiario . . . nostris damus litteris . . . in mandatis[3]), ut predictas unc. aur. 2 deficientes . . . tibi . . . transmittat, iniuncto nichilominus . . . predictis magistris siclariis[4]), ut unc. aur. 300 restantes . . . tibi . . . debeant exhibere . . ., et quod alias unc. aur. 400 . . . pro expensis operum dicte fortellicie mensium decembris et ianuarii presentis IV. ind. tibi . . . largiantur . . .. *[2]* et quia . . . supplicasti, tibi de notario provideri: placet nobis et volumus, quod mag. Bernartum tecum pro notario . . . debeas retinere . . .[5]). *[3]* et quia

[1]) *Vgl. n. 141 III.* [2]) *n. 138 II.* [3]) *n. 144.* [4]) *n. 145.* [5]) *n. 146.*

significasti, quod palacium, quod de novo in predicta fortellicia fieri mandavimus, fere completum est, propter quod presencia mag. Petri de Agicuria ibi non dignoscitur oportuna: eundem mag. Petrum ad nostram presenciam evocamus[1]). *[4]* continebant preterea ipse littere tue, quod maccia nova, que est circa turrim parvam, habet operas cannarum 32; et fossatum habet altitudinem 3 cannarum, facta racione de minori altitudine ad maiorem: ad que taliter respondemus, quod in ipsis operibus, iuxta quod tibi pridem per alias nostras litteras[2]) est responsum, procedi facias; et si, ut scripsisti, de consilio magistrorum procedit, quod in facienda fabrica murorum supersedeatur ad presens et interim fiat attractus, ut facto attractu decenti opus ipsum celeriter compleatur, facias inde, quod de consilio magistrorum expertorum in talibus melius et utilius videris expedire. Dat. Neapoli II. decembris IIII. ind.

149.

RA 1275 A n. 22 f. 76b. Inseriert: RA 1275 A n. 22 f. 77a (unten n. 153). *Neapel 1275 Dezember 27.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Cum beneplaciti nostri sit, ut de cetero intendatur super faciendo fossato fortelicie nostre Lucerie necnon super faciendis ingeniis et domibus carpentarie nostre: ... precipimus, quatinus ad requisicionem Goffridi de Bosco Guilielmi prepositi ... pro faciendo fossato predicto et pro faciendis ingeniis et domibus carpentarie predicte eidem Goffrido ... exhibere debeas pecuniam oportunam .... Dat. Neapoli XXVII. decembris IIII. ind.

150.

RA 1291 A n. 54 f. 58a. Das Blatt ist am Rande beschädigt. *Capua 1276 Januar 5.*

Goffrido de Bosco Guilielmi preposito operis castri Lucerie.[3]) [De][a]) beneplacito domini regis procedit, ut, quamdiu ipse fuerit extra regnum, in c[astro ipso][a]) non faciatis aliquod opus fieri, cuius occasione oporteat Sarracenos castr[um ...][a]) predictum. vos ergo circa diligentem custodiam castri eiusdem sollicite vigilantes [ad fa][a])ciendum fieri fossatum dicti castri et ad paranda omnia necessaria pro ponte ... interim insistatis, ita quod ... possit ... dictus pons ... [con][a])strui seu fieri statim, cum super hoc vobis mandatum regium dirigetur. Dat [Capue][4]) V. ianuarii IIII. ind.

[a]) *fehlt durch Verletzung des Randes.*

151.

RA 1291 A n. 54 f. 71a. *Capua 1276 Januar 12.*

I. Iusticiario Terre Bari.[5]) Quia exposuit nobis ... Goffridus de Bosco Guilielmi ..., quod ... magistri siclarii sicle Brundusii, cum[a]) dudum mandatum fuerit eis ..., quod eidem ... Goffrido unc. aur. 500 ... pro expensis operum eiusdem fortellicie exhiberent, pecuniam ipsam eidem ... exhibere non curaverunt ... et sic in operibus ... procedi non potest ...: mandamus ..., quatinus predictos magistros siclarios, ... si in iuridictione vestra fuerint, ... compellere debeatis, ut pecuniam ipsam ... exhibere procurent. Eodem die ibidem (XII. ianuarii, Capue).

[a]) *fehlt Reg.*

II. Similes facte sunt ... iusticiario Terre Ydronti .... Eodem die ibidem.

152.

RA 1291 A n. 54 f. 71a. Das Blatt ist am unteren Rande verletzt. *Capua 1276 Januar 12.*

Iusticiario Capitinate.[6]) Scire potestis et debetis, quod satis residet cordi nostri regis, ut opera fortelictie castri Lucerie celeriter et efficaciter compleantur. set, cum intellexerimus, vobis datum fuisse per plures regias litteras in mandatis, ut ad requisitionem domini Goffridi de Bosco Guilielmi ... super habendis magistris manipulis et aliis pro eisdem operibus oportunis favorem et auxilium tribuatis, vos ... negligenter proceditis ...: mandamus, quatinus ... opem detis ..., ut in eisdem operibus ... procedatur .... Eodem die ibidem (XII. ianuarii, Capue).

[1]) *n. 147.* [2]) *n. 141 I.* [3]) *Aussteller ist* Robbertus comes Atrebatensis *als Generalvikar.* [4]) *Der Name fehlt wegen Verletzung des Randes. Das nächstfolgende Aktenstück ist datiert:* VIII. eiusdem ibidem *und ein Dokument auf f. 58b:* dat. Capue ... VIII. ianuarii. [5]) *Aussteller ist* Robbertus comes Atrebatensis *als Vikar.* [6]) *Aussteller ist* Robbertus comes Atrebatensis *als Generalvikar.*

153.

RA 1275 A n. 22 f. 77a. *Rom 1276 Januar 29.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Olim tibi scripsisse recolimus in hac forma: *(es folgt n. 149).* verum quia intelleximus per litteras eiusdem Goffridi, quod pro faciendo fossato ingeniis et domibus supradictis nichil eidem . . . solvere curavisti . . .: precipimus, quatinus eidem Goffrido[a]) . . . pro faciendo fossato eiusdem fortelicie domibus et ingeniis supradictis . . . exhibere debeas pecuniam oportunam . . .. Dat. Rome XXVIIII. ianuarii IIII. ind.

[a]) Guill.

154.

RA 1275 B n. 23 f. 81b. *Rom 1276 Januar 29.*

Magistris siclariis sicle Brundusii. Olim vobis scripsisse recolimus in hac forma: *(es folgt n. 145)* verum quia intelleximus per litteras eiusdem Goffridi, quod vos tam ad exhibitionem predictarum 300 unc. aur. restantium . . . quam aliarum 400 unc. aur. . . . pro expensis operum predictorum pro mensibus supradictis . . . nullatenus processistis . . . satis excellencia nostra miratur et contra vos non indigne movetur: quocirca . . . iterato . . . precipimus, quatinus . . . tam predictas 300 unc. restantes . . . quam easdem unc.[a]) 400 eidem Goffrido . . . pro expensis operum predictorum . . . tribuatis . . .. Dat. Rome XXVIIII. ianuarii IIII. ind.

[a]) litteras.

155.

RA 1270 C n. 9 f. 58b. *Capua 1276 Februar 6.*

I. VI. eiusdem (februarii). Goffrido de Bosco Guilielmi.[1]) Vobis . . . (mandamus), quatinus Paulinum de Corbya carpentarium latorem presentium ad operandum in opere fortellicie castri Lucerie de arte sua in[a]) carpentariis statutis in opere huiusmodi admittatis, eidem, quamdiu in opere ipso laboraverit, sicut aliis carpentariis in eodem opere laborantibus, satisfieri facientes.

[a]) ut.

II. [(VI.?) eiusdem (februarii) ibidem (Capue)][a]).[2]) Siclariis Brundusii.[3]) . . . mandamus, quatinus . . . 250 unc. aur. . . . magistro operis regii castri Lucerie pro opere fossati castri eiusdem exhibere . . . curetis . . ..

[a]) *Lücke durch Verletzung des Blattes.*

156.

I. RA 1275 B n. 23 f. 83b. *Rom 1276 Februar 26.*

Goffrido de Bosco Guilielmi. Benigne recepimus litteras tuas . . ., per quas significasti, quod . . . iusticiarius Capitinate . . . pro faciendo fossato ingeniis et domibus carpentarie ipsius fortellicie non nisi unc. 40 tibi exhibuit . . .: ecce quod eidem . . . damus nostris litteris[4]) in mandatis, ut tibi . . . pecuniam oportunam . . . debeat . . . exhibere . . .. Dat. Rome XXVI. februarii IIII. ind.

II. RA 1275 A n. 22 f. 77b. Inseriert: RA 1275 A n. 22 f. 78b (unten n. 160).

Eidem iusticiario (Capitinate). . . . precipimus, quatinus . . . Goffrido pro faciendo fossato ingeniis et domibus supradictis ipsius fortelicie . . . quantitatem necessariam iuxta priorum mandatorum nostrorum[5]) continentiam tibi exinde directorum debeas exhibere . . .. Dat. Rome XXVI. februarii IIII. ind.

157.

RA 1291 A n. 54 f. 94b. *Capua 1276 März 6.*

Iusticiario Capitinate.[6]) Cum perfectio fossati castri novi Lucerie Sarracenorum et fortellicie . . . intime resideat cordi regio . . .: (mandamus), quatinus . . . totam pecuniam necessariam pro opere ipso complendo . . . exhibere . . . debeatis . . .; caventes de uno, quod dominus rex venturus est in proximo per partes ipsas, visurus opus predictum . . .. Dat. Capue VI. marcii.

[1]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [2]) *Die im Register vorangehenden Aktenstücke sind vom 6., 5. und 8. Februar 1276.* [3]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [4]) *n. II.* [5]) *n. 149, erneuert n. 153.* [6]) *Aussteller ist* Robbertus comes *als Generalvikar.*

158.

RA 1291 A n. 54 f. 96ª. *Capua 1276 März 7.*

Iusticiario (Terre Ydronti)[1]. [2]) Quia per plures litteras domini regis et nostras iniunctum extitit . . . siclariis sycle Brundusii . . ., ut domino Goffrido de Bosco Guilielmi . . . pro expensis ipsorum operum . . . unc. aur. 250 . . . exhiberent, et ipsi . . . nichil inde facere curaverunt: . . . (mandamus), quatinus . . . ipsas unc. 250 cum pena dupli instanter a predictis magistris siclariis . . . exigatis . . . et pecuniam ipsam . . . Goffrido . . . destinetis . . .. Dat. Capue ut supra (VII. marcii).

159.

RA 1275 B n. 23 f. 92ᵇ. *Rom 1276 April 11.*

Goffrido de Bosco Guilielmi preposito operi fortelicie Lucerie. Cum beneplaciti et intencionis nostre sit, quod in complendis fossato domibus ingeniis et aliis operibus ipsius fortelicie . . . cum omni diligencia . . . procedatur, ut in adventu nostro ad partes ipsas, qui erit in proximo . . ., invenire opus ipsum completum integraliter valeamus, ac pro totali et celeri complemento eiusdem operis iusticiario Capitinate . . . iniungamus[3]), ut pecuniam tibi propter hoc necessariam . . . debeat assignare: . . . precipimus, quatinus . . . in faciendis compleri predictis . . . operibus . . . sic studiosus . . . existas, quod opus ipsum percompletum in adventu nostro invenire possimus . . .. Dat. Rome XI. aprelis IIII. ind.

160.

RA 1275 A n. 22 f. 78ᵇ. *Rom 1276 April 12.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Pridem tibi scripsisse recolimus in hac forma: *(es folgt n. 156 II).* verum quia . . . beneplaciti nostri est, quod in complendis predictis fossato ingeniis domibus et aliis operibus predicte fortelicie occasione pecunie nullatenus possit intervenire defectus, cum opus ipsum, ultra quam tibi per litteras scribere possimus, resideat cordi nostro: . . . precipimus. quatinus . . . eidem Goffrido . . . pro predictis . . . operibus . . . percomplendis quantitatem necessariam debeas assignare . . .. Dat. Rome XII. aprelis IIII. ind.

161.

I. RA 1270 C n. 9 f. 66ª. *Neapel 1276 Mai 9.*

VIIII. eiusdem (maii) ibidem (Neapoli). Goffrido de Bosco Guilielmi preposito operibus fortellicie regii castri Lucerie.[4]) Cum mandemus per litteras iusticiario Terre Laboris[5]), ut pro faciendis astracis in turribus fortellicie castri Lucerie magistros 4 . . . et manipulos 4 . . . ad vos ad dictum opus debeat destinare: . . . (mandamus), quatinus . . . expensas et mercedem ipsorum . . . exhibeatis eisdem . . ..

II. RA 1268 O n. 2 f. 34ᵇ.

VIIII. eiusdem (maii) ibidem (Neapoli). Iusticiario Terre Laboris[6]). . . . (mandamus), quatinus . . . magistros ipsos et manipulos . . . ad predictum servitium faciendum ad Goffridum de Bosco Guilielmi . . . destinare curetis.

162.

I. RA 1275 B n. 23 f. 101ᵇ. *Rom 1276 Mai 9.*

Goffrido de Bosco Guilielmi preposito operis fortelicie castri Lucerie. Benigne recepimus litteras tuas . . .. et quia significasti per eas, quod in opere ipsius castri . . . studiose proceditur, sic quod cito complebitur opus ipsum: tuum exinde studium . . . duximus commendandum; mandantes . . ., ut decetero sic super ipso opere procedi facias sollicite . . ., quod in adventu nostro, qui erit in proximo . . ., opus ipsum sit totaliter percompletum. et ne occasione defectus pecunie opus ipsum reciperet tarditatem, ecce quod iusticiario Capitinate . . . damus . . . in mandatis[7]), ut . . . pecuniam necessariam . . . tibi debeat exhibere . . .. Dat. Rome VIIII. maii IIII. ind.

[1]) *Nach dem Register wäre der Adressat der* iusticiarius Principatus. *Doch da in den betr. Akten die Mandate an alle Justitiare ohne Unterschied durcheinander einzutragen waren, ist ein einfacher Irrtum nicht ausgeschlossen. Vgl. n. 170 II.*
[2]) *Aussteller ist* Robbertus comes *als Generalvikar.* [3]) *n. 160.* [4]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [5]) *n. II.* [6]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [7]) *n. II.*

II. RA 1275 A n. 22 f. 79a.

Eidem iusticiario (Capitinate). Quia Goffridus de Bosco Guilielmi . . . nobis scripsit, quod in faciendis ingeniis et fossato ipsius fortelicie non proceditur, sicut decet, occasione defectus pecunie . . ., et volumus, quod in opere ipso attente et sollicite procedatur, sic quod in adventu nostro opus ipsum sit totaliter percompletum: . . . precipimus, quatinus . . . pecuniam necessariam . . . eidem Goffrido debeas exhibere . . .. Dat. Rome VIIII. maii IIII. ind.

163.

I. RA 1275 B n. 23 f. 109a. *Rom 1276 Juni 8.*

Goffrido de Bosco Guilielmi. *[1]* Ad litteras tuas . . . tibi duximus taliter respondendum: ut, quia intencionis nostre existit, facere totum talonum et brayas fossati ipsius fortelicie de matuncellis, exceptis archeriis et angulis archeriarum, que erunt de lapidibus vivis: placet nobis et volumus, ut de matuncellis ipsis fieri facias in maiori, qua poteris, quantitate, ita quod sufficiant pro toto opere supradicto. *[2]* et quia intelleximus per easdem litteras, quod de tufis, quos scappari faciebas apud Candelarium, adhuc habentur miliaria 3: volumus et mandamus, quod de tufis ipsis decetero scappari non facias pro opere supradicto. *[3]* ad ingenia vero, que ad mandatum nostrum pro municione ipsius fortelicie fieri faciebas, prout fiebant hactenus, procedi facias cum omni diligencia et sollicitudine, ita quod penitus fiant et totaliter compleantur. *[4]* et quia Sarraceni Lucerie servi nostri, prout nostra serenitas intellexit, habent litteras a maiestate nostra, quod, donec victualia de campis eorum recolligant, ad fodendum fossatum habeantur Sarraceni manipuli 100 tantum: volumus, quod ad maiorem numerum pro ipso fossato fodendo universitatem Lucerie, usque dum recolligant victualia supradicta, aliquatenus non compellas. *[5]* nichilominus pro domibus in eadem fortelicia constructis vel de cetero construendis fieri facias ymbricum maiorem, quam poteris, quantitatem, prout tibi pro ipsis domibus coperiendis habito consilio magistrorum videbitur expedire. *[6]* et de omnibus, que pro complemento ipsius operis necessaria videbuntur, talem fieri facias apparatum, ut veniente congruo tempore habeantur parata omnia necessaria pro opere supradicto, ita quod in opere ipso nullus defectus intersit. *[7]* nos enim iusticiario Terre Bari . . . iniungimus[1]), ut ad tui requisicionem pecuniam necessariam pro ipso opere totaliter percomplendo . . . tibi debeat . . . exhibere . . .. Dat. Rome VIII. iunii IIII. ind.

II. RA 1275 A n. 22 f. 94a.

Eidem iusticiario (Terre Bari). *Befehl gemäß n. I. § 7. Siehe:* Castrum Baroli *unter diesem Datum.*

164.

I. RA 1275 B n. 23 f. 123a. *Vetralla 1276 August 6.*

Goffrido de Bosco Guilielmi. Quia significasti nobis . . ., quod iusticiarius Terre Bari . . . exhibuit tibi unc. aur. 500 . . ., asserens se non posse tibi decetero maiorem quantitatem pecunie exhibere, et supplicasti nobis, ut de pecunia pro ipso opere faceremus tibi inantea providere: ecce quod . . . iusticiario Capitinate . . . damus . . . in mandatis, ut . . . pecuniam necessariam . . . tibi debeat assignare . . .. scribimus eciam iusticiario Principatus[2]), ut ad requisicionem tuam magistros pro faciendis matuncellis ad opus eiusdem fortelicie tibi faciat assignari, quem iusticiarium tuis litteris exinde requirere non omittas. Dat. Vetralle VI. augusti IIII. ind.

II. RA 1275 A n. 22 f. 67b.

Eidem iusticiario (Principatus). *Entsprechender Befehl.* Dat. Vetralle VI. augusti IIII. ind.

165.

Vetralla 1276 August 6.

AP vol. IV n. 283 (olim arc. I maz. 15 n. 6). Orig. membr. RA 1275 B n. 23 f. 123a. — [illegible] Schulz IV 49 n. 125.

Magistris siclariis sycle Brundusii. Cum totam pecuniam presentis nove monete distribute per vos in iusticiariatu Capitinate per Guilielmum de Settays iusticiarium eiusdem provincie distributam et recolligi velimus in usum operis fortellicie castri nostri Lucerie convertendam: . . . mandamus, quatinus . . . cedulam . . . de distribucione eiusdem nove monete . . . eidem Guilielmo . . . debeatis assignare . . .. Dat. Vetralle . . . 1276, die VI. augusti IIII. ind. . . .

[1]) *n. II.* [2]) *n. II.*

166.

RA 1276 A n. 25 f. 6b. Das Blatt ist am Rande durch Feuchtigkeit stark verletzt. *Viterbo 1276 September 26.*

Goffrido de Bosco Guilielmi preposito operis castri Lucerie Sarracenorum. Significavit excellentie nostre . . . castellanus eiusdem castri . . ., quod magistri, qui fecerunt cisternas in eodem castro, coperuerunt eas ginestris et aliis; propter quod sunt devastate et aqua minime retinetur in eis: quare . . . mandamus, quatinus predictas cisternas statim procures taliter reparari, quod aqua pro munimine dicti castri bene [. . .][a]) retineri. Dat. Viterbii XXVI. septembris V. ind.

[a]) *Lücke durch Verletzung des Blattes. Zu ergänzen etwa:* possit in eis *oder dergleichen.*

167.

RA 1274 B n. 20 f. 94b bis 95a. *Viterbo 1276 Oktober 20.*

Gualterio de Alneto senescallo Provincie. Cum in fortilicia castri nostri Lucerie usque ad 100 homines de bonis et fidelioribus terrarum comitatus nostri Provincie cum uxoribus et familiis eorum pro morando et inhabitando in eadem fortelicia haberi velimus: . . . precipimus, quatinus per terras comitatus ipsius tractes et invenias usque ad 100 homines . . . cum uxoribus et familiis eorundem, qui sint instructi in faciendis massariis et vineis et laborando in campis . . .. Dat. Viterbii XX. octubris V. ind.

168. *Viterbo 1276 Oktober 20.*

I. RA 1276 A n. 25 f. 9b bis 10a. F. 10 ist an der rechten oberen Ecke stark beschädigt, sodaß bei allen Zeilen mindestens einige Worte, manchmal bis zu einem Drittel der ganzen Zeile, zerstört sind.

Goffrido de Bosco Guilielmi. Benigne receptis et intellectis litteris tuis, . . . tibi duximus ad singula taliter respondendum: *[1]* super eo sane, quod significasti nobis, quod inter alia, que ordinavimus, mandavimus tibi apud Luceriam, ut fieri deberent 3 pontes, 2 videlicet levaticii et 1 stabilis, ita quod primus pons inciperet a talone muri de brachis, secundus esset in medio stabilis et tertius esset in fine usque ad rotunditatem fossati; quorum quilibet pontium haberet 16 pedes in longitudine et 12 in latitudine ad pedem solatum; et in qualibet parte ipsorum pontium esset rete, in quo essent 3 archerie bene ferrate amplitudinis digitorum 2; et essent posite placce ex parte exteriori de levioribus placcis, que possent inveniri; et pons stabilis haberet tantum, quantum predicti 2 pontes levaticii; et quod mag. Petrus de Angicurt aliter facere pontem 1, in quo essent 2 pilerii altitudinis cannarum 6, et in ponte stabili arcus 3, super quibus ab utraque parte defensiones de matonibus ad archerias et antepectus facere intendebat: . . . precipimus, quatinus ad faciendos pontes nullo modo procedas usque ad felicem adventum nostrum in Luceria, qui erit in proximo . . ., vel quousque tibi aliud super hiis dederimus per patentes nostras litteras in mandatis. *[2]* ad alia vero, que significasti nobis, quod, cum mandaverimus tibi, ut bracas fieri faceres de matonibus, et tu asseras bracas fieri posse viliori et minori precio, si fierent de tufis, et esset opus ipsum pulcrius honorabilius et magis utile: . . . mandamus, quod in faciendis predictis bracis tam de matonibus quam de tufis non procedas usque ad predictum adventum nostrum in Luceria; mirantes non modicum, quod nobis particulariter et distinte amplitudinem et longitudinem tufi cuiuslibet et, quot tufi sunt necessarii in facienda canna carrata de muro, aliquatenus non scripsisti, cum, sicut tua fidelitas bene novit, omnia scire velimus clare et lucide et non obscure. *[3]* et quia significasti nobis per easdem litteras tuas, quod 128 domus facte sunt intus in fortilicia castri ipsius et quod aliquis locus vacuus non remansit, in quo fieri possent domus plures, nisi locus, in quo esse debent et erigi ingenia: tibi duximus taliter respondendum, quod studium tuum in faciendis predictis domibus habitum commendamus. *[4]* continebatur etiam in eisdem litteris tuis, quod cotidie et sollicite laboratur in faciendo fossato ingeniis et capella: placet nobis et volumus, quod in faciendis et complendis predictis fossato ingeniis et capella talem adhibeas et adhiberi facias sollicitudinem et diligentiam efficacem, quod cito iuxta votum nostrum totaliter compleantur et possis exinde in conspectu maiestatis nostre merito commendabilis apparere. *[5]* de palacio vero tinelli, quod nobis scripsisti fere completum iuxta celsitudinis nostre mandatum: rescribimus, quod nobis placet et te duximus commendandum. *[6]* scripsisti preterea nobis per easdem litteras tuas, quod domus eiusdem fortelicie, in quibus terrerii nostri habitant et morantur, propter ventorum impulsus, qui aliquando superveniunt, discoperiuntur et habitantes in eis non possunt propter eorum paupertates domos ipsas facere cohoperiri et in eis comode commorari, que, nisi coperiantur ad morterium, domus ipse poterunt devastari, quod mandes domos ipsas de pecunia curie nostre facere ad morterium cohoperiri: volentes eisdem habitatoribus terreriis in domibus ipsis ob ipsorum paupertatem facere gratiam specialem, . . . mandamus, quod domos easdem facias de eadem pecunia curie nostre ad morterium coperiri, ita quod predicti terrerii . . . possint in eisdem domibus

habiliter commorari. *[7]* ceterum quia significasti nobis, quod mag. Iohannes carpenterius non consulit, quod plura ingenia erigantur in fortelicia ipsa propter multas expensas, que fiunt in erigendis et deponendis ingeniis supradictis: consilio eiusdem mag. Iohannis nullatenus adherentes, volumus, quod omnia ingenia ipsa tam facta quam facienda erigi facias, ita quod in eodem adventu nostro ipsa erecta infallibiliter videre possimus. *[8]* et quia lator presencium nuncius tuus oretenus dixit nobis, quod locus, in quo [. . .], convenit explanatus, ubi ingenia ipsa possint habiliter et bene manere: volumus [. . . di]ligenter explanari facias, ita quod ingenia ipsa bene salubriter et habiliter [. . .], ut, cum ipsa ingenia deposita fuerint, maneant in cohoperto et a pluviis nequeant de[vastari] . . . . *[9]* [. . . si]clariis sicle nostre Brundusii . . . damus nostris litteris in mandatis[1]), ut . . . debeant[a]) exhibere tibi [. . .]. Dat. Viterbii XX. octobris V. ind.

[a]) debeat.

II. RA 1276 A n. 25 f. 9a. Inseriert: RA 1276 A n. 25 f. 28a (unten n. 169).

Magistris siclariis sicle Brundusii. . . . mandamus, quatinus . . . Goffrido de Bosco Guilielmi . . . de pecunia presentis nove denariorum monete . . . usque ad summam unc. aur. 400 . . . convertendam . . . in opere castri Lucerie supradicto exhibere curetis . . . . Dat. Viterbii XX. octubris V. ind.

169.

RA 1276 A n. 25 f. 28a. *Viterbo 1277 Januar 4.*

Siclariis Brundusii. Olim vobis scripsimus . . . in hac forma: *(es folgt n. 168 II).* verum quia per litteras prefati Goffridi . . . accepimus, quod . . . nondum sibi unc. 300 assignare curastis . . .: precipimus, quatinus . . . totum id, quod . . . Goffrido nondum per vos extiterit exolutum, statim . . . exolvere debeatis, ut . . . opus predictum . . . retardari aliquatenus non contingat . . . . et quia prefato Goffrido . . . iniungimus[2]), quod circa complementum fossati predicti castri et ingeniorum, que fiunt in ipso castro, a I. mensis februarii proximo futuri . . . procedi faciat, ita quod opus ipsorum fossati et ingeniorum celeriter compleatur . . .: mandamus . . ., quatinus supradicto Goffrido . . . pecuniam necessariam pro expensis eiusdem operis . . . de pecunia proventuum sicle nostre Brundusii . . . debeatis . . . exhibere . . . . Dat. Viterbii IIII. ianuarii V. ind.

170.

I. RA 1276 A n. 25 f. 27b. *Viterbo 1277 Januar 4.*

Goffrido de Bosco Guilielmi. Solita benignitate recepimus litteras tuas super statu operis castri nostri Lucerie culmini nostro missas et ipsarum intellecto tenore tibi ad singula earum capitula respondemus: *[1]* primum namque capitulum continebat, quod de ingeniis, que in castro ipso precepimus fieri, iam 8 erecta sunt et 2 fere perfecta, sic quod restant 2 tantum ingeniorum ipsorum, minora videlicet, facienda: super quo tibi rescribimus, quod de ingeniis ipsis erectis tuum studium commendamus, expresse mandantes, quod illa 2, que perficienda sunt, instanter perfici et erigi, et reliqua 2, que facienda restant, statim fieri et compleri facias iuxta mandatum nostrum exinde tibi factum. *[2]* per aliud vero capitulum intimasti, quod fundamenta pontium ipsius castri sunt omnino completa et circa partem illam habet fossatum complementum suum in longitudine et latitudine et profundo quodque fossatum a ponte usque ad turrim parvam rotundam est omnino completum in longitudine latitudine et profundo, de quo tuum etiam studium commendamus. et quia tempus congruum ad procedendum in complendo fossato ipso in reliquis partibus appropinquat: volumus et mandamus tibi, quod a I. mensis februarii proximo futuri incipias facere laborari in fossato ipso fieri faciendo et procedi in eo continue iuxta ordinacionem et designacionem exinde per excellentiam nostram factam, ita quod opus ipsum iuxta votum nostrum totaliter et prospere compleatur; requirens et recipiens pecuniam necessariam pro expensis ipsius operis et complendis predictis ingeniis a magistris sicle nostre Brundusii, quibus . . . de exhibenda tibi . . . pecunia proinde oportuna mandatum nostre celsitudinis destinamus[3]); iniungentes etiam ipsis . . ., quod totum id, quod de 400 unc. . . ., quas per eos dudum pro opere ipso exhiberi mandavimus[4]), tibi nondum extitit exolutum, de quibus nondum nisi unc. 300 completas per eadem capitula recepisse scripsisti, statim suplere et assignare procurent; et ne [illegible] ipsi in solvenda tibi huiusmodi pecunia moram neglegentiam vel defectum committant, iustitiario Terre Ydronti expresse per litteras nostras iniungimus[5]), ut, si expedierit et eum proinde requisiveris, . . . penas ab eis exigat . . .; in premissis omnibus sic diligenter . . . procedi faciens, quod in reditu nostro ad partes

[1]) *n. II.* [2]) *n. 170 I § 2.* [3]) *n. 169.* [4]) *n. 168 II.* [5]) *n. II.*

ipsas, qui erit in proximo . . ., per execucionem operis conspectui nostro in hiis commendandus occurras. *[3]* et quia per aliud capitulum intimasti, quod, licet olim mandaverimus[1]), ut domus terreriorum in predicto castro morantium coperirentur ad mortarium pro maiori comoditate habitancium in domibus ipsis, quas, cum discoperiantur ventorum flatibus, comode inhabitare non possunt, tamen, quia marramata coperimenti domorum ipsarum adeo sunt subtilia et pre subtilitate ipsorum in parte curvata, quod, nisi fortificentur, pondus aliud nequeunt substinere, in coperiendis ipsis non processisti: — mirantes inde non modicum, cum vix credi possit et debeat, quod lignamina ipsarum domorum, que de novo sunt facte, in tam modico temporis spacio incurvari potuerint et fieri ad substinendum pondus predictum inepta, nisi ex parte tua vel magistrorum in hiis manifestus intervenisset defectus, quem de proprio illorum, quorum culpa id accidisse videbitur, quod curia nostra exinde servetur indepnis, providimus resarciri, cum lignamina ipsa de bonis utilibus et fortibus marraminibus, sicut mandavimus, fieri debuissent — . . . mandamus, quod in coperiendis domibus ipsis ad mortarium usque ad predictum reditum nostrum supersedere procures; significaturus magistris racionalibus . . . sepe sepius per litteras tuas, quam bene et diligenter in dictis omnibus operibus procedetur; distinguendo, quot fossores in fodendo, quot tumbarellos, ac eciam cum quot hominibus ad extrahendam terram, et quot personas in ipso fossato et predictis ingeniis percomplendis duxeris deputandos. Dat. Viterbii IIII. ianuarii V. ind.

II. RA 1276/77 A n. 27 f. 134a.

Eidem iusticiario (Terre Ydronti). *Befehl gemäß n. I § 2.* Dat. Viterbii IIII. ianuarii V. ind.

171.

RA 1278 A n. 29 f. 233a. *Neapel 1277 Januar 26.*

XXVI. ianuarii Neapoli. Iusticiario Terre Bari.[2]) Significante nobis Goffrido de Bosco Guilielmi . . . accepimus, quod, cum 2 magistri muratores tabulatum murorum eiusdem fortellicie pro certa quantitate pecunie infra certum temporis spacium facere convenissent, iudex Matheus de Iuvenacio, mag. Nicolaus de Baro et Margaritus de Melficta layci pro predictis magistris . . . fideiusserunt . . . . et licet per predictos magistros, quorum unus est . . . mortuus et alter ad faciendum tabulatum predictum non est sufficiens, tabulatum ipsum non fuerit infra eundem terminum nec adhuc sit eciam percompletum, iidem tamen fideiussores tabulatum ipsum . . . fieri facere non curarunt: . . . (mandamus), quatinus . . . prefatos fideiussores, quod tabulatum ipsum perfici faciant et . . . curie de dampno, quod occasione huiusmodi incurrisse dicitur, satisfaciant . . ., compellatis . . . . Dat. etc.

172.

I. RA 1276 A n. 25 f. 33b. *Rom 1277 Februar 8.*

Mag. Petro de Angicuria prothomagistro operis fortellitie castri Lucerie Sarracenorum. Benigne recepit excellentia nostra tuas litteras, quas misisti, per quas intimasti, quod, cum intellexeris, nos mandasse Guilielmo de Bosco Guilielmi . . ., quod viriliter intenderet ad profundandum et promovendum opus fossati ipsius castri, tu, qui expertus eras, quod propter inclemenciam seu asperitatem temporis precedentis et propter defectum terre ipsius loci, in qua invenitur, quod subtus crostam est argillata, que finditur et minuitur per se adeo, quod crosta, que est curta et non ligatur, cadit et rumpitur, sicut scribis, propterea consuluisti eidem et adhuc consulis, quod non extendant manus ad profundandum dictum fossatum, nisi, secundum quod fossatum ipsum profundabitur, continuari faciat bracas, quia fossatum ipsum adeo est affinatum, quod, si profundaretur plus absque continuacione dictarum bracarum, totus murus in periculo remaneret propter falsitatem terre predicte, et quod, ubi dictum fossatum suum habuerat complementum, id est inter pontem et parvam turrim rotundam, terra incipiebat cadere et taliter sibi deficere, quod, nisi, obstitisses et incepisses fulcire secundum formam dictarum bracarum, totus dictus murus esset in periculo corruendi; unde consulis continuari bracas predictas. et quia, sicut dictum est, fossatum non potest profundari, si non continuentur dicte brace, sine periculo predictorum murorum, consulis, quod brace ipse fieri debeant in tufo, quia invenitur centenarium tuforum ad excappandum pro tar. aur. 6, de quibus 100 tufis possunt fieri canne 3 de opere quarrato, ut scribis; unde facta ratione vides, quod opus erit melius et fortius et minoris precii, si fiat de tufis, quam de matonibus, ut dicte tue littere continebant: super quibus omnibus tuo consilio inherentes prefato Goffrido per litteras nostras rescribimus[3]) et mandamus, ut non procedatur in dicto fossato ad presens ex illa parte, ubi debent fieri maccia sive brace, set supersedeatur in

[1]) *n. 168 I § 6.* [2]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [3]) *n. II § 1.*

ipsa parte usque ad felicem reditum nostrum ad partes ipsas, qui erit ad tardius hinc ad medietatem instantis quadragesime . . . . et si est ita, quod opus ipsum fiet melius et pro minori precio de tufis quam de matonibus, **procedat de consilio tuo in ipso opere faciendo; ita tamen, quod, si aliter esset, totum id, quod forte expendetur plus in dicto opere faciendo de tufis, ultra quam expenderetur, si fieret de matonibus, vel si alio quoquo modo quivis alius defectus in omnibus predictis affuerit, tenearis de proprio tuo supplere et resarcire ac nostram curiam exinde servare indepnem, cum tibi de hiis totaliter incumbamus. tu vero sic diligenter sollerter fideliter et sollicite ac studiose provideas et advertas, ut consilium tuum serviciis nostris in hac parte fructuosum et utile reputemus, cum tibi de premissis, ut dictum est, totaliter innitamur. qualiter autem successive in predictis operibus procedetur, et statum ac condicionem dicti operis culmini nostro per tuas litteras intimare procures. Dat. Rome VIII. februarii V. ind.**

II. RA 1276 A n. 25 f. 34a. Das Blatt ist an der oberen rechten Ecke durch Feuchtigkeit verletzt, sodaß zu Anfang des Dokumentes am Ende mehrerer Zeilen je einige Worte unleserlich bleiben.

Goffrido de Bosco Guilielmi. Benigne recepit excellentia nostra tuas litteras . . ., per quas /1/ in primo capitulo intimasti, quod, cum velles in profundando fossato castri nostri Lucerie iuxta mandatum nostrum tibi missum facere laborari, mag. Petrus de Anchicurt prothomagister ipsius operis tibi ex parte nostra inhibuit, ut, nisi secundum quod fossatum esset completum seu cavatum iuxta mensuram debitam, ibi non faceres laborari et deinde in [. . .] construerentur maczia sive brace, quod ita prosequendo continuari debeat opus ipsum, et hoc dicit propter triplicem diversitatem terre, que in [. . .] invenitur — primo enim invenitur terra mobilis usque ad cannam 1½, postea invenitur crusta fortissima, que vix potest [. . .] sine zappis, et durat fere usque ad cannas 2, ultimo invenitur terra tenax sive argilla, cuius fundus nondum [. . . inve]nitur; que quidem terra mobilis propter sui mobilitatem continue fluit, secunda propter violenciam frigoris frangitur et tercia [. . .] liquescit et defluit propter pluviam et scinditur ac dividitur propter frigus; et quando dicte cruste subtrahitur, cadit subito crusta curta nec ligata — et nisi continuaretur maczia, murus corrueret cum eodem; de quibus omnibus dictus mag. Petrus simili modo nobis litteras suas scripsit: super quo capitulo taliter respondemus, quod volumus et mandamus, ut non procedatur in dicto fossato ad presens ex illa parte, ubi debent fieri maczia sive brache, set supersedeatur in ipsa parte usque ad felicem reditum nostrum ad partes ipsas, qui erit ad tardius hinc ad medietatem instantis sacre quadragesime . . . . set ne tumbarelli deputati in opere ipso interim inutiliter remaneant, . . . mandamus, quod in fossato ipso fodi et laborari facias bene sollicite et continue ex parte terre Lucerie, deputando in tumbarellis ipsis illum numerum manipulorum, qui sufficiens utilis et necessarius fuerit, ita quod tumbarelli ipsi inutiliter non habeantur et defectus aliquis in ipso opere propterea non subsistat. /2/ item aliud capitulum continebat, quod dictus mag. Petrus facit fieri bracas predictas de tufis, offerens se probare coram nobis, quod erunt fortiores et meliores et precii vilioris, super quo etiam capitulo dictus mag. Petrus nobis per litteras suas scripsit, quod ipse consulit fieri bracas ipsas de tufo, quia invenitur centenarium huiusmodi tuforum ad excappandum seu evellendum pro tar. aur. 6, de quibus 100 tufis possunt fieri 3 canne de opere quarrato; et sic providit, quod opus ipsum erit melius et fortius et minoris precii de tufis quam de matonibus, sicut ipse sue littere continebant: super quo ipsius mag. Petri consilio inherentes, . . . mandamus, quod, si est ita, quod opus ipsum fiat melius et pro minori precio de tufis quam de matonibus, procedas de consilio suo in ipso opere faciendo; ita tamen, quod, si aliter esset, totum id, quod forte expendetur plus in dicto opere faciendo de tufis, ultra quam expenderetur, si fierent de matonibus, vel si alio quoquo modo quivis alius defectus in omnibus predictis affuerit, teneatur ipse mag. Petrus de proprio suo supplere et resarcire et nostram curiam exinde servare indepnem, cum sibi inde totaliter incumbamus. /3/ tercium quoque capitulum continebat, quod, cum terra, per quam accedebatur ad castrum, sic ex utraque parte ceciderit, quod deinceps carrociis aditus patere non possit, oportet, quod fiat ibi unus pons falsus ligneus vel principalis pons fabricetur, iuxta quod nostra excellentia ordinaret: super quo taliter providentes, iniungimus, quod facias ibi fieri pontem unum falsum ligneum ad hoc, quod carrozie ipse libere et comode transitum habeant et occasione ipsa prosequcioni dicti operis nullus defectus seu difficultas aliqua vel dilatio ingeratur. /4/ ultimum insuper capitulum exprimebat, quod mag. Iohannes de Tullo habet 25 magistros per diem pro ingeniis faciendis super quo sic excellentia nostra rescribit, quod placet nobis, quod in ipsis ingeniis construendis ille numerus magistrorum et aliorum laborancium deputetur et habeatur, qui necessario utilis fuerit, ita quod defectu magistrorum et laborancium non retardetur opus ipsum, set procedatur in eo diligenter et sollicite, prout habuisti per nostras litteras in mandatis; non tamen deputetur inutiliter in operibus ipsis superfluus nume-

rus magistrorum. qualiter autem successive in predictis operibus procedatur, et statum ac condicionem dicti operis culmini nostro per tuas litteras intimare procures. et ecce quod, cum nolimus occasione aliqua in prosequtione dicti operis prorsus intervenire defectum, iniungimus per litteras nostras expresse . . . iusticiario Capitinate[1]), ut ad requisicionem tuam usque ad 400 unc. aur., si eum requisiveris et necessarias videris, pro expensis dicti operis tibi debeat exhibere . . .. Dat. Rome VIII. februarii V. ind.

III. RA 1276/77 A n. 27 f. 75a.

Eidem iusticiario (Capitinate). . . . precipimus, quatinus Goffrido de Bosco Guilielmi . . . 400 unc. . . . debeas exhibere . . .. Dat. Rome VIII. februarii V. ind.

173.

I. RA 1276 A n. 25 f. 34a. *Rom 1277 Februar 13.*

Goffrido de Bosco Guilielmi. Per litteras tuas . . . accepimus, quod unus illorum, qui habuerunt ad extaleum a curia nostra opus tabulamenti predicti, videlicet mag. Nicolaus de Malficta, ipso opere imperfecto de medio est sublatus et alter, cuius nomen non significasti per dictas litteras, pro extalio ipso in nostro carcere detinetur et sic propterea non fit tabulamentum predictum, sicut per extallerios ipsos fuit curie nostre conventum: ideoque, cum velimus, quod opus ipsum . . . perfici debeat, . . . iusticiario Terre Bari . . . iniungimus[2]), ut, certificatus per litteras tuas de nomine et cognomine alterius extallerii capitivi et modo ac forma extalei et fideiussionis ipsius et de toto, eo, in quo dicti extallerii . . . pro eodem extalio tenebantur et faciendum remansit, id totum . . . de bonis ipsorum extalleriorum . . . et in eorum defectu de bonis aliorum fideiussorum . . . et in ipsorum defectu de bonis approbatorum eorundem fideiussorum . . . fieri faciat et suppleri. tu vero de hiis omnibus prefatum iusticiarium plene redas . . . certum . . . et tabulamentum predictum fieri facias modo predicto . . .. Dat. Rome XIII. februarii V. ind.

II. RA 1276/77 A n. 27 f. 110b.

Eidem iusticiario (Terre Bari). *Befehl gemäß n. I.* Dat. Rome XIII. februarii V. ind.

174.

RA 1276 A n. 25 f. 44a. Die rechte obere Ecke ist durch Feuchtigkeit verletzt. *Foggia 1277 März 18.*

I. Goffrido de Bosco Guilielmi. *[1]* Quia presens in curia nostra coram nobis exposuisti, quod pro faciendo puteo in fortelicia castri nostri Lucerie in loco, in quo alia vice inceptus fuit, vel in alio, sicut magistri providerint, magistri, qui sciant fodere et facere puteos, necessarii reputantur, quos in Luceria invenire non potes: iusticiario Terre Laboris[3]) et iusticiario Terre Bari[4]) . . . precipimus, ut quilibet eorum in iurisditione sua incontinenti inveniat 10 magistros, qui sciant facere et fodere puteos, et eos statim mittat ad te pro predicto puteo faciendo . . .; tu autem ipsos recipias et per eos fodi et fieri facias [puteum] ipsum in loco, in quo alia vice fuit inceptus, nisi magistri aliud inde provideant, vel ipsum fieri facias in alio loco, ubi magistri duxerint [faciendum]. et antequam procedatur ad ipsum puteum faciendum, significes nobis per litteras tuas, quid super hoc magistri ipsi providerint, et locum, in quo iuxta provisionem [eorum] puteus ipse fieri debeat, ut tibi exinde nostrum beneplacitum rescribamus . . .. *[2]* preterea, quia exposuisti, quod deficiunt faciende in eadem fortelicia domus 26, que ad presens compleri non possunt, eo quod matuncelli et ymbrices pro domibus ipsis oportuni ob defectum palee necessarie pro ipsis matuncellis et ymbricibus faciendis, que ad presens haberi non potest, fieri non possunt: . . . precipimus, ut fieri facias totum apparatum pro domibus ipsis videlicet de lignaminibus et aliis oportunis pro domibus ipsis faciendis et complendis, ita quod adveniente tempore recollectionis victualium proximo venture, quo palea ad sufficientiam inveniri et haberi poterit, matuncelli et ymbrices necessarii pro domibus ipsis fiant[a]) et domus ipse tam de tectis quam de aliis totaliter compleantur, ita quod domus ipse deputande ad habitationem eorum, qui ad incolatum dicte fortelicie se contulerint, complete sine defectu quolibet habeantur; significaturus magistris racionalibus etc., quicquid de predictis omnibus duxeris faciendum. *[3]* mandamus etiam per litteras nostras[5]) gayto Madio de Luceria Sarracenorum sub certa pena, ut ad requisitionem et mandatum tuum inveniat et assignet tibi de Sarracenis Lucerie tot magistros, qui sciant facere ymbrices, et alios operarios oportunos pro ipsis ymbricibus faciendis, quot ab eo duxeris requirendos, ita quod ad minus mense quolibet faciant miliaria ymbricum 50. tu autem apud eundem gaytum Madium instes oportune et, si expedit, im-

[a]) faciant.

[1]) *n. III.* [2]) *n. II.* [3]) *n. 175 II.* [4]) *n. 175 I § 2.* [5]) *n. II.*

portune pro habendis huiusmodi magistris et aliis operariis pro ymbricibus ipsis celeriter faciendis et complendis in necessaria quantitate, ut habeantur cito pro complendis domibus supradictis, ita quod occasione ipsorum ymbricum totale complementum predictarum domorum contra beneplacitum et votum nostrum nullatenus retardetur, ita quod sine defectu quolibet 50 miliaria ymbricum mense quolibet infallibiliter habeantur pro coperhiendis domibus supradictis .... Dat. Fogie XVIII. marcii V. ind.

II. Gayto Madio de Luceria Sarracenorum. Volentes, quod in operibus, que fiunt in fortelicia castri nostri Lucerie, continue ... procedatur, ... precipimus, quatinus ad requisicionem ... Goffridi de Bosco Guilielmi ... assignes ei[a]) de Sarracenis Lucerie tot magistros, qui sciant facere ymbrices, et alios operarios oportunos et necessarios pro opere ipsorum ymbricum, quot ipse duxerit requirendos, qui faciant usque ad miliaria ymbricum 50 pro operibus fortelicie supradicte .... magistros vero et operarios ... in eo numero ... studeas assignare, quod ad minus mense quolibet faciant miliaria ymbricum 50 .... Dat. Fogie XVIII. marcii V. ind.

[a]) eis.

175.

I. RA 1276/77 A n. 27 f. 111a. *Foggia 1277 März 19.*

Eidem iusticiario (Terre Bari). *[1]* ... precipimus, quatinus ... precipias notario Matheo de Iuvenacio, mag. Nicolao de Palo, mag. Martino et mag. Benedicto de Melficta ..., ut die sabbati in vigiliis palmorum[1]) proximo futuro coram nobis apud Barulum se presentent .... *[2]* mandamus, ut inquiras ... in iurisdictione tua et specialiter in Barulo et Trano usque ad magistros 10, qui bene sciant fodere et facere puteos, quos ... mittas ad Goffridum de Bosco Guilielmi prepositum operibus fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum pro fodendis et faciendis ibidem puteis .... Dat. Fogie XVIIII. marcii V. ind.

II. RA 1276/77 A n. 27 f. 34a.

Eidem iusticiario (Terre Laboris). *Befehl gemäß n. 174 I § 1.* Dat. Fogie XVIIII. marcii V. ind.

176.

I. RA 1276/77 A n. 27 f. 111b bis 112a. *Brindisi 1277 April 7.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). Quia quondam mag. Nicolaus de Melficta simul cum mag. Petro de Salpis convenit curie nostre fieri facere ad extalium tabulamentum circumcirca muros fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum sub certa forma sibi per curiam nostram data et de pecunia eis conventa pro opere ipso fuit ipsis pro parte nostre curie integre satisfactum et opus ipsum, ut convenit et debuit, non complevit, quod totaliter compleri volumus sine aliqua tarditate: ... precipimus, quatinus a notario Matheo de Iuvenatio, mag. Marino et mag. Dominico de Milficta, qui fideiusserunt aput curiam nostram pro predicto quondam mag. Nicolao de opere ipso iuxta pactum habitum inter curiam nostram et dictos mag. Nicolaum et mag. Petrum et bene et totaliter percomplendo, recipias pro parte curie nostre fideiussores sufficientes et ydoneos de complendo totaliter toto defectu operis tabulamenti predicti, sicut fieri et compleri debuit per predictum mag. Nicolaum iuxta modum et formam eis per curiam nostram datam ad tardius usque ad kalendas augusti proximo futuri presentis V. ind.; et huiusmodi fideiussoria cautione recepta, liberes de persona dictum Marinum, quem propterea te cepisse intelleximus. et si forte ipse per se fideiussores dare nequiverit vel noluerit, receptis fideiussoribus a predictis notario Matheo et Dominico, predictum mag. Marinum mittas sub custodia ad Goffridum de Bosco Guilielmi ..., ut sic captivus una cum predictis notario Matheo et Dominico defectum totum eiusdem tabulamenti usque ad predictum terminum compleat, ut est dictum. super quo eundem Goffridum per litteras tuas debeas informare .... Dat. Brundusii die VII. aprilis V. ind.

II. RA 1276/77 A n. 27 f. 77a.

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia *(usw., wie in n. I vom gleichen Tage, bis* precipimus*)*, quatinus tam a predicto mag. Petro extallerio quam ab Andrea cansore de Luceria, Benevento de s. Severo et mag. Guilielmo calcarario, qui fideiusserunt ... pro predicto mag. Petro de opere ipso *(usw. mutatis mutandis bis* V. ind.*)* super quo Goffridum de Bosco Guilielmi *(usw. bis zum Schlusse)* Dat. Brundusii VII. aprilis V. ind.

[1]) *März 20.*

177.

I. RA 1276 A n. 25 f. 55ab. *Brindisi 1277 April 13.*

Americo de Montedragone provisori castrorum Apulie. . . . quia celsitudini nostre per tuas litteras intimasti, quod facienda sunt in castro s. Marie de Monte in turribus verdesce necessarie, guaytarole 4 et ferrande omnes fenestre, que sunt in eodem castro . . ., et quod molendinum, quod est in castro nostro Lucerie Sarracenorum, non est paratum, ut condecet, ad molendum, et cisterna castri Acheroncie est fracta totaliter usque adeo, quod aqua in ea servari non potest, et mandasti statutis super reparacione ipsius castri, quod cisternam ipsam facerent reparari, et nichil inde facere voluerunt: tibi duximus . . . taliter respondendum: . . . scribimus . . . per litteras nostras statutis super reparacione castri Acheroncie, ut cisternam predictam bene et decenter, ut aqua pluvialis bene servetur in ea, . . . faciant reparari; et iusticiario Capitinate[1]), quod molendinum, quod est in castro Lucerie Sarracenorum, parari faciat, ut condecet, ad molendum; necnon iusticiario Terre Bari, ut fieri faciat berdescas necessarias in turribus . . . castri s. Marie de Monte et guaytarolos 4 et ferrare fenestras eiusdem castri . . .. Dat. Brundusii XIII. aprilis V. ind.

II. RA 1276/77 A n. 27 f. 77a.

Eidem iusticiario (Capitinate). *Befehl gemäß n. I.* Dat. Brundusii XIII. aprelis V. ind.

178.

I. RA 1276 A n. 25 f. 56a. *Brindisi 1277 April 14.*

Goffrido de Bosco Guilielmi. . . . precipimus, quatinus tam opus barracani, maccie et fossati quam alia opera eiusdem fortellicie preter ingenias, quas fieri volumus per mag. Iohannem de Tullo . . ., ad extalium concedere debeas hiis, qui huiusmodi opera voluntarie ad extalium recipere voluerint, conventione habita cum extalleriis, quod opera ipsa . . . infra certum et competentem terminum . . . fieri faciant . . .. scribimus enim iusticiariis Capitinate[2]), Terre Bari[3]) et Basilicate[4]), ut huiusmodi opera . . . faciant puplicari . . .. tu autem opera ipsa ad extalium concedas illis, qui ea . . . facere voluerint pro minori pecunie quantitate . . .. mandamus tibi nichilominus, ut in festo pentecostes[5]) proximo futuro . . . nostro conspectui te presentes. Dat. Brundusii XIIII. aprilis V. ind.

II. RA 1276/77 A n. 27 f. 77b.

Eidem iusticiario (Capitinate). Cum mandemus Goffrido de Bosco Guilielmi . . ., quod tam opus barbacani, maczie et fossati quam alia opera eiusdem fortelicie . . .. concedat hiis, qui . . . ad extalium recipere . . . voluerint: . . . precipimus, quatinus . . . per singulas terras iurisdictionis tue famosas huiusmodi opera puplice exponi facias . . .. Dat. Brundusii XIIII. aprilis V. ind.

III. Similes facte sunt iusticiario Basilicate. Dat. ut supra.

IV. Similes facte sunt iusticiario Terre Bari. Dat. ut supra.

179.

RA 1276 A n. 25 f. 68a. *Brindisi 1277 Mai 3.*

Goffrido de Bosco Guilielmi, mag. Petro de Angicurt et mag. Iohanni de Tullo. *[1]* . . . (mandamus), quatinus tam de opere fossati et maczie quam de omnibus et singulis operibus factis et faciendis veteris fortellicie Lucerie nos plene et efficaciter informetis, ita quod in nostra presentia constituti de hiis et de omnibus aliis ad ea spectantibus, de quibus interrogati fueritis, nobis sine defectu et dubio aliquo respondere possitis. super quibus omnibus informati plenius et instructi ad presentiam maiestatis nostre die sabbati in vigilia pentecosten[6]) apud Venusium personaliter veniatis, ut in ipso festo pentecosten ibidem vos penitus habeamus presentes, excellentiam nostram super predictis omnibus et singulis et, de quibus vos interrogaverimus, apertissime instructuros. *[2]* et quia tu, Goffride, nostre magnificentie intimasti, quod cannam 1 maczie faciende quadratam pro unc. aur. 2½ ad stallium concedere poteras: . . . mandamus, ut insistas et studeas, si forte valeas invenire, quod ipsius maczie canna huiusmodi ad extallium per aliquem fieri possit pro minori pecunie quantitate. et tam de hoc quam de aliis suprascriptis ad nos aput Venusium, ut est dictum, una cum supradictis informatus accedas. Dat. Brundusii III. madii V. ind.

[1]) *n. II.* [2]) *n. II.* [3]) *n. IV.* [4]) *n. III.* [5]) *Mai 16.* [6]) *Mai 15.*

180.

RA 1276/77 A n. 27 f. 117b. *Venosa 1277 Mai 25.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). . . . nuncius tuus assingnavit . . . die martis XXV.[1] madii presentis V. ind. apud Venusium magistris racionalibus . . . scripta 2 puplica, unum videlicet factum XXVII. aprelis eiusdem V. ind. apud Melfettam per Symonem iudicem ipsius terre et Franciscum . . . notarium . . ., et aliud factum eodem die apud Iuvenacium per Anestasium . . . iudicem et Iohannem . . . notarium, quod ad mandatum nostrum . . ., ut *(es folgt der Inhalt des Mandates n. 170 I)* recepisti . . . subscriptos fideiussores . . . videlicet *(es folgen die Namen)*; de quorum scriptorum recepcione presentes . . . tibi mittimus responsales. **Dat. Venusii XXV. madii V. ind.**

181.

Venosa 1277 Juni 3.

I. RA 1276/77 A n. 27 f. 82ab. Inseriert: sub dat. Juni 3: ibid. f. 82b. (n. II); sub dat. Juni 4: ibid. f. 89b. (n. 189 I); ibid. f. 91ab (n. 194 I); RA 1276 A n. 25 f. 114b bis 115a (n. 189 II); ibid. f. 133a (n. 194 II); RA 1268 A n. 1 f. 103a bis 104b [gleich RA 1276 B n. 26 f. 178a bis 179a] (n. 223 I); RA 1278 D n. 31 f. 153a bis 154a (n. 223 II).

Eidem iustitiario (Capitinate). Scire volumus fidelitatem tuam, quod mag. Petrus de Angicurt et mag. Ricardus de Fogia . . . convenerunt et promiserunt nobis facere fieri et compleri ad extalleum totum talutum murorum fossati fortellicie castri nostri Lucerie, quod faciendum restat usque ad locum, ubi debet esse parapectus, secundum formam et modum habitos inde de ordinacione et provisione nostra, quam habet in scriptis Goffridus de Bosco Guilielmi . . . prepositus operibus fortellicie ipsius vel mag. Bernardus clericus . . .. *[1]* in quo opere tenentur ex pacto ponere vel poni facere inde in opere lapidum communium medietatem calcis et reliquam medietatem arene et in saburris tertiam partem calcis et duas partes arene. *[2]* et tenentur etiam facere in taluto ipso 2 posterulas, unam videlicet retro pontem et aliam prope magnam turrim rotundam, secundum quod distinguitur in ordinacione nostra predicta. *[3]* et totum opus ipsum debent ad tardius compleri facere per totum annum VI. ind. proximo venture. *[4]* et pro huiusmodi opere faciendo et complendo predicto modo convenimus eis solvi facere summam pecunie contingentem eos ad racionem de unc. aur. 2 per cannam tocius eiusdem operis. *[5]* et si opus ipsum non compleverint et compleri fecerint usque ad predictum terminum secundum provisionem et ordinacionem nostram predictam, omnia bona eorum nostre curie applicentur. *[6]* et obtulerunt dare tibi pro parte curie nostre ydoneam et sufficientem fideiuxoriam caucionem de tanta pecunie quantitate, quantam eis simul dabis pro ipso opere faciendo. et pecunia, que debebitur eis pro opere ipso, solvetur eis in tanta quantitate simul, de quanta fideiuxores dederint . . .. *[7]* et postquam tibi constiterit per capitaneum ipsius fortellicie, quod pecunia ipsa, que eis sic successive dabitur, in eodem opere, per estallerios ipsos conversa et expensa fuerit, dabitur eis pecunia, sicut pro expensis ipsius operis fuerit oportunum, in ea quantitate, de qua tibi fideiuxores sufficientes et bonos dederint . . .. *[8]* predictus enim capitaneus debet in opere ipso interesse et videre vel videri facere et curare, quod talutum ipsum diligenter et studiose tam in spissitudine et grossitie, calce, lapidibus, quam omnibus aliis oportunis fiat et compleatur secundum modum et formam predicte provisionis et ordinacionis nostre super hoc habite, et quod talutum ipsum fiat de illa spissitudine, qua ipsum esse decuerit, iuxta provisionem ipsius capitanei, quem uti volumus consilio magistrorum et aliorum nostrorum fidelium de eodem opere peritorum, et etiam secundum quod dictus Goffridus de Bosco Guilielmi partem ipsius taluti inceptam cum expensis curie nostre ad credenciam fieri fecit; nec aliquid committatur vel minuatur de ordinacione et provisione predicta, ita quod aliqua decepcio fraus seu defectus in predictis omnibus committi non possit. *[9]* de parapecto vero faciendo super predictum talutum nostrum beneplacitum reservamus, utrum quod fiat in credencia cum expensis curie nostre, vel quod fieri debeat ad extalleum per estallerios taluti predicti. *[10]* quare . . . mandamus, quatinus, receptis ad presens ab eisdem mag. Petro et mag. Riccardo sufficientibus et ydoneis fideiuxoribus usque ad quantitatem unc. aur. 300 de faciendo predicto opere, sicut superius est expressum; et recepta etiam in scriptis a predicto Goffrido vel predicto mag. Bernardo sub sigillo ipsius predicta provixione et ordinacione nostra in premissis habita, eisdem extalleriis unc. aur. 300 . . ., et deinde successive, sicut in eodem opere procedetur, usque ad supplementum totius quantitatis eis debite pro totali complemento ipsius operis secundum predictum modum et formam debeas exibere . . .. *[11]* volumus tamen, quod predictum opus sic ad extalleum predictis fidelibus nostris concessum in Fogia Troia et aliis terris famosis iurisdictionis tue vicinis facias subastari, et, si aliqui fuerint qui opus predictum velint fieri facere et compleri, secundum quod superius dictum est, usque ad predictum

[1]) *Reg.* **XXIV**. *Doch fällt 1277 der Dienstag auf den 25. Mai.*

terminum pro minori quantitate pecunie, pro qua dicti mag. Petrus et mag. Riccardus facere convenerunt, opus ipsum secundum predictam formam et modum ad extalleum eis concedere debeas; et receptis ab eis fideiussoribus ydoneis et sufficientibus secundum predictam formam et modum, pecuniam, que eis debebitur pro extalleo predicti operis, in ea videlicet quantitate vice qualibet, de quanta fideiuxores sufficientes et ydoneos tibi dederint, ut est dictum, debeas exibere. et si interim per eosdem mag. Petrum et mag. Riccardum de pecunia, quam pro ipso extalleo receperint, aliqua quantitas expensa fuerit, et opus ipsum aliis pro minori quantitate concedi contigerit, dimissa eisdem mag. Petro et mag. Riccardo, quantitate, que eisdem debebitur pro numero cannarum murorum, quas de predicto talluto fieri et compleri fecerint, ad predictam racionem de unc. aur. 2 pro qualibet canna, residium totum ipsis successoribus eorum computandum eis in quantitate, que eis debebitur pro extalleo ipso pro quantitate operis, quam fieri fecerint, facias integre assignari. *[12]* et utrum extalleum ipsum predictis mag. Petro et mag. Riccardo remaneat, utrum pro minori quantitate aliis concedatur, de extaleo ipso fieri facias tria scripta puplica consimilia, continencia: formam presentium, nomina et cognomina extalleriorum ipsorum fideiussorum, quos ab eis receperis, de quanta quantitate pecunie et per quos fideiussores ipsi fuerint approbati, ad quam rationem opus ipsum concesseris, si aliis quam predictis mag. Petro et mag. Riccardo pro minori quantitate forsitan concedatur, et totum tenorem predicte provisionis et ordinacionis nostre habite super processum eiusdem operis, quam a predicto Goffrido de Bosco Guilielmi vel a predicto mag. Bernardo sub sigillo eius receperis, ut est dictum; quorum unum magistris racionalibus magne curie nostre sine mora transmittas, aliud tibi retineas et tercium extalleriis ipsis dimittas. *[13]* nichilominus totum processum tuum, quem in premissis habendum duxeris, celsitudini nostre et predictis magistris racionalibus particulariter et distincte sine alicuius more et difficultatis obstaculo studeas intimare; cautus existens, quod fideiussores, quos a predictis extalleriis propterea receperis, et approbatores eorum sint sufficientes et idonei, cum de omni defectu et insufficiencia eorum tibi totaliter incumbamus. *[14]* volumus insuper et tibi precipimus, ut predictam provisionem et ordinacionem nostram in premissis habitam, quam a predicto Goffrido vel predicto mag. Bernardo sub sigillo suo receperis, dicto capitaneo ipsius fortellicie in scriptis sub sigillo tuo assignes, ut exinde informatus provisionem et ordinacionem eandem per extallerios ipsos in eodem opere faciendo faciat veraciter observari. Dat. Venusii die III. iunii V. ind.

II. RA 1276/77 A n. 27 f. 82b. Inseriert: sub dat. Juni 4: RA 1276 A n. 25 f. 114b bis 115a (n. 189 II); ibid. f. 133a (n. 194 II); RA 1278 D n. 31 f. 153a bis 154a (n. 223 II).

Capitaneo fortellicie castri Lucerie. Scire volumus fidelitatem tuam, quod iusticiario Capitinate . . . nostras dirigimus litteras in hac forma: *(es folgt n. I).* quocirca . . . mandamus, quatinus in predicto opere continue debeas interesse et videre vel videri facere ac curare, quod talutum ipsum diligenter et studiose tam in spissitudine et grossicie, calçe, lapidibus, quam in omnibus aliis oportunis fiat . . ., et quod talutum ipsum fiat de illa spissitudine, qua spissum esse decuerit . . . — super quo te uti volumus consilio magistrorum et aliorum nostrorum fidelium de eodem opere peritorum — et etiam secundum quod dictus Goffridus de Bosco Guilielmi partem ipsius taluti inceptam cum expensis curie nostre ad credenciam fieri fecit, nec aliquid omittatur . . .. et quia dictus iusticiarius extalleriis ipsius operis debet tantam quantitatem pecunie vice qualibet exhibere, de quanta fideiussores dederint et, postquam sibi constiterit per te, quod pecunia ipsa, que ipsis sic successive dabitur, per eos in eodem opere conversa et expensa fuerit, eundem iusticiarium super hoc, cum expedierit, debeas informare, ut occasione huiusmodi opus ipsum nullatenus differatur. Dat. Venusii die III. iunii.

182.

RA 1276 A n. 25 f. 88a. *Venosa 1277 Juni 3.*

I. Capitaneo operum fortellicie castri Lucerie Sarracenorum. *[1]* . . . mandamus, quatinus magistros, manipulos et personas alias deputatas vel deputandas in opere taluti maczie fossati castri Lucerie, quod mag. Petrus de Angicurt . . . et mag. Riccardus de Fogia . . . ad extalium a nostra curia receperunt, in eodem opere laborare sine molestia qualibet patiaris nec ipsos inde ammoveas in aliis nostris operibus, que fiunt in eadem fortellicia, deputandos. volumus tamen, quod pati non debeas, quod de magistris, manipulis et aliis personis laborantibus in aliis operibus eiusdem fortellicie ipsi mag. Petrus et mag. Riccardus aliquos ab operibus ipsis ammoveant per eos in opere dicti taluti deputandos, set facias eos in predictis aliis nostris operibus laborare, sicut datur eisdem mag. Petro et mag. Riccardo per nostras litteras[1]) in mandatis. *[2]*

[1]) *n. II.*

. . . mandamus, ut eosdem mag. Petrum et mag. Riccardum permittas accipere pro opere predicti taluti de lapidibus duris, qui extrahuntur de fossato predicto; ita tamen, quod ipsi exhibere et restituere pro aliis operibus nostre curie teneantur eam quantitatem et qualitatem lapidum, quam de lapidibus dicti fossati receperint et habuerint, quam te scire et in scriptis redigere volumus . . .. Dat. Venusii III. iunii V. ind.

II. Mag. Petro de Angicurt . . . et mag. Riccardo de Fogia. *Schreiben gemäß n. 1 § 2.* Dat. Venusii III. iunii V. ind.

183.

I. RA 1276 A n. 25 f. 88a. *Venosa 1277 Juni 3.*

Riccardo militi et gayto Madio Sarracenis Lucerie. . . . mandamus, quatinus ad requisitionem mag. Petri de Angicuria . . . et mag. Riccardi de Fogia . . . pro opere taluti maczie fossati fortellicie castri nostri Lucerie, quod ad extalium a nostra curia receperunt, manipulos 200 die quolibet . . . de Sarracenis Lucerie . . . debeatis[a]) exhibere . . .. Dat. Venusii III. iunii V. ind.

[a]) debeas.

II. RA 1276 A n. 25 f. 87b.

Foresteriis et aliis presentes litteras inspecturis. . . . mandamus, quatinus boves 120 deputandos per mag. Petrum de Angicurt . . . et mag. Riccardum de Fogia . . . extallerios operis taluti maczie fossati fortellicie castri nostri Lucerie, deputatos ad deferendum lapides calcem et arenam et alia necessaria pro ipso opere, pascua sumere in pertinentiis Lucerie, s. Iacobi existentis prope Luceriam, Palmule, Salziburgi et s. Marie in Burgano . . . permittatis. Dat. Venusii III. iunii.

III. RA 1276 A n. 25 f. 88b.

Secretis totius Calabrie, dohaneriis, fundicariis, passageriis et universis presentes litteras inspecturis. Cum pro opere taluti maczie fortillicie castri nostri Lucerie Sarracenorum, quod mag. Petrus de Angicurt et mag. Riccardus de Fogia . . . ad extalium a nostra curia receperunt, boves 120 ad trahendum currus, cum quibus deferantur lapides, calx, arena et alia necessaria pro opere ipso, necessarii reputentur et pro emendis ipsis predicti mag. Petrus et mag. Riccardus vel alter ipsorum pro parte utriusque ad partes Calabrie, Vallis Gratis et Terre Iordane se conferant: . . . mandamus, quatinus eosdem mag. Petrum et mag. Riccardum vel alterum ipsorum boves ipsos in partibus emere et ad predictum opus Luceriam ducere libere a dirictu quolibet permittatis . . .. Dat. Venusii III. iunii V. ind.

IV. RA 1276 A n. 25 f. 88a.

Guilielmo de Saccanvilla . . . vel procuratori aut baiulo suo in Candelario. . . . precipimus, quatinus currus deferentes lapides pro opere taluti maczie fossati fortellicie castri nostri Lucerie per Candelarium habentes transitum in eundo et redeundo transire necnon boves etiam currus ipsos trahentes pascua in partibus ipsis sumere libere et absque molestia qualibet permittas[a]). Dat. Venusii III. iunii V. ind.

[a]) permittatis.

184. *[Venosa 1277 Juni 4.]*

I. Siehe n. 181 I.

II. Siehe n. 181 II.

185.

RA 1276/77 A n. 27 f. 82a. *Venosa 1277 Juni 4.*

I. Iusticiario Capitinate. Cum pro opere taluti maczie fortellicie castri nostri Lucerie, quod mag. Petrus de Angicurt et mag. Riccardus de Fogia ad extaleum a nostra curia receperunt, magistri fabricatores necessarii reputentur: . . . precipimus, quatinus ad requisicionem ipsorum mag. Petri et mag. Riccardi vel alterius eorundem 20 magistros fabricatores . . . eis . . . debeas exhibere . . .. Dat. Venusii IIII. iunii V. ind.

II. Similes facte sunt iusticiario Principatus etc. de totidem fabricatoribus magistris etc. ut supra. Dat. ut supra.

III. Similes facte sunt iusticiario Basilicate de totidem magistris etc. ut supra. Dat. ut supra.

IV. Similes facte sunt iusticiario Aprucii de 30 magistris fabricatoribus etc. Dat. ut supra.

186.

I. RA 1276 A n. 25 f. 91b. *Venosa 1277 Juni 9.*

Goffrido de Bosco Guilielmi militi. De fide et legalitate Iohannis de Tillio iunioris militis familiaris et fidelis nostri confisi ipsum prepositum seu capitaneum diligenti custodie fortellicie castri nostri Lucerie et stipendiariis nostris equitibus et servientibus etiam ad ipsius fortellicie de mandato nostro custodiam deputatis necnon et operibus singulis, que fiunt in eadem fortellicia tam ad credenciam quam ad extaleum, amoto inde te ad supplicacionem tuam propter tuam infirmitatem, usque ad nostrum beneplacitum duximus statuendum: quo circa *[1]* mandamus, quatinus eidem Iohanni de Tyllio assignare debeas fortelliciam ipsam cum toto attractu et apparatu calcis lapidum calcariarum et rerum aliarum omnium necessariarum pro operibus ipsius fortellicie necnon cum armis curie nostre, si ibi sunt, ingeniis macchinis edificiis quibuslibet assarciis ferramentis currubus carrociis equitaturis bubus bubalis et animalibus aliis quibuscumque coriis bubalorum et aliorum animalium mortuorum ferro açaro plumbo lignaminibus et rebus singulis, cuiuscumque qualitatis et speciei existant, que sunt aput te. *[2]* et informes eum ad plenum de statu et condicione omnium operum et aliorum negotiorum ipsius fortellicie, ut informatus inde per te in singulis operibus eiusdem fortellicie, que fiunt ad[a]) credenciam cum expensis curie nostre, diligenter et fideliter procedat et procedi faciat, sicut in hiis tu de nostro mandato et beneplacito procedebas. *[3]* et informes etiam eundem ad plenum de numero in omnibus stipendiariorum nostrorum equitum et servientum ad custodiam ipsius fortellicie deputatorum, ad quam racionem fuerunt eis gagia per curiam nostram statuta, usque ad quod tempus exinde sunt soluta. *[4]* informes eum etiam, qualiter in spissitudine et aliis omnibus partem taluti, que per te facta est cum expensis curie nostre ad credenciam, fieri fecisti. *[5]* provisionem vero et ordinationem nostram habitam per nos, qualiter in opere dicti taluti procedi debeat, quam te et mag. Bernardum clericum . . . in scriptis habere credimus, eidem successori tuo in scriptis sub sigillo tuo debeas assignare, ut ad plenum exinde sit[b]) informatus et in opere ipsius taluti procedi faciat per extallerios ipsius taluti secundum predictam provisionem et ordinacionem nostram. *[6]* de predicta vero assignatione ipsius fortellicie et omnium predictorum, que sibi assignaveris cum eadem fortellicia, fieri volumus tria scripta puplica consimilia, continencia formam litterarum nostrarum eidem Iohanni de Tulio transmissarum, qualitatem et quantitatem omnium et singulorum, que cum ea assignaveris, statum et conditionem, in quibus sunt singula opera ipsius fortellicie, et numerum hospiciorum incolarum ipsius fortellicie factorum tempore capitanie tue, et quot[c]) ex eis completa sunt, et quot[d]) non, et in qua parte complenda restant, particulariter et distincte; quorum unum dictus successor tuus magistris racionalibus magne curie nostre sine mora transmittat, aliud sibi retineat et tercium tibi debeat assignare. Dat. Venusii die VIIII. iunii V. ind.

a) *fehlt Reg.* b) *fehlt Reg.* c) quod. d) quod.

II. RA 1276 A n. 25 f. 91b bis 92a. Der Text ist durch zahlreiche Schreibfehler entstellt.

Iohanni de Tyllio iuniori militi familiari. *[1]* De tua fide et legalitate confisi te prepositum seu capitaneum (ut supra per verba respectiva, quod recipiat, usque ad: speciei[a]) existant), que sunt apud eundem Goffridum. *[2]* et fortelliciam ipsam, sicut de mandato nostro fieri consuevit per eundem precessorem tuum, diligenter et fideliter custodias et per predictos stipendiarios equites et servientes facias custodiri, ita quod de ipsius diligenti custodia non sit aliquatenus dubitandum. *[3]* et informatus ad plenum per eundem precessorem tuum de statu et condicione omnium operum et aliorum negotiorum ipsius fortellicie in operibus singulis eiusdem fortellicie, que fiunt ad credenciam cum expensis curie nostre, diligenter et fideliter procedas et procedi facias, sicut in hiis dictus precessor tuus de nostro mandato et beneplacito procedebat. *[4]* et quia totum talutum murorum fossati predicte fortellicie, quod faciendum restat usque ad locum, ubi debet esse parapectus, secundum formam et modum habitum inde de ordinacione et provisione nostra, quam habet in scriptis predictus Goffridus[b]) vel mag. Bernardus clericus et familiaris noster, mag. Petrus de Angicurt familiaris et mag. Riccardus de Fogia fideles nostri fieri et compleri facere usque per totum annum VI. ind. proximo venturum ad extaleum a nostra curia receperunt, et tenentur ex pacto poni facere in opere lapidum incisorum medietatem calcis et reliquam medietatem arene et in çaburris tertiam partem calcis et duas partes arene, et tenentur etiam facere in taluto ipso 2 posterulas, videlicet retro pontem et aliam prope magnam turrim rotundam, secundum quod distinguitur[c]) in predicta ordinacione nostra, et talutum ipsum debent fieri facere illius spissitudinis et crossitudinis, qua ipsum[d]) esse decuerit, et etiam secundum quod dictus Goffridus partem ipsius taluti inceptam cum expensis curie nostre ad credenciam fieri fecit, ita quod non

a) speciali. b) *Die Worte* predictus Goffridus *fehlen im Reg.; doch sind sie aus dem Zusammenhange mit Sicherheit zu ergänzen.* c) distinguit. d) quas ipsorum.

amittatur nec minuatur aliquid de ordinacione predicta: precipimus, ut in opere ipsius taluti continue debeas interesse et videre ac videri facere ac curare, quod talutum ipsum diligenter et studiose tam in spissitudine et grossitudine calce lapidibus, quam omnibus aliis oportunis fiat et compleatur secundum modum et formam predicte provisionis et ordinacionis nostre super hoc habite; quod talutum ipsum fiat de illa spissitudine, qua ipsum esse decuerit iuxta provisionem tuam, super quo te uti volumus consilio magistrorum et aliorum nostrorum fidelium de eodem opere peritorum, et etiam secundum quod dictus Goffridus partem ipsius taluti inceptam cum expensis curie nostre ob credenciam fieri fecit. *[5]* et sic cures et vigiles et diligenter attendas, quod aliqua deceptio fraus et defectus in predictis operibus aliquatenus committi non possit, set omnia diligenter et bene fiant, sicut superius sunt distincta, iuxta provisionem et ordinacionem nostram, quam a predicto Goffrido vel predicto mag. Bernardo te in scriptis sub sigillo suo recipere volumus et habere, ut sis exinde plenarie informatus; sciturus, quod, si defectus aliquis occasione negligencie tue in premissis[e]) affuerit, totum defectum huiusmodi de propria substancia tua suppleri mandabimus preter penam aliam, cui te alte et basse iuxta nostrum beneplacitum volumus subiacere. *[6]* et quia iusticiarius Capitinate extalleriis ipsius operis debet tantam quantitatem pecunie exhibere[f]), de quanta sibi[g]) dederint[h]) sufficientem fideiussoriam cautionem[i]), postquam sibi constiterit per capitaneum ipsius fortellicie, quod pecunia ipsa, que ipsis sic successcive dabitur, per eos in eodem opere conversa et expensa fuerit, eundem iusticiarium super hoc, cum expedierit, informare, ut occasione huiusmodi opus ipsum nullatenus differatur. *[7]* super quibus omnibus et aliis ad negotium ipsum spectantibus sic diligens curiosus et gratus existas, quod meritorum obsequiis apud excellenciam nostram commendandus obcurras[k]) et nulla possit inde nota redargutionis impingi. *[8]* de predicta vero recepcione ipsius fortellicie et omnium predictorum, que receperis cum eadem fortellicia, fieri volumus tria scripta publica consimilia, continencia formam presentium qualitatem et quantitatem omnium singulorum, que cum ea receperis, statum et ordinacionem, in quibus sunt singula opera[l]) ipsius fortellicie, et numerum hospiciorum incolarum ipsius fortellicie factorum tempore dicti Goffridi, et quot ex eis complete sunt, et quot non, et in qua parte complenda restant, particulariter et distincte; quorum unum magistris racionalibus etc. incontinenti transmittas, aliud tibi retineas et tercium eidem Goffrido dimittas. Dat. Venusii die IX. iunii.

[e]) missis. [f]) e hre. [g]) si. [h]) dederit. [i]) *Die Worte* sufficientem fideiussoriam cautionem *fehlen im Reg.* [k]) *so Reg.* [l]) singulorum operum.

187.

RA 1276/77 A n. 27 f. 86b bis 87a. *S. Gervasio 1277 Juni 29.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Noverit fidelitas tua, quod magistri racionales etc. receperunt XXI. mensis iunii IV. ind. apud s. Gervasium litteras vestras, per quas significasti eis, quod auctoritate mandati nostri . . . continentis *(es folgt Inhaltsangabe von n. 181 I)* . . . subastari fecisti . . . opus ipsum ad extalium predicto modo concessum predictis mag. Petro et mag. Riccardo in Fogia Troya et Luceria et, quia nullus apparuit, qui opus ipsum pro minori quantitate pecunie ad extaleum vellet recipere, recepisti . . . a predictis mag. Petro et mag. Riccardo subscriptos fideiussores de unc. aur. 300 *(es folgt die Aufzählung)* . . . et dedisti eisdem extalleriis pro opere ipso . . . unc. 300 . . . . Dat. apud s. Gervasium die XXIX. iunii.

188.

RA 1276/77 A n. 27 f. 88b. *S. Gervasio 1277 Juli 4.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Noverit fidelitas tua, quod magistri racionales . . . receperunt litteras tuas . . ., per quas significasti eis, tibi . . . fuisse iniuntum, ut, quia mag. Petrus de Salpis simul cum quondam mag. Nicolao de Melficta convenerunt curie nostre, fieri facere ad extalium circumcirca muros fortellicie castri nostri Lucerie Saracenorum tabulamentum . . ., de pecunia eis conventa pro opere ipso fuit eis integre satisfactum et opus ipsum . . . non complevit, tam ab ipso mag. Petro extallerio, quam ab Andrea campsore de Luceria, Benevento de s. Severo et mag. Guilielmo calcarario, qui fideiusserunt . . . pro predicto mag. Petro, . . . reciperes . . . fideiussores de complendo toto defectu operis tabulamenti predicti . . ., super quo Goffridum de Bosco Guilielmi . . . informares, et quod . . . requisivisti predictos Andream . . . Beneventum . . . et . . . mag. Guilielmum . . ., qui . . . pro fideiussione ipsa captivi in eadem fortellicia . . . detinentur, de exhibendis tibi . . . fideiussoribus . . . et ipsi dixerunt, se fideiussores aliquos dare non posse, cum non haberent aliquos consanguineos vel amicos, qui vellent fideiubere pro eis, et quod predictum mag. Petrum de Salpis . . . de ipsis fideiussoribus exhibendis requirere nequivisti, pro eo quod a fortellicia ipsa, ubi detinebatur captivus, se per fuge subsidium absentavit de quarum litterarum recepcione presentes

tibi remittunter nostre maiestatis littere responsales. volumus tamen et . . . precipimus, quod, si predictus mag. Petrus inveniri poterit, . . . ipsum capias . . . et . . . capitaneo fortellicie . . . Lucerie debeas assignare; captis nichilominus bonis suis omnibus et predictorum fideiussorum suorum, detinendis tamdiu, donec totum predictum opus tabulamenti . . . totaliter compleatur . . .. Dat. apud s. Gervasium IIII. iulii V. ind.

189.

Lagopesole 1277 Juli 8.

I. RA 1276/77 A n. 27 f. 89b (unter falschem Datum: Juli 9). Inseriert: sub dat. Juli 8: ibid. 91ab (n. 194 I); RA 1268 A n. 1 f. 103a bis 104b [gleich: RA 1276 B n. 26 f. 178a bis 179a] (n. 223 I).

(Iusticiario Capitinate). Pridem tibi litteras nostras direximus continencie talis: *(es folgt n. 181 I)*. verum quia mag. Angelus de Canusio, mag. Sergius et mag. Angelus de Barulo ad nostram curiam venientes convenerunt cum curia nostra, totum predictum opus dicti taluti fieri et compleri facere usque per totum annum VI. ind. proximo venture cum pactis et convencionibus supradictis, cum quibus predicti mag. Petrus de Angicurt et mag. Riccardus de Fogia ipsum fieri et compleri facere tenebantur, ad racionem de unc. aur. 1 tar. 18 et gr. 15 pro qualibet canna, et nos . . . opus ipsum predictis mag. Angelo de Canusio, mag. Sergio et mag. Angelo de Barulo ad eandem racionem . . . duximus concedendum . . .: mandamus, quatinus, receptis ab eisdem mag. Angelo de Canusio, mag. Sergio et mag. Angelo de Barulo sufficientibus et ydoneis fideiussoribus approbatis per ydoneos approbatores . . ., eisdem novis extalleriis successive . . pecuniam necessariam usque ad quantitatem eis debitam pro extalio ipso . . . debeas exhibere . . .. ita quod occasione pecunie nullus possit in ipso opere intervenire defectus; recepturus de hiis etc.; compulsurus instanter predictum mag. Petrum et mag. Riccardum ad restitucionem predictarum 300 unc. aur., quas eis dederas pro extalio ipso. volumus tamen, quod predictum opus sic ad extalium predictis . . . concessum in Fogia et Troia et aliis terris famosis iurisdictionis tue vicinis facias subastari . . .. Dat. apud Lacumpensulem VIII.[a]) iulii V. ind.

[a]) VIIII.

II. RA 1276 A n. 25 f. 114b bis 115a. Inseriert: RA 1276 A n. 25 f. 133a (n. 194 II) und RA 1278 D n. 31 f. 153a bis 154a (n. 223 II).

Iohanni de Tilio iuniori capitaneo fortellicie castri Lucerie. Dudum tibi, sicut per registra nostre curie invenitur, sub sigillo celsitudinis nostre litteras nostras direximus continencie talis: *(es folgt der Brief n. 181 II, in welchem n. 181 I [sub dat. Juni 4] inseriert ist).* verum quia *(usw. wie der Brief an den Justiciarius Capitinate vom gleichen Datum, n. I, bis:* concedendum . . .*)* mandamus, quatinus in predicto opere faciendo per eosdem magistros . . . continue debeas interesse *(usw. mutatis mutandis, wie in dem Schreiben an denselben von 1277 Juni 3, oben n. 181 II).* Dat. apud s. Gervasium die VIII. iulii.

190.

RA 1276 A n. 25 f. 113b. *Lagopesole 1277 Juli 8.*

I. Capitaneo fortellicie castri Lucerie. *Schreiben analog n. 181 I.* Dat. apud Lacumpensilum die VIII. iulii.

II. Mag. Angelo de Canusio, mag. Sergio et mag. Angelo de Barulo. *Schreiben analog n. 181 II.* Dat. ut supra.

191.

RA 1276 A n. 25 f. 114a. *Lagopesole 1277 Juli 8.*

I. Riccardo militi et gayto Madio Sarracenis Lucerie. *Mandat analog n. 183 I.* Dat. ut supra (apud Lacumpensilem die VIII. iulii).

II. Foresteriis et aliis presentes litteras inspecturis. *Mandat analog n. 183 I.* Dat. ut supra.

III. Secretis, vicesecretis, baiulis, dohaneriis ac passageriis per Capitinatam constitutis. *Mandat analog n. 183 III.* . . . boves 50, asinos 10 et iumenta vel ronçinos 10 . . . in partibus Capitinate emere . . . permittatis . . .. Dat. apud Lacumpensilem die VIII. iulii.

IV. Guilielmo de Sacamvilla vel procuratori et baiulo suo. *Mandat analog n. 183 IV.* Dat. apud Lacumpensilem die VIII. iulii.

192.

RA 1276/77 A n. 27 f. 89^{b}. — *Lagopesole 1277 Juli 8.*

I. Eidem iusticiario (Capitinate). *Mandat analog n. 185 I.* Dat. apud Lacumpensulem VIII. iulii V. ind.

Similes facte sunt:

II. Iusticiario Terre Laboris et comitatus Molisii,

III. Iusticiario Principatus et Terre Beneventane,

IV. Iusticiario Aprucii: pro eodem opere Lucerie. Dat. ut supra.

193.

Siehe n. 189 I. — *[Lagopesole 1277 Juli 9.]*

194.

Lagopesole 1277 Juli 20.

I. RA 1276/77 A n. 27 f. 91^{ab}. Inseriert: RA 1268 A n. 1 f. 103^{a} bis 104^{b} [gleich: RA 1270 B n. 26 f. 178^{a} bis 179^{a}] (n. 223 I).

Iusticiario Capitinate. Dudum tibi per alias litteras nostras scripsisse recolimus in hec verba: *(es folgt n. 189 I; darin inseriert n. 181 I [sub dat.: Juni 4]).* verum, quia dictus mag. Petrus de Angicurt nuper ad presenciam nostram veniens convenit cum curia nostra, totum predictum opus ipsius taluti fieri et compleri facere usque ad terminum supradictum cum pactis et condicionibus supradictis, cum quibus tam ipse quam mag. Riccardus de Fogia primo et subsequenter predicti mag. Angelus de Canusio, mag. Sergius et mag. Angelus de Barulo opus ipsum fieri et compleri facere tenebantur, ad racionem videlicet de unc. aur. 1 et tar. 15 pro qualibet canna ipsius taluti, et nos . . . opus ipsum eidem mag. Petro ad ipsam racionem . . . duximus concedendum . . .: mandamus, quatinus, receptis ab eodem mag. Petro sufficientibus et ydoneis fideiussoribus approbandis per ydoneos et sufficientes approbatores . . ., eidem mag. Petro successive . . . pecuniam necessariam usque ad quantitatem sibi debitam pro extalio ipso . . . debeas exhibere . . .. **Dat. aput Lacumpensulem XX. iulii V. ind.**

II. RA 1276 A n. 25 f. 133^{a}. Inseriert: RA 1278 D n. 31 f. 153^{a} bis 154^{a} (n. 223 II).

Iohanni de Tillio iuniori capitaneo fortellicie castri Lucerie. Olim tibi per alias nostras litteras scripsisse recolimus in hec verba: *(es folgt n. 189 II; darin inseriert n. 181 II [sub dat.: Juni 4]; dann inseriert n. 181 I [sub dat.: Juni 4]).* verum quia *(usw. wie n. I bis* concedendum*)* . . . mandamus, quatinus in predicto opere faciendo *(usw. mutatis mutandis wie n. 181 II bis* differatur*).* et quia eidem iusticiario Capitinate iniungimus, ut quantitatem operis dicti taluti, quam predicti mag. Petrus et mag. Riccardus de Fogia fieri et compleri fecerunt . . ., una tecum . . . faciat mensurari et quantitatem pecunie eos . . . exinde contingentem ipsis dimittat de unc. aur. 300, quas eisdem mag. Petro et mag. Riccardo dederat pro extaleo ipsius operis supradicti, et residuum totum ipsarum 300 unc. eidem mag. Petro in solutione pecunie sibi debite pro predicto novo extalio sibi concesso debeat computare: . . . mandamus, quatinus una cum predicto iusticiario ad faciendum mensurari totum opus, quod de predicto taluto fieri et compleri fecerunt predicti mag. Petrus et mag. Riccardus . . . debeas interesse . . .. Dat. apud Lacumpensilem die **XX.** iulii V. ind.

195.

RA 1276 A n. 25 f. 133^{a}. — *Lagopesole 1277 Juli 20.*

Riccardo militi et gayto Madio Sarracenis de Luceria. Dudum per alias litteras nostras vobis scripsisse recolimus in hec verba: *(es folgt n. 191 I).* verum quia, predictis mag. Angelo de Canusio, mag. Sergio et mag. Angelo de Barulo ab extalio ipso ammotis, opus ipsum predicto mag. Petro ad racionem de unc. aur. 1 et tar. 15 pro qualibet canna ipsius taluti de novo duximus concedendum: . . . mandamus, quatinus . . . pro opere predicti taluti 200 manipulos . . . de Sarracenis Lucerie . . . exhibere curetis . . . **Dat. apud Lacumpensulem XX. iulii V. ind.**

196.

RA 1276 A n. 25 f. 135^{b}. — *Lagopesole 1277 Juli 20.*

Riccardo Loterio, gayto Madio et Muse Sarracenis de Luceria. Quia in operibus fortelicie castri nostri Lucerie preter talutum, quod fit per mag. Petrum de Angicurt, per Iohannem de Tilio capitaneum eiusdem

fortelicie . . . procedi[a]) mandamus: . . . mandamus, quatinus ad requisicionem ipsius capitanei vel in ipsius absencia ad requisicionem mag. Bernardi, quem cum eo credencerium in eisdem operibus statuimus, de Sarracenis Lucerie . . . manipulos oportunos exhibere curetis . . .. Dat. apud Lacumpensulem XXVI. iulii V. ind.

[a]) procendi.

197.

RA 1276/77 A n. 27 f. 104[b]; ibid. f. 105[a]. *Lagopesole 1277 Juli 26.*

Eidem (iusticiario Basilicate) et erario secum moranti. . . . precipimus, quatinus . . . Iohanni de Tillio iuniori . . . pro expensis operum, que fiunt in eadem fortellicia . . ., unc. 200 . . . exhibere curetis . . .. Dat. XXVI. iulii ibidem (apud Lacumpensilem).

198.

RA 1276/77 A n. 27 f. 92[a]. *Lagopesole 1277 August 6.*

Eidem (iusticiario Capitinate). . . . mandamus, quatinus Iohanni de Tillio iuniori . . . pro equitaturis . . . 18 trahentibus tombarellos, quibus eicitur terra de fossato eiusdem fortellicie, annonam . . . exhibeas . . .. Dat. apud Lacumpensilem die VI. augusti.

199.

RA 1276/77 A n. 27 f. 92[b]. *Lagopesole 1277 August 10.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Pro parte Benevenuti de Florentino et Guilielmi de Castro Pagano fideiussorum mag. Petri de Salpis et Marini de Iuvenacio de opere tabulamenti fortellicie castri nostri Lucerie, qui defectu principalium propterea detinentur captivi, nostre fuit celsitudini supplicatum, quod, cum quidam alii . . . fideiussissent pro opere dicti tabulamenti conplendo, . . . ipsos confideiuxores ipsorum . . . conpelli nostra preciperet celsitudo; supplicaverunt etiam, quod, cum duo de s. Iohanne Rotundo recepissent a predictis principalibus certam pecunie quantitatem pro incidendis lapidibus pro opere tabulamenti predicti nec lapides ipsas inciderent, eos ad restituendum pecuniam ipsam eisdem fideiuxoribus . . . conpelli . . . mandaremus . . .: mandamus, quatinus illos . . . compellas . . .; illos etiam duos de s. Iohanne Rotundo . . . compellas. Dat. aput Lacumpensilem X. augusti V. ind.

200.

RA 1276 A n. 25 f. 165[a]. *Lagopesole 1277 August 28.*

Iohanni de Tilio iuniori capitaneo fortelicie castri Lucerie. Cum in proximo apud Luceriam venire disposuerimus . . ., visuri, qualiter in operibus nostris fortelicie castri Lucerie procedatur: . . . precipimus, quatinus in opere fossati eiusdem fortellicie cum omni instantia et sollicitudine fodi facias; et facias etiam fieri necessarium apparatum, ut in ipso adventu nostro providere et mandare possimus, qualiter in singulis operibus nostris eiusdem fortelicie iuxta nostrum beneplacitum fuerit procedendum et in eisdem operibus efficaciter et sine defectu quolibet procedi possit iuxta nostre beneplacitum voluntatis. nos enim mandamus mag. Petro de Angicurt in curia nostra presenti, ut in ea parte taluti, que facta est et completa, mergulos fieri faciat, ut videre possimus, si in opere ipsius taluti, quod fit ad extalium per eundem mag. Petrum, secundum provisionem et ordinacionem nostram . . . procedatur. Dat. apud Lacumpensulem XXVIII. augusti V. ind.

201.

RA 1278 D n. 31 f. 13[a]. *Lagopesole 1277 September 4.*

Iusticiario Terre Bari. Cum velimus miliare 1 de brunzo emi per te . . . ad requisicionem mag. Iohannis de Tullo magistri carpenterii et ingeniorum curie nostre . . . et aput Luceriam destinari . . .: mandamus, quatinus . . . predictum miliare 1 de bono[a]) brunzo emas vel emi facias . . . ac deferri aput Luceriam et predicto capitaneo pro nostris operibus assignari . . .. Dat. ibidem (apud Lacumpensilem) IIII. septembris.

[a]) bano.

202.

RA 1276 B n. 26 f. 167a. *Lagopesole 1277 September 8.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Pro parte Angeli Philippi et Sericii[1]) de Barulo et Angeli de Canusio magistrorum fabricatorum . . . fuit nostre expositum maiestati, quod, cum ipsi convenerint laborare in opere tallutii castri nostri Lucerie Saracinorum cum mag. Petro de Angicurt extallerio ipsius operis sub certis pactis et conventionibus de opere ipso habitis inter eos, receptis proinde ab ipso mag. Petro unc. aur. 10, et laboraverint in eodem opere iuxta conventionem huiusmodi cum predicto extallerio habitam in ea quantitate et mensura, quod ratione ipsius operis per eos facti contingunt eos secundum formam et modum conventionis eiusdem ipse unc. aur. 10, nunc idem mag. Petrus, magistros ipsos contra predictam conventionem indebite adgravando, repetit ab eis dictas unc. aur. 10 . . . et abstulit eis pro pecunia ipsa somerios 4 ipsosque eis reddere denegat in eorum preiudicium et gravamen: super quo . . . precipimus, quatinus diligenter attenta forma conventionis et pacti de hiis habiti inter dictum extallerium et supplicantes predictos, si ipsi magistri laboraverint et compleverint diligenter et bene eam partem dicti operis, pro qua eos habere contingat secundum formam et modum pacti et conventionis ipsius dictas unc. aur. 10, predictos somerios eisdem supplicantibus ab eodem mag. Petro restitui facias nec permittas eos indebite molestari. Dat. ibidem **(apud Lacumpensilem) VIII. septembris.**

203.

RA 1278 D n. 32 f. 333a. *Lagopesole 1277 September 16.*

Mag. Iohanni lorerio. Quia intelleximus, quod logia, quam in fortellicia castri nostri Lucerie Saracenorum, pro qua facienda et complenda fuisti per curiam nostram solutus, tamen debuisti, completa non est . . .: **mandamus, quatinus . . . ad dictam fortelliciam te . . . conferas, completurus logiam supradictam** ita quod in felici adventu nostro ibidem predictam logiam . . . completam totaliter invenire possimus . . . **Dat. ut supra (apud Lacumpensilem XVI. septembris).**

204.

I. RA 1276 B n. 26 f. 168a. *Lagopesole 1277 September 16.*

Iusticiario Capitinate. Mandavimus dudum[2]) . . ., ut . . . capitaneo . . . Lucerie ordeum pro annona equitaturarum 18 trahencium tumbarellum ad eiciendum terram de fossato eiusdem fortellicie . . . exhibere **deberes, et tu ei ordeum ipsum . . . dare recusas . . .: magistro massario Basilicate . . . iniungimus[3]), ut eidem . . . ordeum . . . debeat exhibere . . .. Dat. ibidem (aput Lacumpensilem) XVI. septembris.**

II. RA 1278 D n. 32 f. 333a.

Thomasio de Tancredo massario Basilicate. *Schreiben gemäß I.* Dat. ibidem (apud Lacumpensilem) **XVI. septembris.**

205.

RA 1278 D n. 31 f. 70b. *Melfi 1277 September 24.*

Iohanni de Tilio iuniori capitaneo . . . Lucerie. Cum Gervasium de Cormeriaco presbiterum . . . tecum ad scribendum raciones tuas . . . de omnibus . . . receptis . . . et exhibitis . . . per te pro operibus eiusdem fortellicie, que fiunt per te, duxerimus deputandum: . . . mandamus, quatinus eundem . . . ad scribendum . . . **debeas retinere; cui . . . expensas racione[a]) de tar. aur. 1 per diem . . . debeas exhibere . . ..** volumus nichilominus, ut[b]) magister Bernardus clericus . . . credencerius in operibus ipsis constitutus, sine cuius conscientia et sciencia nichil te expendere volumus, caternos consimiles de omnibus, que pro operibus ipsis receperis et dederis, faciat, sicut datum est ei per nostras litteras in mandatis, sicut actenus fecerat tam cum Gauffrido de Boscoguilielmi tuo . . . precessore quam tecum. Dat. Melfie XXIIII. septembris VI. ind.

[a]) *so Reg.* [b]) cum.

206.

RA 1276 B n. 26 f. 171a. *Melfi 1277 Oktober 15.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Cum velimus in opere fortellicie castri nostri Lucerie omne studium . . . adhiberi . . ., precipimus . . ., quatinus Iohanni de Tillio iuniori . . . preposito ipsius operis et capitaneo dicte fortellicie . . . pro expensis ipsius operis . . . necessariam quantitatem pecunie . . . debeas exhibere . . . volumus tamen, quod pecunia . . . non transcendat summam unc. aur. 200, cum summam ipsam sufficien**tem ad presens asseruerit pro expensis predictis. Dat. Melfie die XV. octubris.**

[1]) *So statt* Sergii. [2]) *n. 198.* [3]) *s.* II.

207.

RA 1278 D n. 31 f. 15b; Schluß auf f. 19a. *Foggia 1277 Oktober 18.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). . . . mandamus, quatinus . . . precipias . . . Thomasio de Caloiohanne de Baro olim expensori operum fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum . . ., ut incontinenti . . . compareat coram magistris racionalibus . . ., positurus finalem . . . racionem . . .; iniuncturus nichilominus . . . in domo Bisancii de Rustico de Trano socii sui, quem intelleximus esse cum magistris portulanis Sicilie, . . . ut in termino competenti . . ., si . . . serviciis nostris occupatus non fuerit, ipse personaliter compareat vel, si serviciis nostris implicatus fuerit, mittat procuratorem suum . . . coram . . . magistris racionalibus ad ponendum . . . racionem . . .. Dat. Fogie die XVIII. octubris VI. ind.

208.

RA 1276 B n. 26 f. 171b. *Lucera 1277 Oktober 31.*

I. Eidem (iusticiario Capitinate). . . . precipimus, quatinus . . . compellas . . . subscriptos de iurisdictione tua, quorum nomina inferius continentur, qui fideiusserunt apud curiam nostram pro mag. Nicolao de Melficta et mag. Petro de Salpis de faciendo et complendo tabulamento murorum fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum ad satisfaciendum incontinenti in pecunia de toto eo, in quo defectus erit in opere ipsius tabulamenti, et pecuniam ipsam incontinenti per certos nuncios tuos Iohanni de Tillio iuniori capitaneo eiusdem fortellicie pro opere ipso complendo studeas destinare. et si in pecunia satisfacere nequiverint pro defectu huiusmodi, ipsos statim capias de personis et captos sub diligenti custodia ad predictum capitaneum sine mora transmittas, ut captivi in opere ipso laborent, donec opus ipsum totaliter sit completum . . .. nomina vero fideiussorum ipsorum et terrarum, unde sunt, hec sunt: videlicet Guilielmus de Castro Pagano, Beneventus de s. Severo, Guilielmus calcararius[a]) de Cerveto, Iacobus de Casali Novo, Andreas Sarracenus de Luceria et Carolus de Melfia. Dat. Fogie die ultimo octubris VI. ind.

[a]) calcara. *Vgl. n. 176 II.*

II. Similes facte sunt iusticiario Terre Bari de compellendis infrascriptis de iurisdictione sua, qui fideiusserunt pro eisdem mag. Nicolao de Melficta et mag. Petro de Salpis de faciendo etc. nomina vero fideiussorum ipsorum et terrarum, unde sunt, hec sunt: videlicet iudex Matheus de Iuvenacio, Nicolaus de Palo, Andreas de Melficta, item Marinus de Melficta frater dicti quondam mag. Nicolai, qui fideiussit pro eo in eodem opere, et est heres ipsius et tenet bona sua. Dat. Lucerie die ultimo octubris.

209.

RA 1278 D n. 32 f. 320b. *Troia 1277 November 3.*

Iudici Angelo de Vincentio et notario Iohanni de Thomasio de Fogia. Quia in fortilicia castri nostri Lucerie Sarracenorum cisternam unam de novo fieri, puteum dudum ibi inceptum compleri et reparari domum, que est iuxta palacium, in quo hospitamur, in qua fiant camere 5 secundum formam et modum subscriptum, ac fieri manganella 4, fieri et compleri etiam appendiciam seu logiam pro ingeniis reponendis, item fieri de novo domos 24 pro hospiciis incolarum ac ingenias cohoperiri mantis, ne offendantur a pluviis, excellencia nostra providit, . . . vos expensores ipsorum operum usque ad nostrum beneplacitum duximus statuendos: quocirca . . . mandamus, quatinus . . . ad predictam fortiliciam vos personaliter conferentes huiusmodi opera de pecunia curie nostre[a]), quam vobis faciemus propterea oportunis temporibus exhiberi, cum expensis curie nostre faciatis[b]) fieri et compleri.

forma autem et modus, secundum quos in predictis cisterna puteo et cameris procedi volumus, sunt hii: videlicet. *[1]* predicta cisterna fieri debet inter murum novum et palacium. et debet esse longitudinis infra muros cannarum 24; item amplitudinis infra muros palmorum 16 et altitudinis cannarum 3. et murus ipsius cisterne ex parte Fogie debet esse coniuntus cum muro novo fortelicie ex parte Fogie. et murus ipsius cisterne tam in fundamento quam per totum debet esse amplitudinis palmorum 5. et cisterna ipsa debet fieri ad voltam. item debet fieri in medio ipsius cisterne murus unus, ita quod remaneant 12 canne de ipsa ex una parte ipsius muri et 12 ex altera parte. qui murus erit amplitudinis palmorum 6; et debet esse altus usque ad voltam. que volta debet esse coperta. *[2]* puteus vero predictus debet restringi usque ad palmos 20, computata spissitudine muri. qui murus debet esse circumcirca grossitudinis palmorum 5. et sic remanebit vacuus puteus ipse infra muros 10 palmis. et murus ipsius putei fiat ex parte aque de matuncellis cottis et ex parte terre impleatur de lapidibus calce et terra. *[3]* et predicta domus paretur. et fiant in ea camere 5

[a]) *Die Worte* de pecunia curie nostre *fehlen im Reg.* [b]) *fehlt Reg.*

superius et totidem inferius. et in qualibet camera fiat cimineda I et fenestra I. et in qualibet camera scala I ex parte exteriori.

et quia nolumus, vos in eodem servicio expensis propriis laborare, placet nobis, quod de pecunia curie nostre pro operibus ipsis, dum in servicio ipso eritis, retineatis vobis pro expensis vestris, quilibet vestrum videlicet tar. aur. I per diem .... Dat. Troye III. novembris VI. ind.

210.

RA 1276 B n. 26 f. 172b. *Casalbore 1277 November 4.*

Eidem iusticiario (Capitinate). ... precipimus, quatinus subscriptis fidelibus nostris tam credenceriis quam extalleriis subscriptorum operum curie nostre ... subscriptam pecunie quantitatem, singulis eorum videlicet prout inferius est distintum, ut in ipsis operibus procedatur, et specialiter pro attractu faciendo pro operibus ipsis ad presens debeas exhiberi: videlicet *[1]* iudici Benedicto de Manfridonia et Nicolao Trankedi de Fogia expensoribus credenceriis operis portus eiusdem terre Manfridonie pro scappandis lapidibus et faciendis spuntonibus et vaccettis necessariis pro opere ipso: unc. aur. 50. *[2]* iudici Angelo de Vincentio et notario Iohanni de Thomasio de Fogia expensoribus credenceriis operum putei cisterne fortelicie castri nostri Lucerie Sarracenorum, reparationis domus existentis iuxta palacium situm in eadem fortelicia, in quo hospitamur, et 5 camerarum, que fieri debent in eadem domo, et aliorum operum eiusdem fortelicie, quorum ipsi iudex Angelus et notarius Iohannes expensores sunt: unc. aur. 150. *[3]* necnon iudici Francisco de Menfia[a]) extallerio murorum palacii turrium et cortine castri nostri Melfie: unc. aur. 80. *[4]* mag. Petro de Angicurt ... extallerio turris, que fieri debet prope portum Manfridonie: unc. aur. 50. *[5]* et mag. Iordano de Monte s. Angeli extallerio murorum, qui circumcirca eandem terram Manfridonie fieri debent: unc. aur. 50. *[6]* et Iohanni de Tilio iuniori capitaneo eiusdem fortelicie ... pro fossato et forgia et aliis expensis de fortelicia ipsa sibi commissis: unc. aur. 120 ...; recipiens nichilominus a predictis extalleriis predicte turris et murorum Manfridonie et predicti operis castri Melfie de supradicta pecunie quantitate, quam eorum singulis dederis, quod in operibus ipsis procedent et procedi facient iuxta conventiones et pacta exinde habita inter curiam nostram et eos, sufficientes et ydoneos fideiussores .... et iniungas ex parte nostra predictis expensoribus credenceriis sub pena dupli, quod predictam pecuniam, quam eis dederis, in predictis operibus nostris totaliter et fideliter et non in alios usus exhibeant .... Dat. apud Casalalbulam IIII. novembris VI. ind.

[a]) *so Reg.*

211.

I. RA 1278 D n. 31 f. 113b. *Neapel 1277 November 10.*

Iohanni de Tilio iuniori. Quia fratre Ramundo de Avignone hospitalario et Symoni de Ligni vallecto ... preposito mineriis et argentariis Longibucci nostris damus litteris in mandatis[1]), ut totum plumbum perceptum ... de mineriis et argentariis ipsis ... iusticiario Vallis Gratis ... assignent, iniuncto ... iusticiario[2]) ..., ut plumbum ipsum ... ad te ad forterициam castri nostri Lucerie tamquam necessarium ... pro operibus eiusdem ... transmittat: ... mandamus, quatinus ... plumbum ... recipias et facias ... conservare .... Dat. Neapoli X. novembris VI. ind.

II. RA 1278 D. n. 32 f. 321a.

Symoni de Luigi vallicto ... et fratri Raymundo de Avigone prepositis argentariis et mineriis Longobucci. *Schreiben gemäß n. I.* Dat. Neapoli X. novembris VI. ind.

III. RA 1278 D n. 32 f. 342b.

Eidem (iusticiario Vallis Gratis et Terre Iordane) et receptori. *Schreiben gemäß n. I.* Dat. Neapoli die X. novembris.

212.

RA 1276 B n. 26 f. 173a. *Neapel 1277 November 11.*

Eidem iusticiario (Capitinate) [et ...][3]). Cum iudicem Angelum Vincentii et notarium Iohannem de Thomasio ... expensores operis putei et cisterne ac quorundam aliorum operum nostrorum, que in eadem fortelicia fieri mandavimus, duxerimus statuendos: ... mandamus ..., quatinus ad requisitionem eorum vos ambo, cum presentes estis, et alter vestrum, cum unum ex vobis abesse contingit, magistros fabricatores

[1]) *n. II.* [2]) *n. III.* [3]) *Ist der andere Adressat vielleicht der* Capitaneus Lucerie? *Vgl.* [illegible]

et magistros scientes facere matuncellos necnon manipulos et operarios necessarios cohertione debita compellatis ad laborandum in eisdem operibus sub competenti mercede, quam magistri et alii operarii in nostris operibus laborantes consueverunt recipere et habere, solvenda eis per expensores ipsos de pecunia curie nostre, quam eis propterea mandavimus exhiberi; talem in hoc sollicitudinem et diligentiam apponentes, quod opus huiusmodi iuxta votum nostrum debitum recipiat complementum et vos possitis exinde merito commendabiles apparere. Dat. Neapoli XI. novembris VI. ind.

213.

RA 1278 D n. 31 f. 114a. *Neapel 1277 November 12.*

I. Iudici Angelo de Vincencio et notario Iohanni de Thomasio de Fogia. Quia iusticiario Capitinate . . . per litteras nostras[1]) mandavimus, ut vobis pro puteo, cisterna, cameris faciendis in domo, que est in fortelicia castri nostri Lucerie iuxta palacium, in quo hospitamur, et pro aliis operibus eiusdem fortelicie, de quibus vos expensores esse providimus, unc. aur. 150 debeat exhibere: . . . precipimus, quatinus predictam quantitatem pecunie a predicto iusticiario requirere et recipere procuretis, et facto attractu in operibus ipsis diligenter procedere studeatis secundum designacionem et distincionem vobis inde subsequenter per nostram excellenciam faciendam . . .. Dat. Neapoli XII. novembris.

II. Iohanni de Tilio iuniori capitaneo fortelicie castri nostri Lucerie. . . . precipimus, quatinus in singulis solucionibus, quas iudex Angelus de Vincentio et notarius Iohannes de Thomasio de Fogia . . . fecerint pro puteo cisterna et cameris faciendis in domo, que est prope palacium, in quo hospitamur, et pro aliis operibus dicte fortillicie, de quibus ipsi expensores fuerint, magistris manipulis et personis aliis quibuscumque , pro quibuscumque serviciis et rebus pro ipsis operibus oportunis debeas personaliter interesse . . .. et si interdum ex aliqua iusta causa non poteris personaliter interesse, statuas in hoc loco tui aliquem ydoneum et fidelem, de quo tamquam de te ipso confidas, cum tibi exinde incumbamus. et si tu semper poteris personaliter interesse comode et sine dispendio aliorum servitiorum nostrorum, placet nobis, quod tu personaliter solutiones ipsas scias et videas et id alii non committas. subsequenter autem mittemus ad te modum designationis et distinctionis dictorum putei et cisterne, qualiter procedi debeat in eisdem, super quo, quam citius poteris, nos requiras, ut de designatione ipsius operis habeas a maiestate nostra responsum. Dat. Neapoli XII. novembris.

214.

RA 1278 D n. 31 f. 122b. *Neapel 1277 Dezember 17.*

Iohanni de Tilio iuniori capitaneo fortelicie castri Lucerie Sarracenorum. . . . precipimus, quatinus . . . nobis et magistris racionalibus magne curie nostre distinte per litteras tuas significes, si in opere putei et cisterne et in aliis operibus, que in eadem fortelicia de mandato nostro fiunt, bene sollicite et diligenter proceditur iuxta nostre beneplacitum voluntatis, vel si in operibus ipsis aut aliquo ipsorum aliquis defectus et qualis existat, et per quem vel quos huiusmodi defectus emerserit, ut defectis ipsis, si qui affuerint, mandemus celeri et oportuno remedio provideri. Dat. Neapoli XVII. decembris VI. ind.

215. *Neapel 1278 Januar 10.*

AP vol. V n. 338. (olim arc. F. maz. 40 n. 8). Orig. membr. RA 1276 B n. 26 f. 175a. — Auszug: SM I 145 n. 8. Schulz IV 54 n. 133.

Eidem (iusticiario Capitinate). . . . mandamus, quatinus Iohanni de Tillio iuniori capitaneo fortellicie castri Lucerie . . ., pro expensis operis fossati eiusdem fortellicie faciendi et complendis 24 domibus incolarum eiusdem fortellicie et deponendis ingeniis unc. aur. 100 . . . debeas exhibere . . .. Dat. Neapoli die X. ianuarii.

216. *Neapel 1278 Januar 10.*

RA 1278 D n. 31 f. 136a. FA n. 26 f. 180a, wo im Datum (irrig?) der 11. Januar genannt ist.

Argalisto de Baro magistro massariarum suarum in Capitinata. Exposuit nobis Iohannes de Tillio iunior . . ., quod, cum Thomasio de Tancredo de Fogia olim magistro massario Basilicate Terre Bari et in[a]) quibusdam locis Capitinate dederimus . . . in mandatis, ut eidem capitaneo annonam pro equitaturis 18 trahentibus taburrellos, cum quibus eicitur terra de fossato dicte fortellicie, . . . exhibere deberet, dictus Thomasius

[a]) *fehlt Reg.*

[1]) *n. 210 § 2.*

exhibuit eidem . . . salmas ordei 26 tantum, dicens, se maiorem quantitatem . . . non habere: . . . mandamus, quatinus . . . ordeum . . . in quantitate . . ., quam habere debet pro eisdem equitaturis, . . . et decetero . . . pro bubalis 8 et equitaturis 20, quas et quos ad trahendum tamburellos huiusmodi . . . mandavimus deputari, . . . exhibeas . . .. Dat. Neapoli die X. ianuarii.

217.

[Neapel 1278 Januar 11.]

Siehe n. 216.

218.

RA 1278 D n. 31 f. 135^{a}. *Neapel 1278 Januar 12.*

Custodibus defensarum Guardiole, Salvatoris et Palmule. Supplicaverunt excellencie nostre iudex Angelus de Vincencio et notarius Iohannes de Thomasio expensores putei, cisterne et quorundam aliorum operum, que in fortellicia castri nostri Lucerie fieri mandavimus, quod, cum oporteat eos, fieri facere calcarias pro coquendis matoncellis et facienda calce pro operibus supradictis et ipsas facere nequeant, nisi habeant ligna sicca minuta et frascas de ipsis defensis vestre custodie deputatis, prout ea consueverunt habere hactenus et alii, qui fuerunt pro tempore prepositi operibus, que fieri facimus in fortillicia supradicta: . . . (mandamus), quatinus expensores ipsos vel nuncios eorundem permittatis libere de ipsis defensis accipere et habere pro predictis calcariis faciendis ligna sicca minuta et frascas in quantitate neccessaria, in illis videlicet locis defensarum ipsarum, in quibus defense huiusmodi minus propterea offendantur; cauti tamen existentes, ne illi, qui mittentur per expensores eosdem ad huiusmodi ligna et frascas habenda, incidant aliqua ligna grossiora et ne maiorem quantitatem lignorum et frascarum accipiant, quam illam, que sit neccessaria pro calcariis faciendis, nec canes secum ducant, nec arcus deferant, nec ullo modo venentur in eis, nec etiam admittant aliquos secum, qui de lignis et frassis huiusmodi alibi deferant, quam ad loca, ubi huiusmodi calcarie fient, nec similiter arcus vel canes deferant, nec venentur in eis, nec etiam in ipsis modo quolibet lesionem inferant atque dampnum. Dat. Neapoli XII. ianuarii VI. ind.

219.

RA 1278 D n. 31 f. 135^{a}. *Neapel 1278 Januar 12.*

Iudici Angelo de Vincentio et notario Iohanni de Thomasio de Fogia expensoribus quorundam operum fortillicie castri nostri Lucerie. Significastis excellencie nostre, ut pro eo, quod terra putei nostri, quem per vos in predicta fortellicia fieri mandavimus, mobilis est, nisi puteus ipse cohoperiatur desuper, ne pluvia intret in eum, posset de levi aliqua pars ipsius putei hac occasione dirui, de quo curia nostra dampnum reciperet et magistri ac operarii laborantes in eo possent incurrere periculum personarum; quocirca . . . mandamus, quatinus puteum ipsum de consilio Iohannis de Tilio iunioris militis capitanei dicte fortillicie cohoperiri faciatis lignaminibus et palea ad minores expensas, quas poteritis, . . . ita quod ipse puteus defendatur a pluvia et magistri ac operarii possint tuto in eodem opere laborare . . .. Dat. Neapoli XII. ianuarii VI. ind.

220.

RA 1276 B n. 26 f. 170^{b}. *Belvedere 1278 Februar 1.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia significavit nobis Iohannes de Tilia capitaneus fortelicie castri nostri Lucerie . . ., quod pro expensis operum dicte fortellicie . . . pecuniam habere non potest et sic ob defectum pecunie in operibus ipsis procedi non potest: . . . mandamus, quatinus eidem capitaneo . . . unc. aur. 200 . . . debeas exhibere . . .. Dat. apud Bellumvidere die I. februarii.

221.

RA 1278 D n. 31 f. 139^{a}. *Belvedere 1278 Februar 1.*

Iohanni de Tillia iuniori. [1] Quia significasti nuper nobis . . ., quod puteus fortellicie castri Lucerie repletus est: . . . precipimus, quatinus expensoribus operis dicti putei . . . precipias, quod in opere ipsius putei non procedant usque ad aliud celsitudinis nostre mandatum, et quod in opere cisterne dicte fortellicie procedere debeant. [2] et quia significasti per easdem litteras tuas, te pro expensis operum dicte fortellicie . . . pecuniam non habere: ecce iusticiario Capitinate . . . iniungimus[1], ut tibi unc. aur. 200 . . . debeat exhibere . . .. Dat. ut supra (apud Bellumvidere die I. februarii).

[1]) *n. 220.*

222.

RA 1276 B n. 26 f. 177b. *Belvedere 1278 Februar 16.*

Iusticiario Capitinate. Quia nostra excellentia intellexit, quod castrum vetus Lucerie Sarracenorum in multis indiget reparari, et nolumus, ut officiales curie nostre requirant ab aliquo ultra consueta iura et debita[a]) ab antiquo, et quod fideles nostri de terris et locis iurisdictionis tue subscriptis, que castrum ipsum reparare tenentur, ultra debitum propterea sint gravati[b]), set sic comuni forma et equali stilo in eodem negotio procedatur, ut ipsi fideles nostri gaudeant iure eorum nulla constructione de novo facienda per eos, et nostra curia similiter non ledatur: . . . mandamus, quatinus requiras universitates terrarum et locorum baronum et nostri demanii, que tenentur ad reparationem ipsius castri, ut unum eorum ordinent pro parte omnium sive mittant syndicum, si magis voluerint, quem volumus interesse extimationi operis dicti castri, quod reparare tenentur, et super expensis exinde faciendis cum aliis infrascriptis et convocatis 4 probis viris eligendis de terris ipsis potius famosis, quas negotium ipsum tangit, presente etiam provisore castrorum nostrorum ipsarum parcium, insimul accedentibus ad castrum, ipsum inspici facias per eosdem et tu etiam cum provisore et aliis supradictis personaliter et occulata fide inspicias cum eisdem, in quibus partibus castrum ipsum indiget reparari, et que neccessaria sunt in reparatione ipsius, et pro quanta pecunie quantitate fieri valeat eadem reparatio singulis oportunis. et recepto sacramento ipsorum de fideliter extimando factaque sollempni fideli et diligenti extimatione per vos omnes cum 2 magistris carpenteriis et aliis 2 magistris fabricatoribus, quos ad hoc volumus interesse, et compilata summa pecunie, ad quam ascendit reparatio dicti castri, in continenti summam ipsius pecunie inter easdem terras et loca, que tenentur reparacioni predicte, secundum ratam presentis generalis subventionis, sicut accidit per unciam, particulariter distribui facias et recolligi per collectores eligendos ad hoc per terras et loca prefata, compulsurus universitates ipsarum terrarum et locorum ad solvendam eandem pecuniam, non simul et semel totum, set per temporum intervalla, sicut opus ipsius castri indigebit pecunia successive; quod similiter facias extimari, ut ipsi fideles nostri ante tempus reparationis ipsius inutiliter non exolvant et nichilominus reparatio dicti castri celeriter compleatur. quam pecuniam recolletam mandes et facias assignari 2 hominibus, uni eligendo per universitates terrarum et locorum baronum, que ad hoc tenentur, si voluerint, et alii eligendo per universitates terrarum et locorum demanii nostri magis famosarum, similiter que ad hoc tenentur, diciori et sufficientiori, ut eadem pecunia successive per ipsos homines expendatur in reparatione ipsa, sicut habebitur successive. si vero universitates predicte terrarum baronum noluerint vel negligentes extiterint ad eligendum celeriter vel mittendum expensorem predictum, quia nolumus opus ipsius castri propterea retardari, tu expensorem ipsum eligi facias per universitatem terre magis famose nostri demanii, que ad hoc tenetur, sicut superius est expressum; illa forma in huiusmodi taxatione servata, quam in generalibus collectis mandavimus observari; facturus fieri de reparatione et extimatione ipsius castri 5 publica consimilia instrumenta, continentia quantitatem pecunie extimationis et reparationis predicte et loca, que indigent reparari, nomina extimatorum et etiam expensorum; quorum uno penes te retento, aliud provisori, tercium expensoribus assignes, quartum camere nostre et quintum magistris rationalibus magne nostre curie destinare procures. nichilominus volumus, quod ad celerem recollectionem ipsius pecunie intendi facias, prout fuerit oportunum, ita quod ob defectum pecunie dicti castri reparatio nullatenus retardetur. predictum vero castrum vetus Lucerie reparari debet per Christianos et Sarracenos ipsius terre Lucerie. Dat. aput Bellumvidere mense februarii die XVI. eiusdem, VI. ind.

[a]) debito. [b]) gravate.

223.

Belvedere 1278 Februar 19.

I. RA 1268 A n. 1 f. 103a bis 104b. RA 1276 B n. 26 f. 178a bis 179a. — Auszug.: G. Steffens, Der Troveor Perrin von Angicourt. Halle 1902. S. 51 ff.

Iusticiario Capitinate. Dudum Guilielmo de Setais tuo in officio precessori per alias litteras nostras scripsisse recolimus in hec verba: *(es folgt n. 194 I; darin inseriert n. 189 I; darin inseriert n. 181 I, sub dat.: Juni 4).* cum igitur predicti mag. Angelus de Canusio, mag. Sergius et mag. Angelus de Barulo nuper ad nostram presenciam venientes convenerint cum curia nostra, totum predictum opus ipsius taluti fieri et compleri facere usque ad terminum supradictum cum pactis et convencionibus supradictis, cum quibus primo eisdem mag. Petro et mag. Riccardo de Fogia et postmodum predicto mag. Petro totum opus ipsum per excellentiam nostram concessum extitit, . . . ad racionem videlicet de unc. aur. 1 et tar. 13 per cannam, et nos . . . opus ipsum eisdem . . . ad predictam racionem . . . duxerimus ad extalium concedendum: . . . precipimus, quatinus, receptis ab eisdem mag. Angelo de Canusio, mag. Sergio et mag. Angelo de Barulo

sufficientibus et ydoneis fideiussoribus approbandis per ydoneos approbatores . . . eisdem mag. Angelo de Canusio, mag. Sergio et mag. Angelo de Barulo novis extalleriis successive, sicut in eodem opere procedetur, pecuniam necessariam usque ad quantitatem eis debitam pro extalio ipso ad predictam racionem . . . pro expensis eiusdem taluti . . . debeas exhibere . . .. volumus tamen, quod dictum opus sic ad extalium eisdem . . . concessum in Fogia Troia et aliis terris famosis iurisditionis tue vicinis facias voce preconia subastari . . .. nolumus tamen, quod auctoritate presentium predictus mag. Petrus de Angicur sit ab ipso extalio absolutus, quousque idoneam et sufficientem fideiussoriam cautionem in forma predicta non receperis ab ipsis novis extalleriis pro extalio supradicto. Dat. aput Bellumvidere 1278, mense februarii, XIX. eiusdem, VI. ind.

II. RA 1278 D n. 31 f. 153a bis 154a.

Iohanni de Tillio iuniori. Olim tibi per alias litteras nostras scripsisse recolimus in hac forma: *(es folgt das Schreiben an denselben n. 194 II; darin inseriert das Schreiben an denselben n. 180 II; darin inseriert das Schreiben an denselben n. 181 II (sub dat.: Juni 4); darin inseriert das Schreiben n. 181 I (sub dat.: Juni 4) an den Justiciarius Capitinate).* cum igitur predicti mag. Angelus de Canusio, Sergius et Angelus de Barulo *(usw. mutatis mutandis, wie in dem Schreiben an den Justiciarius Capitinate n. I bis* concedendum*)* . . . mandamus, quatinus in predicto opere *(usw. mutatis mutandis, wie in dem Schreiben an den Capitaneus Lucerie n. 180 II bis* differatur*).* et quia predicto iusticiario mandavimus, ut quantitatem operis *(usw. mutatis mutandis, wie in dem Schreiben an den Capitaneus Lucerie n. 194 II bis* interesse*).* nolumus tamen, quod dictus mag. Petrus de Angicurt . . . sit ab ipso extaleo absolutus, quousque dictus iusticiarius Capitinate ydoneam et sufficientem fideiussoriam cautionem in forma predicta non receperit ab ipsis novis extalleriis pro extalio supradicto. Dat. apud Bellumvidere die XVIIII. februarii II. ind.

224.

RA 1278 D n. 31 f. 152a. *Belvedere 1278 Februar 19.*

Riccardo militi et gayto Madio Sarracenis de Luceria. Licet olim mandaverimus vobis[1]), quod ad requisicionem mag. Petri de Angicurt . . . pro opere taluti maccie fortellicie castri nostri Lucerie . . . manipulos 200 die qualibet . . . de Sarracenis Lucerie exhibere deberetis, tamen quia . . . opus . . . mag. Philippo, et aliis . . . duximus concedendum: . . . mandamus, quatinus ad requisicionem dictorum magistrorum . . . 200 manipulos . . . exhibere curetis . . .. Dat. ut supra (apud Bellumvidere die XIX. februarii).

225.

RA 1278 D n. 31 f. 152b. *Belvedere 1278 Februar 19.*

Custodibus defensarum Guardiole, Bisscilliti et Palmule[2]). Supplicaverunt excellencie nostre mag. Angelus de Canusio, Sergius, Angelus de Barulo extallerii operis taluti fortellicie castri nostri Lucerie, quod, cum oporteat eos, fieri facere calcarias pro facienda calce pro opere ipso, et ipsas facere nequeant, nisi habeant ligna sicca minuta et frascas de ipsis defensis . . ., prout ea consueverunt habere hactenus alii, qui fuerunt pro tempore prepositi operibus, que fieri fecimus in fortellicia supradicta . . .: mandamus, quatinus extallerios ipsos . . . permittatis . . . habere . . . ligna sicca minuta et frascas . . .. Dat. ibidem (apud Bellumvidere) XIX. februarii.

226.

RA 1278 D n. 31 f. 152a. *Belvedere 1278 Februar 19.*

I. Forestariis et aliis presentes litteras etc. Licet mandaverimus vobis[3]) . . ., ut boves 120 deputandos per mag. Petrum de Angicurt . . . tunc extallerium operis taluti maççie fossati fortellicie castri nostri Lucerie ad deferendum lapides calcem arenam[a]) ac alia necessaria pro ipso opere pascua sumere in pertinenciis Lucerie, s. Iacobi existentis prope Luceriam, Salsule et Salsiburgi et s. Marie de Imburgano . . . permitteretis, tamen, quia . . . opus eiusdem taluti mag. Philippo, mag. Sergio et mag. Sabino de Barulo et mag. Angelo de Canusio . . . duximus concedendum: . . . mandamus, quatinus predictos boves . . . pascua sumere . . . permittatis . . .. Dat. ibidem (apud Bellumvidere) XIX eiusdem (Februarii).

[a]) avena.

[1]) *n. 105.* [2]) *Vgl. n. 218.* [3]) *Am 20. Juli 1277, als das* opus taluti *dem* mag. Petrus de Angicurt *übertragen wurde. Vgl. n. 194. Das betreffende Mandat ist verloren, es wird dem Schreiben n. 183 II ähnlich gewesen sein.*

II. Secretis, vicesecretis, baiulis, dohaneris et passageriis per Capitinatam constitutis[1]). Cum pro opere taluti macçie fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum, quod mag. Philippus, Sergius, Sabinus de Barulo et Angelus de Canusio . . . ad extalium . . . receperunt, boves 50, asinos 10 et iumenta vel ronçinos 10 ad trahendum currus et carroççias, cum quibus deferantur lapides calx et arena et alia neccessaria pro opere ipso, neccessaria reputentur: . . . mandamus, quatinus extallerios ipsos . . . boves, asinos et ronçinos ipsos vel iumenta in partibus Capitinate emere et ad predictum opus ducere libere a districtu quolibet . . . permittatis . . .. Dat. apud Bellumvidere die XIX. februarii.

227. *Belvedere 1278 Februar 22.*

AP vol. V n. 346 (olim arc. F maz. 14 n. 13). Orig. membr. RA 1268 A n. 1 f. 104^{b} bis 105^{a}. RA 1276 B n. 26 f. 179^{a}. — Auszug: SM I 148 n. 6; Schulz IV 58 n. 141.

Iusticiario Capitinate. *[1]* Cum Iohanni de Tilio iuniori capitaneo fortellicie castri nostri Lucerie . . . ordeum pro annona 18 equitaturarum et bubalorum 8 trahencium tamburrellos, cum quibus eicitur terra de fossato dicte fortellicie per Guilielmum de Setais, olim iusticiarium Capitinate[2]), et Thomasium de Tancredo, olim magistrum massarium Basilicate et Terre Bari et in quibusdam locis Capitinate[3]), et subsequenter per Agralistum de Baro[4]), nunc magistrum massariarum Capitinate, ad racionem de tercia parte thumini pro qualibet equitatura et de quarta parte thumini pro quolibet bubalorum ipsorum per noctem, ab VIII. iunii V. ind. nuper preterite mandaverimus exhiberi et idem capitaneus nobis exposuerit ad presens, quod de ordeo huiusmodi sibi debito pro annona . . . recepit tantum a dicto Thomasio de Tancredo . . . salmas ordei XXII, et tam ab ipso quam a predicto Guilielmo de Setays . . . et a predicto Agralisto . . ., asserente, ordeum in massariis procuracionis sue non esse, nullam aliam vel maiorem quantitatem ordei se propterea recepisse: . . . mandamus, quatinus . . . reliquam quantitatem ordei . . ., quam . . . dictum capitaneum tibi non constiterit recepisse, eidem capitaneo . . . exhibeas . . .. *[2]* preterea, quia eidem capitaneo per litteras nostras mandavimus[5]), ut recipiat computum ab illis, qui debuerunt facere mattuncellos pro operibus dicte fortellicie tempore Goffredi de Bosco Guilielmi olim capitanei eiusdem fortellicie, et quod recipiat similiter ab eis omnes mattuncellos, quos de predicto tempore dare tenentur . . .: precipimus, quatinus . . . illos . . . ad faciendum computum eidem capitaneo et ad exhibendum sibi . . . omnes mattuncellos . . . compellas. Dat. apud Bellumvidere 1278, die XXII. februarii, II. ind.

228. *bei Capua 1278 Februar 24.*

RA 1268 A n. 1 f. 105^{a}. RA 1278 D n. 31 f. 159^{a}.

Iohanni de Tilio iuniori capitaneo fortellicie Lucerie Sarracenorum. *[1]* Quia loco mag. Bernardi hucusque deputati tecum ad videndum et sciendum omnes expensas, que fiunt per manus tuas pro illis operibus . . . Lucerie, pro quibus expensas per te fieri providimus, notarium Nicholaum de Troya . . . duxerimus statuendum: . . . mandamus, quatinus omnes expensas neccessarias pro operibus ipsis facias . . . sciente et vidente ac presente tecum dicto notario . . .. *[2]* et quia presens in curia exposuisti nobis, quod quedam de domibus incolarum ipsius fortellicie indigent reparari: mandavimus tibi, quod domus ipsos manuteneas et ipsas, ne corruant, neccessario facias tantum fulcimento fulciri. *[3]* . . . mandamus, ut illi, qui debuerunt facere matuncellos . . . tempore condam Goffridi de Bosco Guilielmi . . ., coram te debeant computare et quod satisfaciant tibi de omnibus matuncellis, quos . . . exhibere tenentur; a quibus computum ipsum et matuncellos omnes . . . instanter exigas et recipias, quos . . . per iusticiarium Capitinate compelli mandavimus[6]) . . .. *[4]* et quia nolimus, dictum notarium Nicholaum in dictis serviciis expensis propriis laborare: . . . precipimus, quatinus eidem . . . die quolibet . . . tar. aur. 1 . . . debeas exhibere . . .. Dat. apud turrim s. Erasmi prope Capuam 1278, die XXIIII. februarii, II. ind.

229. *Capua 1278 Februar 24.*

RA 1278 D n. 31 f. 17^{b}.

Eidem (iusticiario Terre Bari). . . . precipimus, quatinus . . . capias . . . fideiussores illorum, qui debuerunt facere tabulamentum, quod[a]) factum et completum non est, et eos . . . mittas . . . ad . . . capitaneum ipsius fortellicie, ut . . . tabulamentum ipsum . . . fieri faciant. nichilominus capias omnia bona . . . eorundem . . ., detinenda tam diu, donec predictum tabulamentum factum fuerit . . .. Dat. Capue die XXIIII. februarii.

[a]) ipsum.

[1]) *Vgl. n. 191 III.* [2]) *n. 198 und 204 I.* [3]) *n. 204 II.* [4]) *n. 216.* [5]) *Dies geschah erst zwei Tage später. Vgl. n. 228 § 3.* [6]) *n. 227 § 2.*

230.

RA 1278 D n. 31 f. 159a. *bei Capua 1278 Februar 25.*

Mag. Petro de Angicurt. */1/* . . . mandamus, quatinus . . . apud Luceriam Sarracenorum te personaliter conferas et simul cum Iohanne de Tillio capitaneo fortellicie castri nostri Lucerie, mag. Riccardo de Fogia et aliis de fidelibus nostris ad hoc peritis diligenter provideatis et consideretis, qualiter murus cisterne dicte fortellicie assumi debeat — videlicet si debet assumi iuxta murum dicte fortellicie coniunctim vel disiunctim ab eo et quantum disiunctim ab eo —, ita quod murus cortine non offendatur per fabricam ipsius muri cisterne vel per cavam, que debet fieri pro fundamento ipsius muri; attento diligenter per te et eosdem capitaneum, mag. Riccardum et alios fideles viros ad hoc peritos, si est rocca vel crosta vel alias bene fortis terra aut mobilis, super qua murus cortine fundatus est, ita quod ex cava fundamenti muri cisterne non possit modo aliquo dubitari de muro cortine. et diligentissime omnibus circumstanciis per te et ipsos subtiliter attentis et provisis, que super huiusmodi attendenda et providenda sunt, ita quod in nullo murum cortine ipsius contingat offendi, una cum predictis capitaneo, mag. Riccardo et aliis fidelibus viris ad hoc peritis, cavari facias fundamentum muri ipsius cisterne, ubi tu una cum eis provideris salubriter esse cavandum, attentis omnibus cirumstanciis supradictis. */2/* et quia videtur nobis, quod murus ipsius cisterne fiat de canna in cannam, sicut foditur cisterna ipsa, et predictus mag. Riccardus in nostri presencia [illegible] dicit, quod sibi non videtur bonum et conveniens, pro eo quod, si fieret murus ipse in parte [illegible] et in parte recens, fortis et tutus non esset: . . . precipimus, quod*) illam super hoc provisionem et consideracionem simul cum predictis capitaneo, mag. Riccardo ac aliis fidelibus viris in hoc expertis habere debeas, quod in faciendo muro ipso, sicut melius et tucius fuerit, ita quod fortis sit et studiose factus et [illegible] intervenire non possit, sine defectu quolibet salubriter procedatur. */3/* provideas etiam [illegible] in quibus locis possint fieri melius conductus, per quos aqua possit derivari de domibus [illegible] ad cisternam ipsam, ita quod conductus ipsi sint cohoperti, quod non offendantur a curribus et equis, et pro quanta pecunie quantitate conductus ipsi fieri poterunt. et provisionem, quam super predictis omnibus habendam duxeritis, tam tu quam iidem capitaneus et mag. Riccardus et alii fideles nostri ad hoc experti . . . [illegible]nenti celsitudini nostre intimare curetis. */4/* volumus etiam, quod una cum ipsis diligenter provideas et consideres, ne ingenia, que forte fierent extra fortelliciam ipsam, possent offendere cisternam eandem et homines aurientes et euntes ad auriendam aquam ex cisterna ipsa; et illud remedium, quod super hoc adhiberi potest, adhibeas simul cum eisdem capitaneo, mag. Riccardo et aliis viris fidelibus in hoc peritis, et nichilominus id statim celsitudini nostre significare curetis. */5/* preterea quia de beneplacito nostro provisum et ordinatum extitit, quod in palatio, quod de novo fieri mandavimus in castro nostro Melfie, fieri debeant porte 2, una videlicet ipsarum in camera nostra et alia in camera regine Sicilie carissime consortis nostre, et quod in qualibet camerarum ipsarum fiat privata una, que porte et private fieri debent secundum provisionem et ordinacionem tuam: . . . mandamus, quatinus ad predictum castrum Melfie te similiter personaliter conferas et provideas ac designes predicto mag. Riccardo de Fogia [illegible] et iudici Francisco de Melfia extallerio ipsius operis, qualiter in predictis portis et privatis faciendis fuerit procedendum. **Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die XXV. februarii.**

*) *Im Reg. folgt nach* quod: si, *was den Sinn stört.*

231.

RA 1276 B n. 26 f. 179b. *bei Capua 1278 Februar 27.*

I. Eidem (iusticiario Capitinate). . . . mandamus, quatinus mag. Salonum, mag. Fra[illegible] de Monte clericum de s. Laurentio habitatorem Fogie, Iohannem Guerre de Alberona, [illegible] de Principe, Nicolaum de Principe et Angelum de Salpis, qui simul cum quibusdam de Terra Bari opus [illegible] fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum ad extaleum cum certis pactis et conventionibus [illegible] fieri et compleri facere cum nostra curia convenerunt, quousque in servicio ipso de mandato et beneplacito nostro fuerint, in terris iurisdictionis tue, in quibus domicilium eorum habent, immunes a generalibus subventionibus et exactionibus aliis serves et per homines ipsarum terrarum servari facias . . . Dat. apud turrim Capue die penultimo februarii.

II. Similes facte sunt iusticiario Terre Bari pro mag. Sergio, mag. Sabino de Madio, mag. Bartholomeo de Madio, mag. Angelo de Canusio, mag. Philippo, mag. Angelo de Barolo, mag. Luca de [illegible], Cervasio, [illegible] Sabario, Laurentio de Rubo, mag. Iacobo Luca de Mundella, Petro Danaro, Flamingo, [illegible], Goffrido, [illegible] et Cervasio de eadem terra Baroli, qui similiter etc. ut supra verbis mutatis competenter. Dat. etc. ut supra.

232.

RA 1268 A n. 1 f. 106a. *bei Capua 1278 März 4.*

Guidoni de Alamania militi iusticiario Capitinate. Quia supplicavit nobis mag. Petrus de Angicurt prothomagister et provisor operum curie nostre familiaris et fidelis noster, ut sibi de gagiis suis pro tempore, quo in serviciis nostris fuerit visitando et requirendo illa opera curie nostre, que ipse ad extalium vel ad credenciam facere non habet, providere de benignitate regia dignaremur, nos ipsius supplicacionibus iustis utpote annuentes, quia eidem mag. Petro mandavimus, ut requirat et viscitet opera curie nostre, que de mandato nostro fiunt in castro Brundusii, turri videlicet Lucaballu, terra[a]) Ville Nove, castro nostro Bari, terra Mauli, castro nostro Baroli, fortellicia Lucerie et castro Meltie et diligenter provideat et procuret, quod in operibus ipsis bene et sollicite iuxta nostrum beneplacitum procedatur: . . . mandamus, quatinus, quociensrumque ipse iverit de mandato nostro ad requirendum et visitandum opera ipsa, eidem mag. Petro pro diebus illis, quibus continue moram traxerit in servicio ipso in eundo morando et redeundo, de quo tibi sufficienter constiterit, ut exinde tui raciocinii tempore curie nostre facias plenam fidem, de pecunia proventuum officii tui vel de quacumque alia fiscali pecunia curie nostre, que est vel erit per manus tuas, preter quam de pecunia generalis subvencionis presentis in iurisdictione tua imposita, de qua exhiberi nolumus gagia sibi per curiam nostram statuta, ad racionem de tar. aur. 3 per diem ponderis generalis, si constiterit tibi, quod expensas ipsas ad predictam racionem olim de mandato nostro receperit, debeas exhibere; recepturus de hiis, que dederis, ad tui cautelam ydoneam apodixam; attentius[b]) provisurus, quod pro tempore, quo in Manfridonia fuerit, quia turrim, que fit in portu eiusdem terre de mandato nostro ad extalium pro parte curie nostre fieri facit, nichil sibi de expensis huiusmodi debeas exhibere. Dat. aput turrim s. Herasmi prope Capuam 1278, mense marcii, IIII. eiusdem, VI. ind.

[a]) terre. [b]) attenturus.

233.

bei Capua 1278 März 7.

RA 1268 A n. 1 f. 107a. RA 1278 D n. 31 f. 167a. — Auszug: Schulz IV 59 n. 146.

Iohanni de Tilio iuniori capitaneo fortellicie castri nostri Lucerie. Quia presens in curia nostra exposuisti, quod 11 domus de domibus incolarum eiusdem fortellicie ex maximo ventorum impulsu corruerunt et devastate sunt: placet nobis et volumus, ut ipsas domus taliter dirrutas et devastatas reparari et refici facias, sicut fuerit oportunum, ut pro hospicio incolarum ipsorum utiles habeantur; ita tamen, quod[a]) in expensis omnibus, que fient pro reparandis eisdem, sit presens notarius Nicholaus de Troya, et fiant cum plena consciencia sua et noticia. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam 1278, die VII. martii, VI. ind.

[a]) *fehlt Reg.*

234.

RA 1276 B n. 26 f. 180b. *bei Capua 1278 März 7.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia expedit, quod de expensis, que fiunt per Iohannem de Tillio iuniorem capitaneum . . . Lucerie pro operibus eiusdem fortellicie . . ., fiant apodixe iuxta traditam . . . formam: . . . mandamus, quatinus iudici et notario puplico Fogie . . . precipias . . ., ut singulis 15 diebus conferant se apud Luceriam et . . . videant soluciones, quas ipse capitaneus fecerit, . . . et exinde . . . faciant apodixam. ipse enim capitaneus debet cuilibet ipsorum . . . qualibet vice . . . tar. aur. 1 . . . . Dat. ibidem (aput turrim s. Herasmi prope Capuam) VII. marcii.

235.

RA 1278 D n. 32 f. 191b. *bei Capua 1278 April 5.*

Expensoribus operis cisterne fortillicie castri Lucerie. Scripsimus pridem . . . mag. Petro de Angicuria familiari et fideli nostro *(es folgt der Inhalt des Schreibens n. 230).* quocirca mandamus, quatinus in opere dicte cisterne iuxta provisionem et consideracionem, quam in predictis omnibus faciet predictus mag. Petrus, simul cum predicto capitaneo, mag. Riccardo et aliis viris fidelibus ad hoc peritis, cum omni diligencia et sollicitudine procedere studeatis, ita quod opus ipsum, iuxta votum nostrum studiose et celeriter compleatur; scituri, quod, si occasione negligentie vel incurie vestre in opere ipso aliquis defectus emerserit vel ultra votum nostrum contigerit idem opus aliquatenus retardari, taliter contra vos merito procedemus, quod ex terrore pene sentietis, quanta sit sollicitudo et diligencia in nostris operibus adhibenda. Dat. aput turrim s. Herasmi prope Capuam V. aprelis VI. ind.

236.

RA 1276 B n. 26 f. 183b. *bei Capua 1278 April 5.*

Iusticiario Capitinate. Significaverunt excellencie nostre iudex Angelus de Vincentio et notarius Iohannes de Thomasio de Fogia . . . expensores quorundam operum fortillicie castri nostri Lucerie Sarracenorum, quod, cum dudum scripserimus Guilielmo de Septays . . . tuo . . . precessori, ut eisdem expensoribus currus cum bubus necnon magistros et personas alias necessarias eisdem operibus exhibere deberet, et ipse Guilielmus . . . exhibuerit eis currus et magistros huiusmodi . . ., tu . . . exhibere denegas . . . mandamus, quatinus . . . currus cum bubus et hominibus necnon magistros huiusmodi et personas alias . . . ad huiusmodi opera ire compellas . . . et morari ibidem sub mercede curie . . .. Dat. apud turrim prope Capuam V. aprelis VI. ind.

237.

I. RA 1268 A n. 1 f. 110b. *bei Capua 1278 April 5.*

Iusticiario Capitenate. Quia significasti per litteras tuas, quod mag. Ricardus de Fogia opus talluti fossati fortellicie castri nostri Luccerie, quod mag. Sergius de Barolo et socii receperant a curia nostra ad racionem de unc. aur. 1 et tar. 13 per cannam, recepit a te pro parte curie nostre fieri et compleri faciendum ad racionem de unc. 1 et tar. 12 per cannam cum pactis et convencionibus, cum quibus commissum fuerat per excellenciam nostram predictis mag. Sergio et sociis: tibi duximus taliter respondendum, quod placet nobis et volumus, quod talutum ipsum fiat per eundem mag. Ricardum ad racionem predictam, cui pro opere ipsius taluti successive peccuniam oportunam . . . debeas exhibere . . .. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam, mense aprilis, V. eiusdem, VI. ind.

II. AP vol. V n. 361 (olim arc. D. maz. 45 n. 5). Orig. membr. RA 1276 B n. 26 f. 184a. Inseriert AP vol. V n. 370 (olim arc. B maz. 57 n. 9) (unten n. 241). — Auszug: SM I 154 n. 1. Schulz IV 61 n. 152.

(Wörtlich wie oben n. I. Dann folgt:) . . . et mandes eidem mag. Riccardo et instes apud eum, quod fundamentum ipsius taluti . . . bene fieri faciat, illius profunditatis grossitudinis amplitudinis et spissitudinis, sicut factum fuit aliud fundamentum taluti hactenus facti, et eo modo tam in faciendo ipso fundamento quam in faciendo dicto taluto procedas et procedi facias, quod nullus omnino defectus existat et occasione ipsius fundamenti vel quolibet alio defectu de taluto ipso non sit aliquatenus dubitandum et de eo processu temporis sinistrum aliquod intervenire aliquatenus non contingat . . .. volumus etiam et mandamus, ut concessionem ipsius taluti factam eidem mag. Riccardo . . . in Troya Fogia et aliis terris famosis . . . facias subastari . . .. Dat. apud turrim die V. aprilis.

III. RA 1278 D n. 32 f. 192b.

Mag. Petro de Angicuria. *[1]* . . . precipimus, quatinus . . . conferas te apud Luceriam et scias et videas, si fundamentum taluti fortellicie Lucerie . . . est illius profunditatis amplitudinis grossitudinis et spissitudinis, sicut fuit aliud fundamentum taluti facti usque modo, et sic . . . provideas, quod fundamentum ipsum diligenter . . . fiat . . ., ut occasione ipsius fundamenti de taluto ipso non sit aliquatenus dubitandum et de eo processu temporis sinistrum aliquod intervenire aliquatenus non contingat. *[2]* volumus preterea . . ., quod terra turris portus Manfridonie bene fodi debeat usque ad locum, ubi debet esse cisterna, [illegible] quod de terra ipsa nichil ibi remaneat. *[3]* et nolumus, quod fiat alius murus intra turrim ipsam, quam illi de turri [illegible] ipsa, quia satis fortes sunt . . . et bene possunt substinere cisternam, quia, si alius murus fieret intra turrim ipsam, cisterna ipsa restringeretur et non esset illius capacitatis aque, quante esse debetur. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam V. aprelis VI. ind.

IV. RA 1278 D n. 32 f. 193a.

Mag. Riccardo de Fogia. . . . mandamus, quatinus fundamentum taluti fossati fortellicie Lucerie . . . fieri facias illius profunditatis grossitudinis amplitudinis et spissitudinis, sicut factum fuit aliud fundamentum taluti hactenus facti . . .. et in opere ipsius taluti, quod . . . ad extalium recepisti ad rationem de unc. aur. 1 et tar. 12 per cannam, . . . continue procedas . . .. nos enim iusticiario Capitinate . . . iniungimus[1], ut tibi pro opere ipso pecuniam oportunam debeat exhibere. Dat. apud turrim die V. aprilis.

[1]) *n. I und II.*

238.

RA 1278 D n. 32 f. 191b. *bei Capua 1278 April 5.*

Riccardo Sarraceno militi. Significaverunt excellencie nostre expensores operis cisterne fortillicie castri nostri Lucerie, quod, cum ipsi solverint de pecunia curie nostre quibusdam magistris Sarracenis de Luceria certam pecunie quantitatem pro faciendis matoncellis coctis ad opus putei dicte fortillicie ipsique Sarraceni matoncellos ipsos non fecerint nec partem ipsorum nec etiam de cetero huiusmodi matoncelli necessarii reputentur, cum mandaverimus[1]) in opere ipsius putei usque ad aliud mandatum nostrum aliquatenus non procedi, iidem Sarraceni pecuniam ipsam denegant restituere ipsis expensoribus in curie nostre preiudicium et gravamen: quocirca . . . mandamus, quatinus . . . Sarracenos ipsos, qui huiusmodi pecuniam receperunt et non fecerunt nec dederunt matoncellos eosdem, ad restituendam eisdem expensoribus pecuniam ipsam totam et integram per bona eorum omnia et, si expedierit, per personas districte compellas . . .. mandamus preterea, quatinus manipulos Sarracenos eidem operi cisterne neccessarios compellas ad laborandum ibidem sub solita mercede curie, quam ipsi expensores eisdem manipulis de pecunia nostra persolvent . . .. Dat. apud turrim prope Capuam V. aprelis VI. ind.

239.

I, II und III. Siehe Castrum Melfie *unter diesem Datum.* *bei Capua 1278 April 8.*

240.

I und II. Siehe Castrum Melfie *unter diesem Datum.* *bei Capua 1278 April 9.*

241.

Corleto 1278 April 16.

Inseriert: AP vol. V n. 370 (olim arc. B maz. 57 n. 9) (unten n. 242). — Auszug: SM I 157 n. 10. Schulz IV 65 n. 166.

Guido de Alamania etc. Egidio de Aurilia etc. A sacra regia maiestate sacras recepimus litteras in hac forma: *(es folgt n. 237 II).* cumque ad exquucionem presentis mandati regii nos oporteat intendere reverenter, tibi[a]) ex regia parte, qua fungimur auctoritate, mandamus, quatinus . . . per terras subscriptas famosas iurisdictionis nostre facias puplice substari[2]), ut, concessione ipsius taluti facta predicto mag. Ricardo ad racionem de unc. aur. 1 et tar. 12, voluerint recipere ad estalium pro mignore pecunie quantitate, comparere[b]) debeant coram nobis, ut talutum cum pactis illis et convencionibus, cum quibus concessum est predicto mag. Ricardo, eis pro taluto ipso . . . debeamus concedere, ad quam racionem estalium ipsum eis pro parte curie concessimus . . .. nomina vero terrarum sunt hec: videlicet Manfridonia, Mons s. Angeli, Veste, Pesquicium et s. Iohannes Rotundus. Data Corneti XVI. aprelis VI. ind.

a) *Orig.* vobis. b) *Orig.* capere.

242.

Vieste 1278 April 28.

AP vol. V n. 370 (olim arc. B maz. 57 n. 9). Or. membr. Das aufgedrückte Siegel ist fast völlig zerstört. — Auszug: SM I 157 n. 10. Schulz IV 65 n. 166.

Die Iovis XXVIII. mensis aprelis, VI. ind. aput Vestas. Nos Guilielmus de Raynaldo ipsius terre iudex, Nicolaus de Franco eiusdem terre notarius et subscripti testes litterati de eadem terra . . . presentis scripti puplici serie declaramus, quod prudens vir Egidius de Aurilia de Cidiniola . . . ostendit nobis, quas puplice legi fecit, quasdam litteras sibi missas ab egregio viro domino Guidone de Alamania milite regio iusticiario Capitinate et honoris Montis s. Angeli ac Lucerie capitaneo, quarum[a]) per omnia continencia[b]) talis erat: *(es folgt n. 241; darin inseriert n. 237 II).* ad cuius exquucionem dictus commissarius cupiens intendere reverenter per totam predictam terram Vestarum voce preconia puplice substare[3]), ut, concessione predicti taluti facta predicto mag. Ricardo ad racionem de unc. aur. 1 et tar. aur. 12, voluerint recipere ad estalium pro mignore pecunie quantitate, comparere debeant coram domino iusticiario supradicto, ut ipsum talutum cum pactis et convencionibus illis, cum quibus concessum est predicto mag. Ricardo, ei pro taluto ipso . . . concedat[c]) dominus iusticiarius supradictus. unde ad futuram memoriam tam regie curie quam predicti domini iusticiarii et dicti commissarii cautelam presens puplicum instrumentum exinde

a) *fehlt Orig.* b) continencie. c) *Orig.* procedat.

1) *n. 221 § 1.* 2) *Statt* subhastari. 3) *Statt* subhastare.

factum est per manus mei predicti notarii Nicolai . . . signo meo solito, sigillo et subscripcione mei, qui supra, iudicis ac nostrum, qui interfuerunt, testium subscripcionibus roboratum.

+ Ego Guilielmus de Raynaldo, qui supra, iudex hoc testor.
+ Ego Iohannes de Morto testis sum.
+ Ego Iohannes de Grimaldo testis sum.
+ hoc signum crucis proprie manus Andree Stabilis.

243.

I. RA 1278 D n. 32 f. 249b bis 250a. *Melfi 1278 Juli 8.*

Iudici Angelo de Vincencio et notario Iohanni de Thomasio de Fogia expensoribus operis cisterne palacii et quorundam aliorum operum fortellicie castri Lucerie Sarracenorum. */1/* Cum beneplaciti nostri sit, quod muri cortine fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum a magna turri rotunda, que est ex parte Troye, usque ad castrum nostrum eiusdem fortellicie, quod custoditur per Iohannem de Caulx, erigantur et eleventur in altum, ultra quam nunc sunt, per cannas 2, et turres, que in cortina ipsa sunt, similiter erigantur et eleventur in altum, ultra quam nunc sunt, proporcionaliter secundum altitudinem cortine murorum ipsorum: . . . precipimus, quatinus . . . fieri faciatis matuncellos et calcem, ac invenire et paratas habere curetis saburras et alia pro eodem opere oportuna; facientes fieri incontinenti in flumaria Lucerie palearia 8, quorum quodlibet sit longitudinis cannarum 12 et amplitudinis cannarum 2½, in quibus reponantur et conserventur matuncelli recentes, quanto fiunt, ne devastentur a pluviis, quousque immittantur in fornacibus. */2/* et faciatis etiam fieri ibi de novo fornaces 9 ad coquendum in eis matuncellos ipsos, preter alias res, que ibi sunt, quas reparari faciatis, si reparatione egeant. */3/* et in opere ipsorum murorum et turrium procedatis et procedi etiam faciatis sine mora et defectu quolibet iuxta provisionem et designacionem mag. Petri de Angicurt prothomagistri operum curie nostre et mag. Riccardi de Fogia . . . vel alterius ipsorum, qui presens fuerit in opere ipso. */4/* faciatis etiam totaliter dirui turrim veterem, existentem ad presens in circuitu predictorum murorum, qui aliciores fieri debent; et faciatis fieri ibi aliam turrim ad modum et formam aliarum turrium ipsius fortellicie iuxta designationem et provisionem dictorum magistrorum vel alterius ipsorum, qui presens fuerit . */5/* . . . mandamus, ut in opere cisterne, que fit de mandato nostro in eadem fortellicia, procedatis secundum modum et formam subscriptam: videlicet quod fiat inter murum novum fortellicie et predictum castrum, quod custoditur per predictum Iohannem de Caulx; et debet esse cisterna ipsa longitudinis infra muros cannarum 24 et amplitudinis infra muros palmorum 16 et altitudinis cannarum 3; et murus ipsius cisterne ex parte Fogie debet esse coniunctus cum muro novo ipsius fortellicie, et debet incipi 4 palmis subtus murum ipsius fortellicie; et debet erigi et continuari cum ipso muro fortellicie, usque ad altitudinem 1 canne, grossitudinis palmorum 6; et abinde usque ad voltam ipsius cisterne erit grossitudinis palmorum 2; et alii muri ipsius cisterne circumcirca, tam in fundamento quam per totum, debent esse amplitudinis palmorum 6; et cisterna ipsa debet fieri ad voltam; et debet fieri in medio ipsius cisterne murus unus, qui debet esse crossitudinis palmorum 6, ita quod remaneant 12 canne de ipsa cisterna libere ex una parte ipsius muri et 12 canne ex altera parte; et debet esse altitudinis usque ad voltam; et volta ipsa debet esse cohoperta, sicut designabunt et providebunt ipsi magistri vel alter ipsorum, qui presens fuerit, facturi sigulas expensas, tam de mercede magistrorum et manipulorum, quam de omnibus aliis oportunis, de pecunia curie . . . pro ipsis operibus faciendis. */6/* super quibus omnibus sic diligenter et fideliter procedatis, quod . . . exinde curia nostra fraudari non possit vel modo quolibet circumscribi. */7/* et ecce quod ad presens vobis exhiberi precipimus[1]) per . . . iusticiarium Capitinate, tam pro operibus ipsis quam pro operibus aliorum operum, que fiunt per manus vestras, unc. aur. 200 . . . in operibus ipsis, sicut expediens fuerit, convertendas . . .. */8/* scribimus etiam subscriptis iusticiariis et aliis et eis mandamus, ut eligant et mittant ad vos usque ad terminos infrascriptos pro operibus ipsis infrascriptum numerum magistrorum ad faciendum mattuncellos, magistrorum fabricatorum, scappatorum, calcarariorum et curruum cum bubus et hominibus ducentibus eos, manipulorum et someriorum, prout de singulis inferius est distintum: videlicet iusticiario Aprucii[2]) de mittendis magistris muratoribus 40 et magistris matuncellorum 20 ad tardius per totum presentem mensem iulii; iusticiario Principatus[3]) de mittendis magistris muratoribus 20 et totidem mattuncellorum usque per totum XXII. eiusdem mensis iulii, iusticiario Basilicate[4]) de mittendis magistris mattuncellorum 20 usque per totum XV. predicti mensis iulii, et iusticiario Capitinate[5]) de mittendis et assignandis magistris mattuncellorum 20, magistris scappatoribus totidem, magistris calca-

[1]) *n. II.* [2]) *n. V.* [3]) *n. III.* [4]) *n. IV.* [5]) *n. II.*

rariis 2 pro calcariis faciendis et currubus 30 cum bubus et hominibus ducentibus eos usque per totum XV. predicti mensis iulii; et Riccardo militi et gayto Madio Sarracenis Lucerie[1]) de assignandis ad requisitionem vestram manipulis et someriis oportunis. *[9]* fieri etiam faciatis pro facienda et habenda calce pro predictis operibus calcarias oportunas. *[10]* fieri etiam faciatis in predicto muro, qui fiet in medio predicte cisterne, ex parte superiori fenestram unam, iuxta quod predicti magistri providerunt et designarunt, ut, cum cisterna ipsa plena fuerit aqua, ad aliud latus eiusdem cisterne aqua valeat derivari. Dat. Melfie VIII. iulii.

II. RA 1268 A n. 1 f. 113'a. RA 1276 B n. 26 f. 188b bis 189a.

Iusticiario Capitinate. *Schreiben gemäß n. I § 7 und 8.* Dat. Melfie, mense iulii, VIII. eiusdem, VI. ind.

III. RA 1276 B n. 26 f. 161b.

Eidem iusticiario (Principatus). *Schreiben gemäß n. I § 8.* Dat. Melfie VIII. iulii.

IV. Similes facte sunt iusticiario Basilicate . . .. Dat. ut supra.

V. Similes facte sunt iusticiario Aprucii . . .. Dat. ut supra.

VI. RA 1278 D n. 32 f. 249b.

Riccardo militi et gayto Madio Sarracenis de Luceria. *Schreiben gemäß n. I § 8.* Dat. Melfie VIII. iulii.

VII. RA 1278 D n. 32 f. 249b.

Mag. Petro de Angicurt familiari et magistro Riccardo de Fogia. . . . precipimus, quatinus vos ambo vel alter vestrum, qui presens fuerit, diligenter provideatis . . ., quod in predictis operibus . . . bene procedatur secundum provisionem . . . nostram . . .. predictam vero provisionem et ordinacionem vos presentes in nostra curia designastis. Dat. Melfie VIII. iulii.

244.

RA 1268 A n. 1 f. 113'b bis 114a. RA 1276 B n. 26 f. 189a. *Melfi 1278 Juli 8.*

Iustitiario Capitenate. *[1]* Cum beneplaciti nostri sit, quod in fossato fortellicie castri nostri Lucerie fiat pons pro introitu et exitu ipsius fortellicie, qui sit in parte levaticius et in parte non, cum pileriis murorum et cum via cohoperta ex parte ipsius fortellicie secundum provisionem et ordinacionem et designacionem nostram dudum inde habitam, quam mag. Petrus de Angicurt . . . habet in scriptis, et universa et singula, que necessaria sunt pro huiusmodi ponte et via cohoperta faciendis et complendis, diligenter . . . estimari velimus, Teodisco de Cuneo magistro balistariorum milite, Petro de Argentolio provisore castrorum Capitenate, si presentes fuerint, et aliis de fidelibus nostris terrarum vicinarum expertis et peritis circa fabricas murorum et opera lignaminum in estimacione ipsa presentibus, . . .: precipimus, quatinus . . . presentibus tecum omnibus supradictis . . . estimare curetis, pro quanta[a]) quantitate peccunie fieri et compleri poterunt omnia, que pro operibus ipsis fuerint oportuna. *[2]* et estimacione ipsa . . . facta, opera ipsa concedenda ad extalium per terras vicinas iurisdicionis tue facias . . . subastari, et, si apparuerint aliqui, qui huiusmodi pontem et viam cohopertam velint fieri et compleri facere ad extallium pro minori quantitate peccunie illa, pro qua estimabuntur posse fieri et compleri, concedas ad extallium opera ipsa omnia predicto mag. Ricardo de Fogia pro illa videlicet quantitate, pro qua in minori quantitate alii opera ipsa facere voluerint, vel si nulli appareant, qui ea velint recipere ad extallium, concedas ea nichilominus eidem mag. Ricardo pro illa quantitate, pro qua estimabuntur opera ipsa fieri et compleri posse . . .. *[3]* nichilominus significes . . . omnia, que pro operibus ipsius pontis et vie fuerint oportuna, et quantitatem peccunie, pro qua estimabuntur fieri posse, et pro qua quantitate peccunie concedentur ad extallium predicto mag. Riccardo, et totum processum tuum, quem habendum duxeris in premissis. *[4]* cui mag. Ricardo . . . exhibeas tam pro expensis taluti, quam pro expensis ipsius pontis et vie . . . ad presens unc. aur. 100 . . ., computandas ei in summa peccunie, quam tam pro extallio dicti talluti quam pro extallio ipsius pontis et vie est et erit a nostra curia recepturus . . .. *[5]* et quia predicti mag. Petrus et mag. Ricardus de supradicta ordinacione provisione et disignacione nostra habita dudum de predicto ponte et via cohoperta faciendis non recordabantur ad plenum et exinde in curia nostra plene certificari non poterant, ut potuisset huiusmodi ordinacio et provisio in presentibus litteris nostris distingui, et dixerunt, quod exinde certificari potuerint apud Luceriam, ubi ordinacio ipsa erat in scriptis: . . . precipimus, ut . . ., certificatus et informatus de ipsa provisione et ordinacione nostra plenarie

[a]) *fehlt im Reg.*

[1]) *n. VI.*

per eosdem, facta provisione et estimacione predicta ipsius pontis et vie, ipsam provisionem et ordinacionem nostram dudum inde habitam . . . nobis et predictis magistris racionalibus . . . intimare procures, ut eam faciamus per seriem in quaternis nostre curie annotari . . .. **Dat. Melfie die VIII. iulii VI. ind.**

245.

RA 1278 D n. 32 f. 250b. *Melfi 1278 Juli 10.*

Expensoribus operis cisterne et murorum palacii et aliorum operum fortellicie castri Lucerie. Quia . . . pro operibus dicte fortellicie . . . mandaverimus[1]) deputari . . . per iusticiarium Aprucii magistros fabricatores 40 et magistros mantuncellorum 20, per iusticiarium Principatus fabricatores 20 et magistros mattuncellorum totidem, per iusticiarium Basilicate magistros matuncellorum 20, per iusticiarium Capitinate magistros matuncellorum 20, magistros scappatores 20, magistros calcararios 2 et currus 30 cum bubus et hominibus ducentibus eos: . . . mandamus, quatinus sic procuretis . . ., quod omnes predicti magistri . . . efficaciter laborent et predicti currus faciant servicia neccessaria . . .. **Dat. Melfie die X. iulii.**

246.

RA 1268 A n. 1 f. 114b. RA 1276 B n. 26 f. 189b. *Melfi 1278 Juli 10.*

Guidoni de Alamania militi iusticiario Capitinate. Quia supplicavit nobis mag. Petrus de Angicurt *(usw. wie n. 232 bis:)* mandamus, quatinus, quociescumque ipse iverit de mandato nostro ad requirendum et visitandum opera ipsa, eidem mag. Petro pro diebus illis, quibus continue moram traxerit in servicio ipso in eundo morando et redeundo, de quo tibi constare volumus per sacramentum ipsius, de pecunia proventuum officii tui vel de quacumque alia fiscali pecunia curie nostre, que est vel erit per manus tuas, et in defectu alterius pecunie de pecunia presentis generalis subvencionis in iurisdictione tua imposita ad racionem de tar. aur. 3 per diem debeas . . . exhibere. nostre tamen curie reservamus, quod si processu temporis inveniatur inde aliud, quam quod idem mag. Petrus super hoc sacramento suo dixerit et firmaverit, ita quod contingat in hoc nostram curiam in aliquo circumscribi, idem mag. Petrus totum id, quod receperit contra formam presentis mandati nostri pro illo tempore, quo non fuerit ad visitandum et providendum huiusmodi opera, integre nostre curie restituere teneatur, preter penam aliam, quam pro mendacio et periurio, quod in hiis committeret, nostro arbitrio reservamus; significaturus nichilominus nobis et magistris racionalibus, curie nostre quantitatem pecunie, quam sibi pro predictis expensis solveris, et de qua pecunia, ac tempus, per quod fuerit in providendis et visitandis singulis predictorum operum, pro quo sibi expensas huiusmodi duxeris exolvendas. **Dat. Melfie, mense iulii, X. eiusdem, VI. ind.**

247.

Foggia 1278 Juli 12.

AP Vol. V n. 378 (olim. arc. I maz. 38 n. 10). — Auszug. SM I 160 n. 8. Schulz IV 66 n. 170.

. . . 1278, die martis XII. mensis iulii, VI. ind., aput Fogiam. Nos Nicolaus de Melfisio regius Fogie iudex, Iacobus Grassus . . . notarius et subscripti testes . . . fatemur, quod, dum . . . iusticiarius Capitinate et honoris Montis s. Angeli ac Lucerie capitaneus recepisset a sacra regia maiestate sacras litteras, in quibus erat capitulum, continencie infrascripte: „cui mag. Riccardo . . ."[2]), requisivit eundum mag. Riccardum de danda sibi . . . fideiussoriam caucionem, quia paratus se offerebat exhibere eidem predictas unc. aur. 100 . . .; qui predictus mag. Riccardus . . ., receptis ab eo predictis unc. aur. 100 . . ., prestitit infrascriptos . . . fideiussores approbatos per nos, in unc. aur. 50 ex eis videlicet Silurum de Infante, Symonem de Flera et Quiricum de Bussumerio de Fogia et pro reliquis . . . 50 unc. . . . iudicem Angelum Petri Iohannis Greci de Fogia et notarium Mattheum de Iuvenacio, ac eciam ipse pro se fideiussit, obligando propterea curie omnia bona sua . . .. unde ad futuram memoriam . . . presens scriptum publicum exinde factum est per manus mei predicti notarii Iacobi Grassi signo meo solito, subcriptcione et sigillo mei predicti iudicis et nostrum . . . testium . . . roboratum.

+ Nicolaus de Melfisio qui supra Fogie iudex.
+ Ego notarius Peregrinus de Grano testis sum.
+ Ego iudex Angelus de Petro testis sum.
+ Ego iudex Matheus de Iuvenacio testis.
+ Ego Iohannes de Helia testis sum.
+ Ego Mateus de Iohanne notarius testis sum.

[1]) *n. 243 I § 8 und n. 243 II bis V.* [2]) *n. 244 § 4.*

248.

I. RA 1276 B n. 26 f. 190a. *Lagopesole 1278 Juli 20.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Scire te volumus, quod magistro iurato Lanzani . . . per litteras nostras iniungimus[1]), quod ipse mandet incontinenti ex parte nostra subscriptis magistris fabricatoribus, videlicet mag. Symoni Tudisco, mag. Amalfitano, mag. Nicolao Russo et aliis magistris, qui fuerunt de comitiva ipsorum et laboraverunt in operibus fortellicie castri nostri Lucerie tempore, quo Goffridus de Bosco Guilielmi erat capitaneus in fortellicia ipsa, cuilibet ipsorum videlicet sub pena 10 unc. aur., quod statim . . . veniant aput Luceriam et presentent se coram te et Iohanne de Tilio capitaneo eiusdem fortellicie et expensoribus operis ipsius fortellicie. quocirca . . . precipimus, quatinus statim, quod magistri ipsi ad vos venerint, tractetis vos omnes cum eis de concedendo eis ad estalium opera pontis, qui fieri debet in introitu ipsius fortillicie, tam levaticii quam stabilis, pileriorum, scale et vie cohoperte iuxta provisionem nostram dudum inde habitam, quam te in scriptis recepisse scripsisti a mag. Petro de Angicurt, qui fuit inde per nostram excellentiam informatus, quam tu etiam nobis sub sigillo tuo misisti, sicut melius pro utilitate curie nostre infra quantitatem pecunie, pro qua opera ipsa extimata sunt posse fieri, tractare poteritis cum eisdem. huiusmodi tractatum, quem inde vos omnes cum eis habendum duxeritis, et quantitatem pecunie, pro qua opera ipsa locari poterunt ad extalium, ad quam racionem et cum quibus pactis et convencionibus, nobis statim distinte et particulariter per tuas litteras studeas intimare.

provisio autem nostra dudum super hoc habita, quam recepisti a predicto mag. Petro in scriptis et tu etiam nobis sub sigillo tuo misisti[2]), hec est: videlicet: *[1]* fiat pons pro introitu fortellicie castri Lucerie. *[2]* qui pons[a]) debet taliter ordinari, quod archeria turris, que est prope portam introitus ipsius fortellicie ex parte parve turris rotunde, respiciat per medium[b]) pontis. *[3]* qui pons ex parte Lucerie erit levaticius, ex parte dicte fortellicie similiter levaticius de lignaminibus; et in medio erit stabilis de lapidibus; ita quod dividatur in 3 partes proportionaliter. *[4]* item largitudo[c]) cuiuslibet ipsarum 3 partium erit palmorum 14. *[5]* et longitudo cuiuslibet partis levaticie erit palmorum 18; et longitudo partis stabilis erit palmarum 36; et sic erunt inter omnes per longitudinem canne 9. *[6]* item in parte pontis stabilis debet fieri parapectus cum mergulis et archeriis. *[7]* item fient 2 pilerii[d]) de lapidibus in opere pontis stabilis. *[8]* et super ipsis pileriis fient 3 arcus de tofis. *[9]* et quilibet arcus debet esse grossitudinis palmorum 2 de canna. *[10]* item fiet ex uno capite ipsius pontis ex parte Lucerie pilerium unum de lapidibus coniuntum doge fossati; et erit largitudinis palmorum 14 et grossitudinis palmorum 4 pro appodiando marramine pontis levaticii. *[11]* item fiet ex alio capite ipsius pontis ex parte introitus fortellicie simile pilerium, qui sit illius largitudinis et grossitudinis. *[12]* item fiet in ipso pilerio ex parte fortelicie via una coperta sive scala, per quam descendetur ad aquam fossati. *[13]* in medietate pilerii fiat porta una largitudinis palmorum 4 et altitudinis palmorum 6. *[14]* et ipsius largitudinis et altitudinis erit eadem via cohoperta. *[15]* et in ipsa via sive scala debet fieri in quolibet gradu archerium unum pro coperienda ipsa via.

et statim quod magistri ipsi representaverint se coram te, predicto capitaneo et expensoribus, significes per litteras tuas predicto magistro iurato Lanzani nomina et connomina ipsorum et diem, quo se representaverint, ut, si representaverint se in termino, quem eis per eum prefigi mandamus, ipsos occasione predicte pene non debeat molestare. Dat. aput Lacumpensilem XX. iulii.

[a]) ipsos. [b]) med. [c]) longitudo. [d]) pilei.

II. RA 1278 D n. 32 f. 253b.

Magistro iurato Lançani. *Befehl gemäß n. I.* Dat. ut supra (apud Lacumpensilem die XX. iulii).

249.

Siehe Castrum Melfie *unter diesem Datum.* *Lagopesole 1278 Juli 22.*

250.

RA 1276 B n. 26 f. 191a bis 192a. *Lagopesole 1278 Juli 30.*

Eidem iusticiario (Capitinate). . . . magistri rationales etc. receperunt die XX. mensis iulii VI. ind. aput Lacumpensem quaternos sigillatos sigillo tuo . . ..

. . . item per alium quaternum significasti solvisse et assignasse . . .: *[1]* item predicto capitaneo fortelicie castri Lucerie pro expensis operum dicte fortellicie . . . unc. aur. 300. *[2]* item mag. Riccardo de Fogia et-

[1]) *n. II.* [2]) *Auf Grund des Befehles n. 244 § 5.*

stallerio[a]) taluti Lucerie pro expensis operis dicti taluti . . . unc. aur. 200. [3] item iudici Angelo de Vincentio et notario Iohanni[b]) de Thomasio expensoribus operis cesterne et quorundam aliorum operum, que fiunt in dicta fortillicia castri Lucerie pro expensis ipsorum operum . . . unc. aur. 200. [4] item mag. Iordano de Monte s. Angeli estellerio operis murorum circuytus Manfridonie pro expensis operis dictorum murorum . . . unc. aur. 170. [5] item mag. Petro de Angicur pro opere turris Manfridonie . . . unc. 50. [6] item eidem mag. Petro pro opere cisterne, que de novo fit in predicta turri Manfridonie . . . unc. 100. [7] item Nicolao de Tranchedo de Fogia et iudici Benedicto de Manfridonia expensoribus operis portus Manfridonie pro expensis operis predicti . . . unc. aur. 180. . . . [8] item Gualterio de Universis preposito, magistris et aliis operariis, operantibus in opere murorum Manfridonie pro gagiis suis mensium 3 1/2, numeratorum ab ultima medietate mensis marcii usque per totum mensem iunii . . ., unc. 3 tar. 15. . . . [9] item predicto capitaneo fortilicie Lucerie pro annona 18 equitaturarum et 8 bubalorum curie trahencium tumbarellos, cum quibus heicitur terra de fossato eiusdem fortillicie, ab VIII. videlicet mensis iunii proximo preterite[c]) V. usque per totum mensem aprelis presentis VI. ind., ad racionem de tercia parte thumini pro qualibet equitaturarum ipsarum et quarta parte thumini pro quolibet eorundem bubalorum per noctem, deductis salmis ordei 26 et thuminis 4 . . . assignatis pridem tibi per Thomasium de Trancredo de Fogia tunc magistrum massariarum curie in Basilicata, Terra Bari et quibusdam locis Capitinate, . . . salmas 300 et thuminos 4. . . .

nos enim . . . magistris portulanis et procuratoribus Apulie et Aprucii nostris damus litteris in mandatis[1]), quod . . . faciant assignari iudici Benedicto de Manfridonia et Nicolao de Trancredo de Fogia expensoribus operis portus Manfridonie pro expensis ipsius operis et specialiter pro iactu faciendo in eodem portu presenti extate, unc. aur. 50, certificati per te, quod expensoribus ipsis pro eodem opere et specialiter pro iactu ipso faciendo necessariam pecuniam non dederis. et pridem per eosdem magistros portulanos tibi unc. aur. 80 exhiberi mandavimus, exibendas per te extellerio murorum Manfridonie, 30 ipsarum videlicet nomine mutui pro emendis curribus et bubus, et reliquas 50 pro extaleo murorum ipsorum . . ., eo quod dictus extallerius asseruit, te eidem[d]) pecuniam ipsam dare non posse, quia dicebas de pecunia curie non habere . . . . Dat. aput Lacumpensilem penultimo iulii.

a) *so Reg.* b) Iohanne. c) preteriti. d) eisdem.

251.

RA 1278 D n. 32 f. 267b. *Lagopesole 1278 August 8.*

Iohanni de Tilio. Quia intelleximus per iudicem Angelum et notarium Iohannem de Thomasio de Fogia expensores in opere cisterne et aliorem operum, que de mandato nostro fiunt in eadem fortellicia castri Lucerie, . . . quod quedam quantitas calcis residua est in calcaria, que facta fuit secus fossatum eiusdem fortellicie, que pro operibus eiusdem fortellicie . . . non est necessaria in presente, . . . mandamus, quatinus quantitatem ipsius calcis eisdem expensoribus convertendam per eos in opere cisterne et aliis operibus . . . debeas assignare . . .. Dat. apud Lacumpensulem VIII. augusti.

252.

RA 1278 D n. 32 f. 266a. *Lagopesole 1278 August 8.*

Custodibus defensarum Montis Corbini. . . . mandamus, quatinus ad requisicionem iudicis Angeli et notarii Iohannis de Thomasio de Fogia . . . ligna viridia et sicca necessaria pro faciendis fieri calcariis . . . et pro faciendis fieri palearus in flumaria eiusdem terre Lucerie pro conservandis maturellis [illegible] . . . et . . . abinde deferri ad predictam flumariam . . . permittatis. Dat. apud Lacumpensulem VIII. augusti.

253.

RA 1268 A n. 1 f. 110b. RA 1270 B n. 26 f. 193a. *Lagopesole 1278 August 10.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Significasti nobis . . ., quod auctoritate mandati Karoli primogeniti nostri . . . exolvisti iudici Angelo de Fogia expensori cisterne et quorundam[a]) aliorum operum, quorum expense fiunt per manus suas, pro expensis ipsius cisterne et predictorum aliorum operum sibi et notario Iohanni de Thomasio de Fogia in fortellicia castri nostri Lucerie commissorum . . . unc. aur. 100, premisso[b]) tibi per litteras ipsius principis, quod exhibicio ipsarum unc. aur. 100 tibi acceptaretur per nostras litteras

a) quorum. b) premisso.

1) *Schulz IV 66 n. 172 (= IV 67 n. 174).*

maiestatis: . . . dictas unc. aur. 100 . . . tenore presentium acceptamus et pecuniam ipsam tibi volumus in tuo raciocinio computari, dummodo de exhibicione ipsius pecunie constet per ydoneam apodixam iudicis Angeli supradicti. Dat. aput Lacumpensilem, mense augusti, X. eiusdem, VI. ind.

254.

Lagopesole 1278 August 11.

RA 1268 A n. 1 f. 155b. RA 1277 F n. 28 f. 24a. — Auszug: Schulz IV 89 n. 231 (unter falschem Jahre).

Iacobo Rufulo secreto Apulie. . . . mandamus, quatinus . . . iudici Angelo et notario Iohanni de Thomasio de Fogia expensoribus in opere cisterne et aliorum operum, que de mandato nostro fiunt in fortellicia castri Lucerie Saracenorum, . . . vel alteri eorum unc. aur. 100 in florenis auri . . ., convertendas per eos in expensis predictorum operum sibi per nostram curiam commissorum, debeas exhibere . . .. Dat. aput Lacumpensilem XI. augusti.

255.

I. RA 1278 D n. 32 f. 272a. *Lagopesole 1278 August 13.*

Iohanni de Tilio iuniori capitaneo fortelicie castri Lucerie Sarracenorum. *[1]* Quia presens in curia nostra exposuisti nobis, quod multociens accidit, quod magistri in operibus dicte fortelicie laborantes, de operibus ipsis aufugiunt et inlicenciati recedunt: . . . mandamus, quatinus magistros huiusmodi . . . capias de personis et . . . compeditos in eisdem operibus facias laborare, et dum laboraverint sic compediti, facias exhiberi eis tantum medietatem mercedis eorum, quam erunt iuxta ordinacionem nostre curie recepturi. *[2]* preterea . . . mandamus, ut diligenter videas, si magistri laborantes in eisdem operibus qualibet die continue et bene laborent, quilibet videlicet de arte sua, quod, si forte in laborando essent desides et negligentes et ad laborandum in hora tarda venirent et abinde recederent ante horam debitam, totum huiusmodi defectum in eorum mercede deduci facias, sicut de iure videris deducendum, ut et ipsi ad laborandum diligenciores existant et curia nostra exinde non fraudetur. *[3]* et ecce quod iusticiario Capitinate . . . iniungimus[1]), quod huiusmodi magistros fugitivos per te predicto modo capi et ad opera ipsa cum compedibus duci . . . permittat. Dat. apud Lacumpensulem XIII. augusti.

II. RA 1276 B n. 26 f. 193a.

Eidem (iusticiario Capitinate). *Befehl gemäß n. I § 3.* Dat. apud Lacumpensilem die XIII. augusti.

256.

RA 1278/79 H n. 33 f. 40a. *Lagopesole 1278 September 4.*

I. Eidem iusticiario (Terre Laboris). . . . precipimus, quatinus . . . mittas . . . magistros ad faciendum matuncellos . . . apud Luceriam Sarracenorum ad iudicem Angelum de Vincentio et notarium Iohannem de Thomasio de Fogia expensores operum murorum et quorundam aliorum operum, que fiunt in fortelicia castri eiusdem terre Lucerie . . ., ita quod ad tardius usque per totum XV. presentis mensis septembris se eisdem expensoribus . . . representent . . .. Dat. apud Lacumpensulem IIII. septembris VII. ind.

II. Similes facte sunt iusticiario Terre Bari pro mittendis 20 magistris etc. ut supra. Dat. ut supra.

257.

Lagopesole 1278 September 19.

RA 1278/79 H n. 33 f. 2a. Da f. 1 fehlt, so ist das Stück am Anfange verstümmelt.

I. (Iusticiario Aprucii). . . . et ecce, quod iudici Angelo de Vincencio et notario Iohanni de Fogia expensoribus ipsorum operum . . . iniungimus, ut, si tu predictos magistros ad opera ipsa usque ad predictum terminum non miseris, id nobis . . . scribant . . .. Dat. apud Lacumpensilem die XVIIII. septembris.

II. Similes facte sunt iusticiario Principatus de totidem magistris, ita quod XXIIII. presentis mensis septembris in ipsis operibus habeantur . . .. Dat. etc. ut supra.

III. Similes facte sunt iusticiario Basilicate de 20 magistris, qui scirent facere matuncellos etc., ita quod XXIII. presentis mensis etc . . .. Dat. ut supra.

[1]) *n. II.*

258.

RA 1278/79 H n. 33 f. 2a. — Auszug: Schulz IV 69 n. 182. *Lagopesole 1278 September 19.*

I. Iusticiario Aprucii. ... mandamus, quatinus ... mittas scappatores lapidum ... 15 ... apud Luceriam Sarracenorum ..., ita quod per totum XXVII. presentis mensis ... se presentent coram capitaneo ... Dat. ut supra (apud Lacumpensilem die XVIIII. septembris).

II. Similes facte sunt iusticiario Principatus de totidem scappatoribus etc., ita quod per totum XXV. presentis mensis ... etc. Dat. ut supra.

259.

RA 1278/79 H n. 33 f. 2a. — Auszug: Schulz IV 69 n. 183. *Lagopesole 1278 September 19.*

Item scriptum est iusticiario Capitinate in prescripta forma[1]) ... *[1]* de mittendis magistris pro faciendis matuncellis 20 et magistris scappatoribus, videlicet ita quod XXII. presentis mensis ... in operibus [illegible] habeantur .... *[2]* mandamus, quatinus ad requisicionem ... capitanei ipsius fortellicie exhibeas [illegible] magistros incisores lapidum, magistros fabricatores et manipulos et personas alias necessarias pro opere taluti eiusdem fortellicie, pontis et aliorum nostrorum operum eiusdem fortellicie, que fiebant per manus mag. Riccardi de Fogia .... Dat. ut supra (apud Lacumpensilem die XVIIII. septembris).

260.

Lagopesole 1278 September 19.

RA 1278/79 H n. 33 f. 106b. Inseriert: AP vol. V n. 398 (olim arc. I maz. 37 n. 10) (unten n. 265). — Auszug: SM I 166 n. 8. Schulz IV 69 n. 181.

Iusticiario Capitinate. Cum, sicut intelleximus, in operibus taluti, pontis et pileriorum, que fiebant per mag. Riccardum de Fogia tepide, immo quasi in nichilo, ob ipsius magistri ... desidiam est processum ...: precipimus, quatinus ... capias ... omnia bona ... ipsius magistri .... et predictum eciam mag. Riccardum per Iohannem de Tilio iuniorem capi mandavimus et in dictis operibus in ferreis vinculis laborare ... et bona ipsa facias bene conservare .... Dat. aput Lacumpensilem 1278, mense septembris, XIX.[2]) eiusdem, VII. ind.

261.

RA 1277 F n. 28 f. 167a. *Lagopesole 1278 September 20.*

Eidem (Iohanni de Tullio iuniori capitaneo Lucerie). Scias, quod mittimus tibi de camera nostra per mag. Iohannem de Tullio ingenierium ... unc. aur. 100, quas ... convertas ... in opere taluti Lucerie, quod de novo tibi commisit nostra serenitas faciendum, — quas unc. aur. 100 neccessarias fore credimus pro opere supradicto, usque ad medietatem mensis octubris proximo futuri, infra quam medietatem [illegible] ... tu vero opus ipsum, in quantum potes, acceleres, ut in adventu nostro ibidem in opere ipso inveniamus bene processum, ... — preter alias unc. aur. 100, quas tibi de camera nostra assignari [illegible] pro aliis operibus, que fiunt in castro predicto. Dat. ut supra (aput Lacumpensilem, mense septembris, XX. eiusdem).

262.

RA 1277 F n. 28 f. 167a. *Lagopesole 1278 September 20.*

Iohanni de Tullio iuniori capitaneo Lucerie. Licet mandaverimus tibi, quod laborari faceres pro opere taluti, pileriorum et pontis, volumus tamen, quod supersedeas ad presens opera pileriorum et pontis [illegible] tantum laborari facias in opere taluti predicti usque ad adventum nostrum ibidem, et pileria [illegible] sunt, ita remaneant usque ad adventum nostrum aput Luceriam, qui erit infra medietatem octubris .... presentes vero litteras fieri fecimus, postquam littere[3]) de faciendo opere taluti, pontis et pileriorum [illegible] fuerunt. Dat. aput Lacumpensilem, mense septembris, XX. eiusdem.

263.

RA 1278/79 H n. 33 f. 106b. *Lagopesole 1278 September 20.*

Eidem (iusticiario Capitinate). ... mandamus ..., quatinus ad requisicionem ... capitanei ... Lucerie ... assignes sibi ... currus cum bubus neccessarios ... pro opere fortellicie .... Dat. apud Lacumpensilem die XX. septembris.

[1]) [illegible] — [2]) *Im Register steht* Dat. ut supra. *[illegible]* — [3]) *[illegible] Schreiben an den* Capitaneus Lucerie, *[illegible]*

264. *[Lagopesole 1278 September 20.]*

Siehe n. 260.

265. *Civitate[1]) 1278 September 24.*

Inseriert: AP vol. V n. 398 (olim arc. I maz. 37 n. 10). — Auszug: SM I 166 n. 8. Schulz IV 69 n. 181.

Guido de Alamania miles regius iusticiarius Capitinate et honoris Montis s. Angeli ac Lucerie capitaneus nobili viro domino Guilielmo de Malefiliastro . . . militi. A sacra maiestate regia sacras recepimus litteras in hec verba: *(es folgt n. 260).* ad cuius execucionem mandati procedere cupientes, cum . . . non possimus personaliter interesse . . ., vobis . . . committimus vicem nostram, . . . mandantes . . ., quatinus . . . a parte Fogie ad[a]) Luceriam vos . . . conferentes, capiatis omnia bona . . . ipsius mag. Riccardi . . ., que duobus hominibus Fogie . . ., quos per magistrum iuratum, baiulos et iudices terre ipsius eligi . . . faciatis, . . . procuranda . . . committatis . . .. Dat. aput Civitatem XXIV. septembris VII. ind.

[a]) *Orig.* et.

266. *Foggia 1278 September 27.*

AP vol. V n. 398 (olim arc. I. maz. 37 n. 10). — Auszug: SM I 166 n. 8. Schulz IV 69 n. 181.

. . . 1278, mense septembris, XXVII. eiusdem, VII. ind. aput Fogiam. Nos Riccardus de Aprucio olim in anno . . . VI. ind. regius Fogie iudex . . . et Nicolaus de notario Andrea . . . notarius et testes subscripti . . . fatemur, quod . . . Guilielmus de Malefiliastro miles et socius . . . iusticiarii Capitinate . . . ostendit nobis litteras sibi missas ab eodem domino iusticiario . . . cum inserta in eis forma sacri mandati regii . . ., tenor quarum . . . talis erat: *(es folgt n. 265, darin inseriert n. 260).* ad quarum litterarum execucionem predictus dominus Guilielmus volens procedere . . ., in nostri presencia predicto die XXVII. mensis septembris cepit . . . omnia bona . . . ipsius mag. Riccardi . . ., que . . . commisit procuranda . . . sire Symoni de Orta et Raynaldo de Russomilia civibus Fogie electis . . . per magistrum iuratum, baiulos et iudices ipsius terre Fogie . . .. de quorum bonorum capcione et assignacione . . . facta sunt duo puplica . . . instrumenta, quorum, uno penes predictos procuratores dimisso, alterum, per eundem dominum Guilielmum predicto domino iusticiario per speciale nuncium transmittendum, per manus mei predicti notarii Nicolai signo meo solito, sigillo et subscripcione mei qui supra iudicis nostrumque . . . testium . . . roboratum.

+ Riccardus qui supra anno proximo preterite VI. ind. Fogitanorum iudex.

+ Ego notarius Franciscus de Angelo testor.

+ Petrus ego testis prescriptis annuo gestis.

+ Ego Bartholomeus de sire Matheo testor.

267.

RA 1277 F n. 28 f. 168a. RA 1278/79 H n. 33 f. 106b. *Melfi 1278 September 28.*

Iusticiario Capitinate. . . . precipimus, quatinus omnes bubalos, qui fuerunt condam Iohannis Bertoldi, assignes . . . capitaneo . . . Lucerie, per eum in operibus eiusdem fortellicie deputandos . . .. Dat. Melfie die XXVIII. septembris.

268.

RA 1279 A n. 34 f. 71a bis 72b. *Melfi 1278 September 28.*

. . . faisons assavoir . . ., que mestre Martin de Dordan et Johan Troussevache notres chambellans establiz sour le greffe de notre hostel se presenterent pardevant les mestres racionaus . . . a metre raison . . . de la pecunee receue et balliee par eus des le I. jour du mois de jung . . . de la VI. ind. . . . j'uques par tout le mois de aust . . . de celemeesme indiction, qui sont trois mois, et mostrerent . . . avoir poie . . .: *[1]* 100 unc. donnees a Johan de Til capitaine de la forteresce de notre chastiau de Noucheres pour fair aucunes euvres de cele forteresce. *[2]* item 50 unc. donnees a mestre Pierre d'Angicourt pour l'euvre de la touri de Manfrid(one). . . . Donne a Melfe le XXVIII. jour de septembre de la VII. ind.

269.

I. RA 1278 B n. 30 f. 20b. *Corleto 1278 Oktober 16.*

Iudici Angelo de Vincentio de Fogia expensori operis cisterne et quorundam aliorum operum fortelicie castri Lucerie . Intellecto nuper per litteras tuas . . ., quod subscripti magistri, quos ad opera fortelicie castri

[1]) *Unweit S. Paolo di Civitate. Vgl. Nissen, Ital. Landeskunde II, 2 S. 842.*

nostri Lucerie ... mitti mandavimus, videlicet 13 magistri scientes facere matuncellos de Aversa et 2 Neapolis missi per iusticiarium Terre Laboris, 6 magistri de Luquesoy[1]) missi per iusticiarium Principatus, et 5 magistri mantuncellorum de Potentia et 3 de Monte Piloso missi per iusticiarium Basilicate, inlicenciati ab ipsis operibus fugierunt, ... predictis iusticiariis[2]) ... mandavimus, ut ... ipsos ... capiant ... et ... ad te ... transmittant, ut ... compediti laborent: ... propter quod ... precipimus, quatinus ... iusticiarios ipsos ... certifices de nominibus magistrorum ipsorum .... Dat. Corneti XVI. octubris.

II. RA 1278/79 H n. 33 f. 45a.

Eidem iusticiario (Terre Laboris). *Entsprechender Befehl.* Dat. Corneti XVI. octubris.

III. RA 1278/79 H n. 33 f. 76b.

Eidem (iusticiario Principatus). *Entsprechender Befehl.* Dat. Corneti XVI. octobris VII. ind.

IV. RA 1278/79 H n. 33 f. 140a.

Eidem (iusticiario Basilicate). *Entsprechender Befehl.* Dat. Corneti XVI. octobris VII. ind.

270.

RA 1278 B n. 30 f. 22a. *Manfredonia 1278 Oktober 23.*

Notario Iohanni de Thomasio de Fogia. ... precipimus, quatinus ... ad iudicem Angelum de Vincencio de Fogia expensorem operum fortelicie castri Lucerie Sarracenorum socium tuum ad predictum opus debeas te conferre ad faciendum laborari continue et sollicite in operibus ipsis .... Dat. Manfridonie XXIII. octubris.

271.

RA 1278 B n. 30 f. 22b. *Manfredonia 1278 Oktober 24.*

Iudici Angelo Vincencii et notario Iohanni Thomasii de Fogia expensoribus pecunie operum murorum et cisterne Lucerie. Quia nos mag. Riccardum de Fogia et mag. Symonem de Lanzano ... superastantes operis murorum cisterne taluti et fossati ac aliorum operum castri nostri Lucerie duxerimus ordinandos eosque nolimus in hoc expensis propriis laborare: ... mandamus, quatinus cuilibet ipsorum ... tar. 1 ... per diem ... exhibere procuretis .... Dat. Manfridonie XXIIII. octubris VII. ind.

272.

RA 1278/79 H n. 33 f. 77b. *Manfredonia 1278 Oktober 24.*

I. Eidem (iusticiario Principatus). Intelleximus nuper per litteras iudicis Angeli de Vincentio de Fogia expensoris quorundam operum castri nostri Lucerie Sarracenorum ..., quod mag. Bernardus et Petrus Bettunvencilya de Avellino magistri matuncellorum a predictis operibus latenter ... aufugerunt ... nos igitur ... precipimus ..., quatinus ... predictos magistros ... capias et ... ad predicta opera mittas .... Dat. Manfridonie die XXIIII. octubris.

II. Similes facte sunt iusticiario Basilicate de capiendo mag. Rogerio de Dominico magistro matuncellorum de Potentia. Dat. ut supra.

273.

RA 1278 B n. 30 f. 22b. *Manfredonia 1278 Oktober 24.*

Iudici Angelo de Vincencio de Fogia expensori. ... tuis litteris ... intellectis [1] ecce iusticiariis Basilicate[3]) et Principatus[4]) nostris ... damus litteris in mandatis, ut ... mag. Bernardum et Petrum Bentivenlya de Avellino et Rogerium de Dominico de Potencia ... capiant et ... ad te et socium tuum ... transmittant .... [2] et quia scripsisti, presencia predicti tui socii te carere, ipsi mandamus[5]) ..., quod statim ad opera ipsa se conferat .... [3] super pecunia vero, qua te carere scripsisti, ecce quod ... iusticiario Capitinate ... unc. aur. 100 mittendas ... tibi ... de camera nostra fecimus assignari ...[6]). [4] et quia scripsisti ..., recepisse ab eodem iusticiario pro eisdem expensis unc. aur. 60, placet nobis et solucionem ipsius pecunie ipsi iusticiario ... acceptamus[7]). Dat. Manfridonie XXIIII. octubris.

[1]) *Luogosano ne. Avellino.* [2]) *n. II bis IV.* [3]) *n. 272 II.* [4]) *n. 272 I.* [5]) *n. 270.* [6]) *n. 274.* [7]) *n. 275.*

274.

RA 1278/79 H n. 33 f. 108b. *Salpi 1278 Oktober 26.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Ecce quod tibi per Iohannem Pinzaltum . . . statutum super officio graffii hospicii nostri assignari mandamus de pecunia camere nostre unc. aur. 100 . . . assignandas per te iudici Angelo de Vincencio et notario Iohanni de Fogia expensoribus quorundam operum fortellicie castri Lucerie Sarracenorum et per eos in operibus ipsis . . . convertendas . . .. Dat. apud Salpas die XXVI. octubris.

275.

RA 1277 F n. 28 f. 169b. RA 1278/79 H n. 33 f. 109b. *Bari 1278 November 1.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia significavit nobis iudex Angelus de Vincencio de Fogia expensor operis cisterne et quorundam aliorum operum fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum . . ., quod tu exhibuisti ei de pecunia precii presentis nove monete denariorum distribute in decreta tibi provincia . . . pro expensis dictorum operum unc. aur. 60 . . ., et huiusmodi exhibitionem pecunie factam sibi per te tibi acceptari per nostram excellenciam supplicavit: . . . acceptamus . . .. Dat. Bari die I. novembris.

276.

I. RA 1278/79 H n. 33 f. 7a. *Manfredonia 1278 Dezember 8.*

Eidem iusticiario (Aprucii). Quia infrascripti muratores de Lanzano[a]), qui morabantur in opere fortelicie castri nostri Lucerie Sarracenorum, furtive et illicenciati ab ipso opere recesserunt, videlicet *(es folgen die Namen)*: . . . precipimus, quatinus . . . predictos magistros omnes capias . . . et, si forte inveniri non poterunt de personis, capias omnia bona eorum . . . necnon uxores eorum et familias . . .. Dat. Manfridonie VIII. decembris VII. ind.

[a]) *im Reg. sehr undeutlich.*

II. RA 1278/79 H n. 33 f. 48b.

Eidem iusticiario (Terre Laboris). Pridem tibi . . . mandavimus[1]), quod 13 magistros de Aversa et 2 de Neapoli . . . caperes . . .. verum quia, sicut nuper per litteras dicti expensoris accepimus, magistros ipsos ad predicta opera mittere neglexisti . . .: precipimus, quatinus . . . omnes magistros predictos . . . capias . . . et . . . ad predictum expensorem transmittas . . .. Dat. Manfridonie VIII. decembris.

III. RA 1278/79 H n. 33 f. 83a.

Eidem iusticiario (Principatus). Pridem tibi . . . mandavimus, ut caperes . . . 6 magistros matuncellorum de Lusoy[2]) . . .[3]) et caperes similiter mag. Bernardum et Petrum Bittuncilia de Avellino . . .[4]). verum quia, sicut nuper per litteras dicti expensoris accepimus, magistros ipsos ad predicta opera mittere neglexisti . . .: precipimus, quatinus . . . omnes predictos magistros . . . capias et . . . ad predictum expensorem transmittas . . .. Dat. Manfridonie die VIII. decembris.

IV. RA 1278/79 H n. 33 f. 112a.

Eidem iusticiario (Capitinate). Quia infrascripti magistri matuncellorum de subscriptis terris iurisdictionis tue deputati ad faciendum mattuncellos pro operibus fortelicie castri nostri Lucerie Saracenorum furtive et inlicenciati ab ipsis operibus recesserunt, videlicet *(es folgen die Namen)* . . .: precipimus, quatinus . . . omnes predictos magistros . . . capias . . . et . . . ad predictam forteliciam . . . transmittas . . .. Dat. Manfridonie VIII. decembris.

V. RA 1278/79 H n. 33 f. 141b.

Eidem iusticiario (Basilicate). Pridem tibi . . . mandavimus[5]), quod . . . caperes . . . mag. Rogerium de Dominico magistrum matuncellorum de Potencia, quem . . . ad opera fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum . . . transmiseras et inlicenciatus. . . ab opere ipso recessit . . .. verum quia . . . magistrum ipsum ad predicta opera mittere neglexisti . . .: precipimus, quatinus . . . predictum magistrum . . . capias . . . et ad predictum expensorem transmittas . . .. Dat. Manfridonie VIII. decembris.

[1]) *n. 269 II.* [2]) *Vgl. n. 269 I.* [3]) *n. 269 III.* [4]) *n. 272 I.* [5]) *n. 272 II.*

277.

RA 1278/79 H n. 33 f. 112b. *Troia 1278 Dezember 18.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Quia iudex Angelus de Vincentio et notarius Iohannes de Fogia expensores operis fortellicie castri nostri Lucerie Saracenorum . . . confessi sunt, se fecisse fieri de pecunia curie nostre, quam pro expensis huiusmodi receperunt, inter alias expensas matuncellorum 248 000, ad racionem de tar. 6 pro quolibet miliari, omnes matuncellos in dicto opere fuisse positos asserentes, et eodem opere . . . inspecto . . . per magistros et . . . viros expertos in talibus, inventum sit, quod non fuerunt positi in ipso opere, nisi tantum matuncellorum 48 000 . . ., et sic restiterunt de matuncellis ipsis emptis matuncellorum 200 000 liquide penes eos, valentes ad racionem eandem unc. aur. 40 . . .: (mandamus), quatinus . . . predictas unc. aur. 40 ab eisdem expensoribus . . . exigas . . .; reservata tamen arbitrio nostro pena, quam pro tante fraudis themeritate expensores ipsi merito incurrerunt. **Dat. Troie XVIII. decembris.**

278.

RA 1278/79 H n. 33 f. 12b. *Casalbore 1278 Dezember 20.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Mandavimus tibi per alias nostras litteras[1], quod a iudice Angelo et notario Iohanne de Fogia . . . exhigeres . . . unc. aur. 40 . . .. quia tamen nuper pecuniam ipsam Iohanni de Tilio iuniori capitaneo eiusdem fortellicie pro expensis operum . . . providimus assignandam . . . precipimus, quatinus pecuniam ipsam a predictis expensoribus exigas . . . et . . . predicto Iohanni de Tilio . . . assignare procures . . .. **Dat. Caselalbole XX. decembris.**

279.

RA 1278/79 H n. 33 f. 48b. *Neapel 1278 Dezember 29.*

I. Eidem iusticiario (Terre Laboris). Cum quedam bona mobilia mag. Bernardi notarii olim operis nostri Lucerie penes te capta esse dicantur, donec de officio ipso . . . posuerit racionem, ipseque ad ponendam racionem eandem asserat se paratum . . .: mandamus, quatinus recepta . . . caucione . . . fideiussoria eidem magistro . . . dicta bona restitui . . .. **Dat. Neapoli XXVIIII. decembris.**

II. Similes facte sunt iusticiario Capitinate pro eodem mag. Bernardo. **Dat. ut supra.**

280.

RA 1278/79 H n. 33 f. 113ab. *Neapel 1278 Dezember 31.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Quia intelleximus, quod domus constructe dudum in fortellicia castri nostri Lucerie Sarracenorum pro habitacionibus incolarum ipsius fortellicie dirute sunt ob incuriam et fraudem magistrorum et illorum, qui eas facere debuerunt, eo quod ipsas minus bene construxerunt, volentes huiusmodi defectum et fraudem ipsorum non in dapnum curie nostre, set potius in caput eorum, ob quorum culpam id accidit, retorqueri: . . . mandamus, quatinus . . . inquiras et scias omnes illos, qui domus ipsas fieri fecerunt et ab illis, quos eas fieri fecisse inveneris, totam et integram quantitatem pecunie, quam pro constructione ipsarum a nostra curia receperunt, de quo certificari et informari te volumus per mag. Bernardum notarium credenzerium operum ipsius fortelicie, pro parte curie nostre exigas et de ea domos ipsas rehedificari seu reparari facias, sicut fuerit oportunum; iniuncturus ex parte nostra singulis incolis eiusdem fortellicie, quod domus eorum sic studiose et bene custodiant et gubernent, quod de eis ob culpam et incuriam eorum sinistrum aliquod non emergat, quia, si deinceps aliquis ipsorum, quod absit, casus acciderit, nullum super refectione eisdem auxilium seu consilium tribuemus, immo ipsas reficı et rehedificari mandabimus de propria pecunia eorundem. processum vero tuum, quem in hiis habueris, celsitudini nostre et magistris racionalibus etc. per seriem per litteras tuas scribas, et quam quantitatem pecunie propterea a quolibet predictorum receperis, et a quibus, et quam etiam pro rehedificandis seu reaptandis domibus ipsis duxeris exolvendam. **Dat. Neapoli ultimo decembris.**

281.

RA 1277 F n. 28 f. 172a. RA 1278/79 H n. 33 f. 114a. *Neapel 1278 Dezember 31.*

Iusticiario Capitinate. Cum circa . . . processum operum nostrorum, que in [illegible] et fortellicia castri nostri Lucerie Sarracenorum tam ad extalium quam ad credenciam . . . fiunt, nullum velimus occasione

[1] n. 277.

pecunie penitus interesse defectum: . . . precipimus: quatinus extalleriis et credenceriis ipsorum operum sufficientem . . . quantitatem pecunie pro ipsis operibus . . . debeas exhibere; habita diligenti cautela, quod per credencerios ipsos pecunia, quam ipsis dederis, in operibus ipsis totaliter convertatur; et recepta ab extalleriis ipsis sufficente et ydonea fideiussoria caucione, quod pecuniam totam, quam ipsis dederis, in operibus, que fiunt per eos, integre convertant nichilque de ea sibi retineant vel pro propriis negociis eorum expendent . . .. Dat. Neapoli die ultimo decembris.

282. *Neapel 1279 Januar 2.*

AP vol. V n. 334 (olim arc. K maz. 33 n. 22). Orig. membr. RA 1277 F n. 28 f. 172a. RA 1278/79 H n. 33 f. 114b. — Auszug: SM I 143 n. 4 (unter falschem Jahre).

Eidem (iusticiario Capitinate). . . . Supplicavit excellencie nostre mag. Riccardus de Fogia . . ., quod, cum bona sua occasione operis taluti fortellicie castri Lucerie, quod ad extaleum dudum a curia nostra recepit, mandaverimus[1]) per te pro parte curie nostre capi, sibi super hoc providere de benignitate regia dignaremur. nos autem ipsius supplicationibus inclinati, . . . mandamus, quatinus, recepta ab eodem mag. Riccardo sufficienti et ydonea fideiussoria cautione, quod, si de tota pecunia, quam primo ipse cum mag. Petro de Angicurt . . . receperunt a quondam Guilielmo de Settays tuo in officio precessore pro opere dicti taluti, quod facere convenerunt[2]) ad rationem de unc. 2 per cannam pro medietate ipsius pecunie ipsum exinde contingentem, et quod similiter de tota pecunia recepta per ipsum solum tam a predicto precessore tuo quam a te pro opere dicti taluti, quod ipse solus facere recepit[3]) ad rationem de unc. 1 et tar. 12 per cannam, non fecerit et compleverit in opere dicti taluti tantam quantitatem, quantam facere et complere debuit pro parte sua ad rationes predictas, per diligentem et legalem mensurationem faciendam de tota quantitate, quam fieri et compleri fecit in opere ipsius taluti primo cum predicto mag. Petro pro medietate eum exinde contingentem et postmodum per ipsum solum, ut superius est expressum, totam quantitatem pecunie receptam per eum tam a dicto precessore tuo quam a te ultra quantitatem sibi debitam pro quantitate operis eiusdem taluti, quam fieri et compleri fecit ad rationes predictas, curie nostre integre restituet et exhibebit, ita quod indempnis nostra curia super hoc totaliter conservetur, bona sua omnia per te capta de mandato curie nostre sibi restituas . . .. in qua fideiussione contineri volumus, quod predictum opus fecerit iuxta conventiones et pacta exinde inter ipsum et predictum mag. Petrum primo et subsequenter inter ipsum solum et curiam nostram habita diligenter et fideliter sine aliqua fraude dolo negligentia vel defectu. Dat. Neapoli die II. ianuarii.

283.

RA 1278/79 H n. 33 f. 115a. *Neapel 1279 Januar 18.*

I. Eidem iusticiario (Capitinate). Scire volentes totum processum habitum in operibus nostris, que tam in Manfridonia quam in fortelicia castri nostri Lucerie Sarracenorum ad extaleum et ad credenciam construuntur, a die felicis recessus nostri de partibus ipsis usque nunc et habendum etiam usque ad diem, quo presens mandatum nostrum receperis et executus fueris: . . . mandamus, quatinus . . . totum processum habitum in ipsis operibus . . ., de quolibet opere videlicet per se, . . . celsitudini nostre et magistris racionalibus . . . scribas et successive etiam, sicut in eisdem operibus procedetur, non expectato super hoc alio mandato nostro, sepe sepius nos et eosdem magistros racionales . . . studeas informare . . .. Dat. Neapoli XVIII. ianuarii.

II. Similes facte sunt iusticiario Terre Bari de significando toto processu habito in operibus, que fiunt in iurisdictione sua (etc. ut supra et hoc addito:) preterea super revocandis et mittendis masnatis ad incolatum terre Mauli . . . tibi maioris sollicitudinis . . . stimulos addicamus . . .. Dat. ut supra.

III. Similes facte sunt iusticiario Terre Ydronti de significando processu habito in operibus, que fiunt in iurisdictione sua et de significandis eisdem magistris racionalibus masnatis missis et mittendis ad incolatum Ville Nove etc. ut supra. Dat. ut supra.

IV. Similes facte sunt iusticiario Basilicate de significando processu habito in operibus, que fiunt in Melfia, et quantum processum est in palacio et turribus . . .. Dat. ut supra.

[1]) *n. 260.* [2]) *n. 181 I.* [3]) *n. 237 I und II.*

284.

RA 1278/79 H n. 33 f. 169b. *bei Capua 1279 Februar 11.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). Pro parte notarii Mathei de Iuvenacio et mag. Marini de Melficta . . . nostre fuit expositum maiestati, quod, cum dederint Iohanni de Tilio iuniori capitaneo . . . caucionem de facienda et complenda tota parte tabulamenti murorum fortellicie castri Lucerie Sarracenorum, quam facere debuit mag. Nicolaus de Melficta, qui diem clausit extremum, . . . tu nichilominus ipsos occasione ipsius tabulamenti . . . multipliciter inquietas . . . .: mandamus, quatinus . . . ipsos . . . non molestes . . . . Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die XI. februarii VII. ind.

285.

I. RA 1277 F n. 28 f. 172b bis 173a. *bei Capua 1279 Februar 24.*

Iohanni de Tilio capitaneo fortellicie castri Lucerie. */1/* Scire te volumus, quod ad consultacionem tuam . . ., per quam petiisti habere in operibus nostris, que in fortellicia castri nostri Lucerie fiunt per manus tuas, currus 30, computatis currubus 7, quos habere te dicis, . . . pro deferendis tufis et aliis necessariis; et petiisti etiam similiter habere similiter scappatores tuforum 10 pro scappandis tufis pro eisdem operibus oportunis: ecce iusticiariis nostris Capitinate[1]) et Terre Laboris[2]) . . . damus per nostras litteras in mandatis, quod . . . mittant ad opera ipsa . . ., videlicet iusticiarius Capitinate currus 23 cum bubus et eorum ductoribus ac toto . . . apparatu . . . et predictus iusticiarius Terre Laboris . . . scappatores tuforum 10 . . . . */2/* mandamus, quod . . . recipias a mag. Petro de Angnicuria et mag. Riccardo de Fogia calcariam unam calcis, quam ipsis pro opere taluti ipsius fortellicie mutuari mandavimus . . . . */3/* placet insuper nobis, quod, si magistri et persone alie . . . remisse laboraverint . . . vel aufugerint, liceat tibi, ipsos ponere in vinculis, castigare, punire et corrigere . . . . */4/* volumus etiam, quod circa processum ipsorum operum cum sollicitudine . . . intendas et intendi facias, ita quod singuli 3 magistri fabricatores laborent et fabricent die quolibet cannam 1 de muro quarratam; et quilibet ipsorum fabricatorum habeat manipulos 4, quod si forte non sufficerent, habeat 5, 2 videlicet, qui serviant ad aucellos[3]), et 3 qui deferant lapides et alia neccessaria . . . . */5/* volumus preterea, quod . . . ordines, quod predicti currus omnes bis in qualibet ebdomada vadant ad tufariam Candelarie et abinde ad opera ipsa tufis redeant onerata, sic quod quilibet ipsorum curruum deferat qualibet vice tufos 16 . . . . Dat. aput turrim s. Herasmi die XXIIII. februarii.

II. RA 1277 F n. 28 f. 135a. RA 1278/79 H n. 33 f. 50b. — Auszug Schulz IV 76 n. 198.

Iusticiario Terre Laboris. Quia Iohannes de Tilio capitaneus fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum . . . nostro culmini patefecit, quod in opere, quod fit . . . in eadem fortellicia, necessarii sunt 10 magistri scappatores tuforum preter alios 5 magistros, qui in eodem opere sunt ad presens . . . precipimus, quatinus . . . magistros scappatores tuforum 10 . . . ad predictum opus studeas destinare . . . . Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam, mense februarii, XXIIII. eiusdem, VII. ind.

286.

RA 1278/79 H n. 33 f. 116b. *bei Capua 1279 Februar 25.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia Iohannes de Tilio iunior capitaneus . . . exposuit, esse necessarios pro opere talluti, quod fit in eadem fortillicia currus 30, computatis 7 curribus, que . . . habeantur ad presens . . . precipimus, quatinus . . . currus 23 . . . eidem . . . debeas assignare pro deferendis lapidibus tufis et calce ad castrum predictum pro opere taluti . . . . Dat. aput turrim s. Herasmi prope Capuam XXV. mensis februarii VII. ind.

287.

RA 1277 F n. 28 f. 173a. *bei Capua 1279 Februar 26.*

Iohanni de Tilio iuniori. Cum mag. Bernardum clericum . . . notarium credencerium quarumlibet expensarum omnium operum fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum, tam per te pro opere taluti quam per alios expensores pro quibuscumque aliis operibus, . . . duxerimus statuendum . . . precipimus, quatinus ipsi . . . expensas ad racionem de tar. aur. 1 . . . per diem . . . largiaris . . . . Dat. ut supra (apud turrim s. Herasmi) die XXVI. februarii.

[1]) *n. 286.* [2]) *n. II.* [3]) *fehlt bei Cange.*

288.

RA 1279 A n. 34 f. 75ᵃ bis 76ᵇ. *bei Capua 1279 Februar 28.*

. . . faisons assavoir . . ., que mestre Martin de Dourdan notre chamballanc et establiz seur le greffe de notre hostel se presenta . . . le XII. jour de . . . fevrier de ceste VII. ind. a la tour de s. Herme pres de Capes pardevant les mestres racionaus . . . a metre raison pardevant eux . . . tant pour sa partie, comme pour la [partie de Johan de Troussevac][a])he notre chamballanc et de feu Jehan Pincehaste jadis notre vallet establiz seur celui [. . . .][b]) . . . de toute la pecune . . . receue et baillee [. . . .][b]) . . . j'usques par tout le mois de decembre . . . de ceste presente VII. ind., qui sont quatre mois, et monstra . . ., qu'il avoit poie . . . 260 unc. donnees pour les despens de l'euvre de Nochieres . . .. Ce fu donne a la tourt[1]) s. Herme pres de Capes le derier[c]) jour du mois de fevrier de la VII. ind.

a) *Lücke durch Verletzung des Blattes. Über die Ergänzung vgl. n. 268.* b) *Lücke durch Verletzung des Blattes.* c) deriea.

289.

RA 1278/79 H n. 33 f. 146ᵇ. *bei Capua 1279 März 15.*

Eidem (iusticiario Basilicate). Quia significasti culmini nostro et magistris racionalibus . . ., quod . . . cepisti . . . mag. Rogerium de Potencia magistrum matuncellorum, pro eo quod ab operibus castri nostri Lucerie . . . inlicenciatus . . . recessit, et ipsum ad dicta opera ad iudicem Angelum de Vincencio de Fogia expensorem . . . destinasti, qui eum recipere recusavit: ecce quod ipsi[a]) iudici Angelo . . . iniungimus, ut dictum magistrum . . . captivum recipiat et eum faciat in compedibus . . . in dictis operibus . . . laborare . . .. propter quod ipsum magistrum ad eundem iudicem Angelum remittas . . .. Dat. aput turrim s. Herasmi prope Capuam XV. marcii VII. ind.

a) ipso.

290.

RA 1278/79 H n. 33 f. 121ᵇ. *bei Capua 1279 März 21.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Pro parte mag. Bernardi notarii operis castri nostri Lucerie . . . fuit nobis . . . supplicatum, ut, cum olim . . . quedam bona sua mobilia capta fuerint, que ad opus nostre curie . . . procurantur, restitui sibi bona ipsa, cum paratus sit dare fideiussoriam . . . caucionem de resignandis bonis ipsis curie nostre vel valore ipsorum, si invenietur in aliquo ipsi curie nostre teneri, benignius mandaremus . . .: precipimus, quatinus receptis . . . fideiussoribus . . . predicta bona . . . ipsi mag. Bernardo restitui facias . . .. Dat. apud turrim s. Herasmi XXI. marcii.

291.

bei Capua 1279 März 22.

RA 1277 F n. 28 f. 176ᵇ bis 177ᵃ. RA 1278/79 H n. 33 f. 130ᵇ. — Auszug: Schulz IV 60 n. 150 (unter falschem Jahre).

Eidem (iusticiario Capitinate). *[1]* Mandavimus pridem tibi . . . quod domum existentem in Manfridonia, que fuit quondam Guilielmi de Syponto proditoris nostri, concessam dudum per excellentiam nostram Iohannotto Carrello reparari faceres omnibus oportunis. set quia in ipsius reparatione celeri et instanti nullum volumus penitus interesse defectum: . . . precipimus, quatinus . . . domum ipsam reparari facias omnibus oportunis et eam cohoperiri ad festum de lignaminibus et imbricibus et aqueductus omnes reparari et aptari, sic quod per eos aqua pluvialis sine impedimento derivari et deduci possit ad cisternam ipsius domus. *[2]* preterea quia intelleximus nuper per mag. Petrum de Angicuria etc. quod capella nostra, quam fieri mandavimus in fortellicia castri nostri Lucerie, totaliter facta et completa est, nichilque aliud in ea fieri deficit, nisi tantum, quod cohoperiatur, et beneplaciti nostri est, quod in cohoperienda ea cum omni festinancia procedatur: . . . mandamus, quod incontinenti una cum mag. Iohanne de Tullo ingenierio . . ., quem ad te propterea per litteras tuas debeas evocare, provideatis et extimetis omnia lignamina, que pro ipsius cohopertura neccessaria fuerint, et videatis et inspiciatis lignamina curie nostre, que sub tua custodia existunt in predicta terra Manfridonie, et, si bona et utilia pro negocio ipso fuerint, illa, si omnia neccessaria fuerint, vel, si omnia neccessaria non fuerint, illam quantitatem ex eis, que fuerit oportuna, de predicta terra Manfridonie ad predictam fortelliciam deferri facias in ipso servicio convertenda. et si forte lignamina ipsa ad hoc sufficientia non fuerint vel non bona et inutilia reputentur, provideatis et sciatis, in quibus nemoribus prope ipsam fortelliciam lignamina propterea oportuna incidi poterunt; et ea in illis auctoritate presentium

1) *So statt* tour de.

incidi facias et ad fortelliciam ipsam deferri. et si predicta lignamina existentia in Manfridonia ad hoc insufficiencia vel non bona fuerint, et in nemoribus ipsis utilia et sufficiencia commode incidi nequiverint, lignamina ipsa omnia emere debeas et ymbrices etiam propterea oportunos; et de eis cappellam ipsam instanter facias cohoperiri. *[3]* que omnia exequaris de quacumque pecunia curie nostre, que undecumque est etc., et in alterius pecunie curie defectu de pecunia presentis generalis subventionis iurisdictionis tue. *[4]* et super ipsis omnibus exequendis sic diligens et curiosus existas, quod ea omnia in adventu nostro, qui erit in proximo, ... ad partes ipsas, inveniamus completa tuumque inde studium ex effectu operis commendemus; significaturus nobis et magistris racionalibus etc. totum processum tuum, quem habueris in premissis. *[5]* de lignaminibus autem predictis existentibus in Manfridonia, ut est dictum, predictam domum cohoperiri facias et reliqua ad predictam fortelliciam deferri pro capella predicta, si ea propterea predicto modo providentis oportuna, forma mandati nostri tibi super reparanda domo ipsa directi in ceteris aliis observata. Dat. apud turrim die XXII. marcii.

292.

I. RA 1278/79 H n. 33 f. 16a. *bei Capua 1279 März 22.*

Eidem (iusticiario Aprucii)[1]. ... precipimus, quatinus ... mittas ... ad dictum opus subscriptos magistros ...: videlicet muratores 10, scappatores lapidum 2 et scientes facere maturellos 10, ... pro operibus cisterne et murorum dicte fortellicie oportunos ... et eos expensoribus eiusdem operis per totum VIII. mensis aprelis ... ad tardius ... facias presentari .... Dat. aput turrim die XXII. mensis marcii VII. ind.

II. RA 1277 F n. 28 f. 177a. RA 1278/79 H n. 33 f. 121b.

Eidem (iusticiario Capitinate). *[1]* Quia, iudex Angelus Vincentii et notarius Iohannes de Fogia expensores operum murorum et cisterne fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum ... significaverunt nobis, quod ultra 14 currus, quod habent ..., sunt ad hoc necessarii alii currus 10 ...: mandamus tibi, ut ipsos 10 currus ... habere studeas ... et ... ipsis assignes .... *[2]* et quia significaverunt, quod necesse sunt ipsis grates de viminibus et trabes pro faciendis arganis oportunis in predictis operibus; ... mandamus, ut de ipsis trabibus et gratibus expensoribus ipsis provideas .... Dat. ut supra.

293.

RA 1277 F n. 28 f. 177a. RA 1278 B n. 30 f. 26a. *bei Capua 1279 März 24.*

Iohanni de Tilio iuniori. Quia nuper providimus, quod[a]) in castro nostro predicto pro securiori custodia ipsius fiat porta una crillea seu collaticia, iuxta quod mag. Petrus de Angicurt inde est in nostra presencia plenius informatus: ... precipimus, quatinus iuxta informacionem ipsius mag. Petri ... fieri facias portam ipsam .... Dat. aput turrim s. Herasmi die XXIIII. marcii.

[a]) *fehlt Reg.*

294.

I. RA 1278/79 H n. 33 f. 149b; ibid. f. 60b. *bei Capua 1279 März 24*

Eidem (iusticiario Basilicate). Pro parte magistrorum faciencium maturellos in opere castri Lucerie Sarracenorum ... in compedibus laborancium ... fuit nuper nostre celsitudini[a]) supplicatum, ut, cum parati sint dare ... fideiuxores ..., quod in operibus ipsis laborandis continue moreantur ..., liberari eos a carcere ... mandaremus ...: precipimus, quatinus certificatus per litteras ... expensorum ... de nominibus ... magistrorum, qui de iurisdictione tua sunt, recipias ... fideiuxores ..., faciens inde fieri scripta puplica ..., quorum altera tibi retineas et altera expensoribus ipsis mittas, ut habita certitudine de fideiussoribus ipsis datis procedant ad liberandum captivos ipsos .... Dat. apud turrim XXIV. marcii.

[a]) celsitudinis.

II. Similes facte sunt iusticiario Principatus.

III. Similes facte sunt iusticiario Terre Laboris.

IV. Similes facte sunt iusticiario Capitinate.
Dat. ut supra.

[1]) *Vgl. n. 300.*

V. RA 1278 B n. 30 f. 26a.

Iudici Angelo de Vincencio et[a]) notario Iohanni de Fogia expensoribus. . . . precipimus, quatinus singulos predictorum iusticiariorum de . . . nominibus . . . magistrorum ipsorum . . . informetis et, habitis ab eis instrumentis predictis, permittatis predictos magistros libere . . . laborare . . . . Dat. aput turrim XXIIII. marcii.

[a]) *fehlt Reg.*

295.

RA 1278/79 H n. 33 f. 123a. *bei Capua 1279 März 29.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Exposuerunt excellencie nostre homines universitatis Troie[a]) . . ., quod, cum ipsi iam diu tenuerint in opere fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum currus 2 . . . ad expensas eorum et nunc ad mandatum nostrum . . . miserint ad opus ipsius castri alios 3 currus . . ., expensores dicti operis . . . nichil de loerio ipsorum curruum . . . ipsis volunt . . . exolvere . . .: precipimus, quatinus universitatem ipsam ad tenendum . . . currus ipsos 5 in predicto opere . . . et dictos expensores ad . . . satisfaciendum dictis hominibus de loerio . . . compellas . . .. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam, mense marcii, XXVIIII. eiusdem, VII. ind.

[a]) **Troia.**

296.

RA 1277 F n. 28 f. 177ab. *bei Capua 1279 April 5.*

Eidem (Guidoni de Alamania iusticiario Capitinate). Cum pro subscriptis operibus nostris, que fiunt in fortellicia castri nostri Lucerie Sarracenorum, subscripta lignamina necessaria reputentur, que mag. Iohannes de Tulio ingenierius . . . in nemoribus vicinis ipsi terre Lucerie inveniri posse asseruit et haberi: . . . precipimus, quatinus lignamina ipsa, que inferius declarantur, in nemoribus ipsis, a quibus comodius et utilius ac cum minoribus expensis ad fortelliciam ipsam deferri poterunt, simul cum ipso mag. Iohanne queri inveniri incidi et deferri facias ad dictam fortelliciam per magistros ac alios homines proinde necessarios et animalia oportuna deputanda per te pro execucione ipsius servicii cum iustis neccessariis et moderatis expensis faciendis per te cum conscientia et notitia predicti mag. Iohannis . . ..

lignamina autem ipsa sunt hec: videlicet *[1]* pro 17 turribus, quarum 2 sunt duplices, neccessarie sunt pro qualibet sinplici: trabes magne pro sarcinalibus 4, quelibet longitudinis cannarum 3, altitudinis palmi 1¼ et amplitudinis palmi 1. *[2]* item pro qualibet turri duplici neccessarie sunt trabes 9 eiusdem longitudinis altitudinis et amplitudinis. *[3]* item neccessarie sunt pro qualibet turrium simplicium predictarum trabicelli 8, quilibet longitudinis cannarum 2½, amplitudinis et altitudinis 1 palmi per quamlibet faciem. *[4]* item neccessarie sunt pro qualibet dictarum turrium duplicium trabicelli[a]) eiusdem mensure longitudinis et altitudinis, pro ponendis ipsis omnibus trabicellis tam in turribus sinplicibus quam duplicibus supra predictos sarcinales. *[5]* item neccessarie sunt trabes magne 34, quelibet longitudinis cannarum 2, serrande pro faciendis ex eis tabulis neccessariis, quelibet grossitudinis 2 digitorum, pro faciendo tabulato in omnibus predictis turribus. *[6]* item pro faciendis fieri scalis neccessariis pro ascendendo in muro ipsius fortellicie, quarum alique debent esse lapidie et alique lignee, neccessarie sunt trabes de querqu 6, quelibet longitudinis cannarum 3½ et grossitudinis per quamlibet faciem palmi 1. *[7]* item neccessarii sunt corbelli de ligno 10 pro predictis scalis, quilibet longitudinis cannarum 2 et grossitudinis 1 palmi manualis per quamlibet faciem, ana de 5 corbellis[b]) pro qualibet scala. *[8]* item neccessarii sunt pro faciendis gradonibus predictarum scalarum trabes 12, ana palmorum 5 in amplitudine pro qualibet scala; quarum trabium quelibet sit longitudinis cannarum 2 et amplitudinis per quamlibet faciem 1 palmi de canna. *[9]* item neccessarie sunt trabes de querqu 30, quelibet longitudinis cannarum 3½, grossitudinis per quamlibet faciem palmi 1 de canna, pro faciendis filangiis in parietibus cappelle. *[10]* item neccessarie sunt trabes 11 de querqu pro faciendis cathenis in eadem cappella, quelibet ipsarum longitudinis cannarum 5½, latitudinis palmi 1½ et altitudinis palmi 1 de canna. *[11]* item neccessarie sunt alie trabes 11 de querqu, quelibet longitudinis cannarum 2½ et amplitudinis per quamlibet faciem palmi 1 de canna, pro faciendis puntillis. *[12]* item neccessarie sunt trabes de querqu 22, quelibet longitudinis cannarum 3 et amplitudinis per quamlibet faciem palmi 1 de canna, pro faciendis forficibus. *[13]* item neccessarie sunt trabes 15 de querqu, longitudinis cannarum 3½ et amplitudinis per quamlibet faciem 1 palmi manualis, pro faciendo festo et filangiis in cap-

[a]) *Hier fehlt die Zahl.* [b]) **corbelli.**

pella. *[14]* item neccessarie sunt trabes 120, quelibet ipsarum longitudinis cannarum 3½ et amplitudinis per quamlibet faciem 1 palmi manualis, pro faciendis decurrentibus. *[15]* item neccessarie sunt tabule de simia 1260, pro faciendo celo in predicta cappella. *[16]* item neccessarie sunt trabes de querqu 30, quelibet de cannis 3 per longitudinem, grossitudinis per quamlibet faciem 1 palmi manualis, pro facienda santasia in eadem cappella. *[17]* item neccessarie sunt tabule 30 de frassino vel ulmo pro faciendis hostiis in ianuis et fenestris ipsius cappelle, quarum 4 erunt longitudinis canne 1 et altitudinis palmi 1½ de canna et relique erunt longitudinis quelibet videlicet canne 1½ et amplitudinis palmi 1½; grossitudinis digitorum 2 erunt omnes ipse tabule. *[18]* item neccessarie sunt trabes de querqu 50 pro faciendis ingeniis 2 in fortellicia Lucerie. *[19]* item trabes 240, quelibet longitudinis cannarum 2½ et grossitudinis per quamlibet faciem 1 palmi manualis, pro faciendis decurrentibus logie, que fieri debet pro predictis ingeniis. *[20]* item trabium 2000, quelibet longitudinis palmorum 10, amplitudinis digitorum 4 et grossitudinis digitorum 2, pro facienda clausura dicte logie. *[21]* item iactarum 2000, quelibet longitudinis 1 canne, amplitudinis digitorum 4 et grossitudinis 1 digiti, pro cohopertura predicte logie. *[22]* item trabes 50, quelibet longitudinis cannarum 3 et grossitudinis per quamlibet faciem 1 palmi manualis, pro logia, que fit ante portam dicte fortellicie, et pro logia, que fit in tinello eiusdem fortellicie. *[23]* item pro ipsis duabus logiis iacte 500 [illegible] mensure, sicut sunt alie iacte predicte. *[24]* item trabes de querqu 6, quelibet longitudinis cannarum 5 [illegible] amplitudinis[b]) per quamlibet faciem palmi 1 per quamlibet faciem, pro faciendo ponte predicte fortellicie. *[25]* item trabes de querqu 18, quelibet longitudinis cannarum 4½, amplitudinis per quamlibet faciem [illegible] palmi de canna, pro faciendis crucibus in eodem ponte. *[26]* item trabes de querqu 3, quelibet longitudinis palmorum 20, grossitudinis palmi 1½ per quamlibet faciem, pro faciendis salvis supra scattas [illegible] pontis. *[27]* item trabes de querqu 18, quelibet longitudinis cannarum 2½, amplitudinis per quamlibet faciem palmi 1½, neccessarie pro ipso ponte. *[28]* item trabes de querqu 2, quelibet longitudinis cannarum 8, amplitudinis per quamlibet faciem palmi 1½, pro faciendis scattis. *[29]* item trabes de querqu 2, quelibet longitudinis cannarum 3 et palmorum 2, pro ponte levaticio. *[30]* item trabes de querqu 3, quelibet longitudinis cannarum 2, amplitudinis per quamlibet faciem palmi 1 de canna. *[31]* item tabule de querqu [illegible], quelibet longitudinis palmorum 16, amplitudinis palmi 1¼ et grossitudinis digitorum 3. *[32]* item et trabes de querqu 20 pro faciendis lissis in predicto ponte.

et si forte omnia predicta lignamina pro predictis operibus oportuna non fuerint, provisione super hiis utili et diligenti prehabita, illa tantum ex eis, que neccessaria videbuntur, incidi et deferri facias [illegible], modo, ut in superflua quantitate lignaminum nostra curia expensis inutilibus non gravetur. Dat. aput turrim s. Herasmi die V. aprelis.

[b]) aplitudinis.

297.

bei Capua 1279 April 8.

I. RA 1277 I n. 28 f. 178b. RA 1278/79 II n. 33 f. 121a. — Auszug: Schulz IV 62 n. 156 [illegible]

Eidem iusticiario (Capitinate). Quia mag. Iohannes de Tullio ingeniericus . . . in curia nostra exposuit [1] quod oportune sunt pro operibus fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum res subscripte, videlicet ferrum, corde, coria bovina et cervina, forgia una cum magistris fabris necessariis ad laborandum in ipsa forgia et toto apparatu suo, necnon ceramide seu imbrices oportuni pro cohoperienda cappella et logiis faciendis supra machinas sive ingenia et super cisternam et supra portam et ante palatium tinelli ipsius fortellicie, et magistri carpenterii neccessarii pro ipsis logiis construendis et cohoperienda cappella predicta. . . ; *[2]* etiam quod neccesse sunt pro reparando et aptando palacio nostro in Manfridonia, quod fuit Guilielmi de Siponto proditoris nostri, lignamina, ferrum et quedam alia . . . precipimus, quatinus . . . ea omnia . . . ipsi mag. Iohanni . . . assignare procures . . . in cohoperienda vero aptanda et reparanda predicta domo condam Guilielmi de Siponto procedas . . ., prout tibi datum extitit per alias nostras litteras[1]) in mandatis. Dat. aput turrim s. Herasmi die VIII. aprilis.

II. RA 1277 I n. 28 f. 229b. RA 1278/79 II n. 33 f. [illegible] — Auszug: Schulz IV [illegible]

Eidem iusticiario (Terre Bari). Quia mag. Iohannes de Tullio ingeniericus . . . in curia nostra exposuit, quod necessarie sunt pro operibus fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum, Manfridonie et Mauli magistri assie 40 et pro opere eiusdem terre Mauli ferrum et plura alia . . . precipimus, quatinus . . . magistros ipsos . . . mittas ad opera ipsa . . ., exhibiturus illis . . . qui deputabuntur . . . in opere dicte terre [illegible]

[1]) *n. 291 § 1 und § 5*

Mauli gagia . . . intra presentem extatem . . . ad racionem de gr. aur. 15 . . . pro quolibet eorum per diem...; reliquis . . . magistris mittendis ad predicta opera Lucerie et Manfridonie de gagiis . . . satisfiet per expensores operum eorundem et . . . precipimus, quatinus . . ., de quantitate ferri et aliarum rerum . . . provisione diligenti . . . prehibita, . . . huiusmodi ferrum et alia necessaria . . . ipsi mag. Iohanni . . . in dicto opere Mauli assignare procures . . .. Dat. apud turrim s. Herasmi VIII. aprelis VII. ind.

III. RA 1278/79 H n. 33 f. 61b.

Eidem (iusticiario Terre Laboris). *[1]* . . . precipimus, quatinus . . . mittas ad opus fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum magistros subscriptos . . ., ita quod in opere ipso in brevi penitus habeantur . . . *(es folgen die Namen der magistri). [2]* et quia nuper accepimus, quod de eodem opere fugitive recesserunt . . . duo magistri cum certa quantitate pecunie . . .: mandamus tibi . . ., quod ipsos . . . capias . . . . Dat. aput turrim VIII. aprelis.

298.

RA 1278/79 H n. 33 f. 124a. *bei Capua 1279 April 15.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Licet mandaverimus[1]) tibi . . ., ut mag. Bernardo Provinciali notario credençerio expensori operum fortellicie castri nostri Lucerie . . . restitueres . . . omnia bona sua . . . capta, tamen . . . mandamus tibi, quatinus, priusquam restituas bona ipsa, recipias ab ipso magistro . . . fideiussoriam caupcionem . . ., quod bona huiusmodi . . ., cum nobis placuerit, in nostris manibus resignentur, et, nisi . . . caupcionem dederit, dicta bona retineas . . .. Dat. apud turrim s. Herasmi XV. aprilis.

299.

RA 1278/79 H n. 33 f. 63b. *bei Capua 1279 April 20.*

Eidem (iusticiario Terre Laboris). . . . precipimus, quatinus . . . mittas ad opus fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum . . . magistros 10 scientes facere matuncellos et scappatores lapidum 10 . . . ad tardius . . . per totum presentem mensem aprelis . . .. Dat. XX. aprelis (apud turrim s. Herasmi)[2]).

300.

RA 1278/79 H n. 33 f. 148a. *bei Capua 1279 April 24.*

Eidem iusticiario (Basilicate). Ad litteras tuas . . ., per quas significasti, quod, cum habueris per nostras litteras in mandatis[3]) . . . mittere ad opus fortellicie Lucerie Saracenorum muratores 10, scappatores lapidum 2 et scientes facere matuncellos 10, tu . . . magistros ipsos invenire non potes, precipue cum omnes magistri . . . in his experti sint in operibus castri nostri Melfie deputati . . .: tibi taliter respondemus, quod, si magistros ipsos invenire non potuisti, . . . ipso iure poteris excusari . nos enim . . . iusticiario Terre Laboris de ipsis inveniendis . . . nostras litteras[4]) destinamus. Dat. aput turrim XXIV. aprelis.

301.

RA 1277 F n. 28 f. 180a; ibid. f. 222b. *bei Capua 1279 Mai 8.*

Iohanni de Tilio iuniori capitaneo fortellicie Lucerie Sarracenorum. Cum Perrottum de Calvomonte . . . ad dictam fortelliciam destinemus, quod intendat et sit super incidendis lignaminibus pro opere cappelle et aliis operibus marraminum eiusdem fortellicie: . . . mandamus, quatinus ipsum in servicio ipso admittens sibi expensas ad racionem de tar. aur. 1, si equm habuerit, et, si equm non habuerit, gr. 15 per diem . . . exhibere procures . . .. Dat. aput turrim Capue die VIII. madii.

302.

RA 1278/79 H n. 33 f. 67a. *bei Capua 1279 Mai 11.*

Iusticiario Terre Laboris. Benigne recepimus litteras tuas . . ., per quas intimasti, te misisse ad opus fortelicie castri nostri Nocerie Sarracenorum . . . 10 magistros scappatores tuforum de Neapoli et Averssa...: super quo tibi taliter respondemus, quod . . . tuum studium exinde comendamus. Dat. apud turrim XI. madii.

[1]) *n. 290.* [2]) *So im Datum des im Register nächstfolgenden Aktenstückes.* [3]) *Vgl. n. 292 I.* [4]) *n. 299.*

303.

Belvedere 1279 Mai 18.

I. RA 1277 F n. 28 f. 223b. Das Stück endete auf dem folgenden Blatte, das jetzt fehlt; daher ist es am Ende unvollständig und ohne Datum. Es ist überdies von gleichzeitiger Hand durch Durchstreichen getilgt.

Iudici Angelo de Vincentio et notario Iohanni de Fogia expensoribus operum murorum et cisterne fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum. Litteras vestras . . . recepimus . . ., ad quarum significaciones vobis taliter respondemus: *[1]* super eo videlicet, quod scripsistis, quosdam Gallicos predicte fortellicie incolas . . . vobis equos vestros . . . abstulisse . . .: ecce . . . capitaneo ipsius fortellicie de capiendis ipsis . . . nostre . . . littere[1]) diriguntur . . . [. . .].

II. RA 1277 F n. 28 f. 223b.

Iohanni de Tilio iuniori capitaneo fortellicie castri Lucerie Sarracenorum. Ex intimatu iudicis Angeli de Vincencio et notarii Iohannis de Fogia expensorum operum murorum et cisterne fortellicie castri nostri Lucerie celsitudini nostre nuper innotuit, quod quidam Gallici habitatores ipsius fortellicie, sumpta occasione, quod in operibus ipsis cum eorum sumeriis certo tempore laboraverant, pro quo . . . de mercede ipsorum satisfieri eis non potuit per expensores ipsos defectu pecunie . . ., et astulerunt eis . . . equos ipsorum et eis pannos de lectis eorum auferre et alias enormes iniurias inferre nituntur . . .: precipimus, quatinus . . . inquisicionem facias diligentem et illos, quos inveneris excessus huiusmodi commissores, . . . capias . . . et . . . facias custodire usque ad aliud celsitudinis nostre mandatum . . .. equos vero . . . eis redi[a]) facias . . .. Dat. apud Bellumvidere XVIII. madii.

[a]) rediti.

III. RA 1278/79 H n. 33 f. 129a.

Eidem iusticiario (Capitinate). Significaverunt . . . excellencie nostre iudex Angelus de Vincencio et notarius Iohannes de Fogia expensores operum murorum et cisterne fortelicie castri nostri Lucerie Sarracenorum, quod sufficientem non habent in operibus ipsis magistrorum et curruum numerum . . .; asserit enim, quod, licet promissi fuerint et missi ad opera ipsa per certas universitates Capitinate currus 17, tamen non serviunt, sicut debent, cum quod aliquando, sumpta occasione, quod franguntur currus ipsi et illos volunt facere reparari, tum eciam quod carrerii . . . de mercede ipsorum per universitates ipsas non solvuntur et sic abinde recedant et pluribus diebus deficiunt et a laborando desistunt . . .: precipimus, quatinus . . . in operibus ipsis assignes sufficientem numerum magistrorum, predictos eciam 17 currus . . . eis facias exhiberi sicque statuas . . ., quod nulla occasione . . . remaneant, quin laborent die quolibet . . .; et ultra ipsos . . . alios currus . . . 7 . . . assignes eisdem . . .. Dat. apud Bellumvidere XVIII. madii.

304.

RA 1277 F n. 28 f. 180b. *bei Capua 1279 Mai 24*

Iohanni de Tilio iuniori capitaneo fortellicie castri Lucerie Sarracenorum. Quia presens in curia nostra nostre celsitudini exposuisti, quod una de ripis putei, quem fieri facimus in fortellicia castri nostri Lucerie Sarracenorum ex parte interiori eiusdem fortellicie, que est prope domos eiusdem fortellicie iuxta ipsum puteum existentes, est intus in eundem puteum ex toto delapsa, sic quod, nisi in brevi fovea ipsius putei repleatur, reliqua pars dicte ripe, que continue ruinam minatur, omnino irruet intus in puteum supradictum, et domus predicte iuxta ipsum existentes de levi pati possent ruinam in nostre curie preiudicium et iacturam; volentes super hoc indempnitati nostre curie precavere: . . . precipimus, quatinus . . . predictam foveam, in illa parte videlicet, in qua predicta ripa corruit intus in puteum nominatum, repleri facias de illa terra, que est eminens ab altera parte putei ex parte castri veteris seu ex parte Montis Corbini, cum expensis curie nostre iustis et moderatis, que fines modestie non excedant, faciendis per te de pecunia curie nostre, que est vel erit per manus tuas, ita quod in predictis domibus non possit sinistrum aliquod evenire . . . Dat. aput turrim s. Herasmi die XXIIII. madii.

305.

RA 1277 I n. 28 f. 164a. *Avellino 1279 Juli 2*

Girardo de Artus iusticiario Terre Laboris. . . . mandamus . . ., quatinus . . . 10 magistros carpenterios . . ad fortelliciam castri nostri Lucerie Sarracenorum mittere debeas . . ., ita quod in fortellicia ipsa ad tardius per totum VIII. diem presentis mensis iulii . . . capitaneo et expensoribus se presentent *(es folgen die Namen)* . . .. Dat. Avellini die II. iulii.

[1]) *n. II.*

306.

RA 1278/79 H n. 33 f. 25b. *? Melfi 1279 Juli 8.*

Eidem (iusticiario Aprucii). Quia iudex Angelus de Vincencio et notarius Iohannes de Thomasio de Fogia expensores operum murorum et cisterne fortellicie castri nostri Lucerie significaverunt excellencie nostre . . ., quod . . . magistri matonerii de iurisdictione tua missi . . . *(es folgen die Namen der* magistri*)* inlicenciati ab ipso opere recesserunt . . .: precipimus, quatinus fugitivos ipsos . . . capias . . . et . . . remittere debeas . . . et, si eos invenire non posses, capias bona . . . eorundem . . . et . . . loco ipsorum totidem . . . ad opera ipsa transmittas . . .. Dat. Melfie die VIII. iulii.

307.

RA 1278/79 H n. 33 f. 133a. *Melfi 1279 Juli 10.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Ex insinuacione Iohannis de Tilio iunioris capitanii fortilicii castri nostri Lucerie Saracenorum nuper accepimus, quod de scappatoribus existentibus in tefaria[a]), ubi scampantur tufi pro operibus eiusdem fortelicie, alii recesserunt et alii egredudinibus opprimuntur, ob quas in laborando intendere et vacare non possunt, petentes licenciam ad propria reddeundi: ideoque . . . mandamus, quatinus . . . si de infirmitate magistrorum ipsorum tibi constiterit evidenter, ipsis lincencias et ad propria reddire permittas; recepta prius ab eis ad sancta Dei evangelia iuratoria caucione, ut statim, quod ad sanitatem reducti fuerint, ad opera ipsa redeant[b]), nulla in hiis committendo fraudem maliciam seu defectum, sub pena periurii, ad quam, si secus fecerint, teneantur. et ne occasione recessus ipsorum aliquod dispendium seu defectus operibus ipsis eveniat, loco ipsorum tam mortuorum quam egrotancium alios bonos et sufficientes in iurisdicione tua invenias in predicto tufario deputandos. et si eos in iurisdicione tua invenire non poteritis, liceat tibi, illos 14 magistros scapatores, qui laborant hucusque in fossato castri Manfridonie et ob duriciem lappidum, quos invenerunt ibidem, laborare ulterius nequiverunt, quos ab opere ipso recedi et ad laborandum in aliis locis ipsius operis portus Manfridonie deputari mandavimus, si[c]) de locis ipsis, in quibus laborant, sine dispendio et preiudicio[d]) ipsius operis bono modo poterunt auctoritate presencium ammoveri et in predicta tuffaria deputari, omnes vel partes ipsorum, sicut videritis oportunum, et, si nec ipsos in iurisdicione tua invenire poteris nec predicti alii ab eodem opere Manfridonie sine ipsius dapno et preiudicio ammoveri possent, omnes huiusmodi magistros scapatores propterea oportunos per litteras tuas requirere debeas a . . . iusticiario Terre Laboris, cui, quod ipsos ad requisicionem tuam inveniat et ad predictam fortiliciam tibi presentandos transmittat, nostre littere diriguntur. quibus magistris, undecumque ad tufaram ipsam advenient, et manipulis eciam eis necessariis, quos in iurisdicione tua invenies et deputes cum eisdem, per expensores operum dicte fortericie[e]) satisfacere undecumque[f]) facias de mercede ipsorum debita et statuta; cautus existens, quod, si magistros huiusmodi a predicto iusticiario Terre Laboris requirere predicto modo oporteat, efrenatam multitudinem non requiras et ultra, quam fuerint oportuni. quicquid autem de predictis omnibus feceris et ordinaveris, nobis et magistris racionalibus magne curie nostre per litteras tuas scribas. Dat. Melfie X. iulii VII. ind.

a) *so Reg.* b) *fehlt Reg.* c) *fehlt Reg.* d) preiudicium. e) *so Reg.* f) *Das Wort* undecumque *im Reg. ist sehr undeutlich. Danach folgt* et, *was sinnlos ist.*

308.

RA 1278/79 H n. 33 f. 100a. *Melfi 1279 Juli 10.*

Eidem iusticiario (Principatus). Cum mag. Stephanus Surrentinus et frater eius de Vico in operibus nostris cisterne fortelicie castri nostri Lucerie Sarracenorum pro facienda colla sive tonica necessarii reputentur: . . . precipimus, quatinus . . . cuilibet ipsorum . . . precipias, quod . . . ad opera ipsa se conferant, presentandos ibidem iudici Angelo et notario Iohanni Thomasii de Fogia expensoribus ipsorum operum ad tardius per totum XX. presentis mensis iulii . . ., nisi fuerint vel in opere Castri Novi, quod in Neapoli fieri facimus, vel aliis nostris operibus deputati; quo casu alios . . . ad opera ipsa predicto modo transmittas. Dat. Melfie X. iulii.

309.

I. Nuovi volumi di RA vol. I f. 48a. *Melfi 1279 Juli 13.*

Iohanni de Tilio iuniori capitaneo fortellicie castri Lucerie Sarracenorum, iudici Angelo Vincencii et notario Iohanni de Fogia expensoribus[a]) operis eiusdem fortellicie. Ex relacione Riccardi et Muse de

a) expensori.

Luceria nuper accepimus, quod magistri, qui faciebant matuncellos in operibus nostris ipsius fortellicie, infirmitate gravantur, ob quam in laborando intendere et vacare non possunt . . .: ecce iusticiariis nostris Principatus, Terre Laboris et Aprucii[1]) . . . iniungimus, quod quilibet ipsorum magistros 12 scientes facere matuncellos . . . ad opera ipsa transmittat . . . ad tardius per totum XXV. presentis mensis iulii . . .. Dat. Melfie, mense iulii, XIII. eiusdem.

II. RA 1278/79 H n. 33 f. 27b. — Auszug: Schulz IV 87 n. 225 und IV 206 n. 475 (unter falschem Jahre).

Eidem (iusticiario Aprucii). Cum pro operibus fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum magistri 12 scientes facere mattuncellos neccessarii reputentur: . . . precipimus, quatinus . . . magistros ipsos . . . ad opera ipsa transmittas . . ., presentandos ibidem ad tardius per totum XXV. presentis mensis iulii Iohanni de Tillio iuniori capitaneo ipsius fortellicie et iudici Angelo de Vincencio et notario Iohanni de Fogia expensoribus operum predictorum . . .. Dat. Melfie die XIII. iulii.

310.

Nuovi volumi di RA vol. I f. 48a. *Melfi 1279 Juli 13.*

Castellano castri et custodi defensarum Troie. . . . mandamus, quatinus ad requisicionem . . . capitanei . . . Lucerie . . . vel . . . expensorum operum ipsius fortellicie nuncios eorum . . . genestras in nemoribus seu defensis nostris . . . incidere . . . pro coquenda calce in calcariis operum eiusdem fortellicie . . . paciaris . . .. Dat. Melfie die XIII. iulii.

311.

RA 1277 F n. 28 f. 183b. *Lagopesole 1279 Juli 31.*

Iusticiario Capitinate. Pridem tibi per nostras litteras iniunximus[2]), ut quedam lignamina . . . necessaria pro quibusdam operibus nostris, que fiunt in fortillicia castri nostri Lucerie Sarracenorum, que mag. Iohannes de Tulio ingenierius . . . in nemoribus vicinis . . . invenniri posse asseruerat, . . . incidi et deferri faceres ad fortelliciam ipsam . . .. verum quia predictus mag. Iohannes . . . asseruit, quod tu, intendens . . . tantum ad faciendum incidi et deferri ad ipsa opera lignamina supradicta, magistris carpenteriis, manipulis et personis aliis, per quas lignamina ipsa laborari aptari et poni in dictis operibus debent, prout fuerit oportunum, necnon magistris fabris et personis aliis . . . mercedem eorum . . . denegas[a]) exhibere, nisi super hoc habeas speciale . . . mandatum . . .: precipimus, quatinus predictis . . . personis . . . in predictis operibus laborantibus necnon sutoribus cordarum pro ingeniis . . . mercedem . . . exhibeas . . .. Dat. aput Lacumpensilem, mense iulii, ultimo eiusdem, VII. ind.

[a]) denegant.

312.

RA 1278/79 H n. 33 f. 134b. *Lagopesole 1279 August 3.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia intelleximus, quod Iohannes de Tillio iunior capitaneus . . . infirmitate gravatur, ob quam operibus nostris eiusdem fortellicie vacare non potest, . . . ecce quod eidem Iohanni per litteras nostras iniungimus, ut, si convaluit, in opere ipso diligenter et ferventer intendat et specialiter in faciendis scappari et deferri tufis ad opus ipsum presenti estivo tempore, cum, nisi deferantur ad presens, commode scappari et deferri non poterunt tempore yemali . . ., vel, si forte adhuc infirmitate detentus ipsi operi personaliter non posset intendere, committat in hoc vicem suam alicui suo, de quo . . . plene confidat . . .. Dat. apud Lacumpensilem, mense augusti, III. eiusdem, VII. ind.

313.

I. RA 1277 F n. 28 f. 184a. RA 1278/79 H n. 33 f. 136a. *Lagopesole 1279 August 18.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Quia intelleximus, quod Iohannes de Tilio iunior miles capitaneus fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum . . . ivit ad partes Terre Ydronti pro videndo patre suo, qui dicitur esse infirmus, nolentes, quod occasione absencie sue opera ipsius fortellicie, quibus preerat, defectum aliquem paciantur: . . . precipimus, quatinus ordines aliquem virum sufficientem et ydoneum loco sui usque ad redditum suum super recipienda et expendenda pecunia pro expensis ipsius operis oportuna, sicut idem Iohannes iuxta commissionem[3]) suam per nos exinde sibi factam de mandato nostre celsi-

[1]) *n. II.* [2]) *n. 296.* [3]) *n. 180 II.*

tudinis faciebat, et sic ordines et procures, quod occasione absencie ipsius Iohannis processus ipsius operis non impediatur vel in aliquo retardetur, set in eo cum oportuna sollicitudine et diligencia procedatur. *[2]* et ecce quod . . . iusticiario Aprucii per litteras nostras iniungimus[1]), ut incontinenti querat et inveniat in iurisditione sua magistros bonos muratores 15 et incisores lapidum totidem et ipsos ad te incontinenti mittat in opere ipso moraturos . . .. *[3]* nomen autem et cognomen illius, quem loco ipsius Iohannis in faciendis dictis expensis statueris, celsitudini nostre et magistris racionalibus etc. per litteras tuas scribas. *[4]* et illi, quem ad hoc statueris, pecuniam exhibeas oportunam pro expensis predictis, iuxta quod predicto Iohanni exhibere debebas. *[5]* et instes aput expensores ipsorum operum opportune[a]) et etiam, si expedierit, importune, quod sic diligenter et sollicite in opere ipso procedant, quod cum feliciter ibi in proximo . . . fuerimus, effectus laudabilis operum te et ipsos commendabiles representet. alias enim super statuendo loco dicti capitanei milite tecum deputato vel aliquo ydoneo et fideli nostras recolimus litteras destinasse. *[6]* mandamus preterea tibi, ut eidem capitaneo vel statuendo loco sui et expensoribus ipsorum operum manipulos neccessarios pro opere taluti, pileriorum et scale, cisterne et anditus murorum necnon grates et perticas neccessarias pro elevandis pileriis et taluto facias exhiberi. Dat. aput Lacumpensilem die XVIII. augusti.

a) *fehlt Reg.*

II. RA 1278/79 H n. 33 f. 37b.

Eidem (iusticiario Aprucii). . . . precipimus, quatinus . . . magistros muratores 15 et totidem incisores lapidum . . . mittas ad . . . iusticiarium Capitanate . . . in opere ffortellicie castri nostri Lucerie moraturos . . .. Dat. apud Lacumpensilem, mense augusti, XVIII. eiusdem, VII. ind.

314.

RA 1277 F n. 28 f. 184a. RA 1278/79 H n. 33 f. 135b. *Lagopesole 1279 August 20.*

Guidoni de Alamania iusticiario Capitinate. Satis expresse . . . tibi scripsisse recolimus . ., ut pro operibus, que in fortellicia castri nostri Lucerie Sarracenorum fieri facimus, exhiberes . . . neccessariam pecunie quantitatem . . .: verum quia referente nuper mag. Iohanne de Tullo ingenierio . . . nostra serenitas intellexit, quod in exhibenda pecunia pro aptandis lignaminibus et aliis neccessariis in eisdem operibus faciendis . . . difficilem te ostendis . . .: precipimus, quatinus . . . pecuniam oportunam . . . largiaris . . .. Dat. aput Lacumpensilem die XX. augusti.

315.

RA 1278/79 H n. 33 f. 188b. *Lagopesole 1279 August 20.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). Quia infrascripta lignaminum quantitas est pro opere cappelle nostre, quam fieri facimus in fortellicia castri nostri Lucerie, oportuna: . . . precipimus, quatinus . . . tabularum 2300 de simia pro copertura et scarsia eiusdem capelle et tabulas de ulmo vel de frassino 30, quamlibet videlicet longitudinis palmorum 12 et amplitudinis palmorum $2\frac{1}{2}$ pro faciendis portis et fenestris in dicta capella, meliores quas poteris invenire, . . . emas, precio quo poteris meliori, et ipsas cum expensis curie nostre . . . ad predictam fortelliciam Lucerie assignandas pro parte curie nostre mag. Iohanni de Tullio . . . ad tardius usque per totum XV. instantis mensis septembris proximo future VIII. ind. debeas destinare . . .. Dat. apud Lacumpensilem die XX. augusti.

316.

RA 1278/79 H n. 33 f. 136b. *Lagopesole 1279 August 27.*

Eidem (iusticiario Capitinate). . . . recepimus . . . tuas litteras continentes, *[1]* quod, inquisito per te de scappatoribus mortuis et infirmis de numero deputatorum ad scappandos tufos pro fortellicia castri nostri Lucerie Sarracenorum, invenisti, quod scappatores ipsi . . . in parte decesserunt et in parte infirmitate oppressi ab ipso opere fere totaliter recesserunt, et . . . nequisti . . . alios invenire, qui non sint infirmi aut in aliis nostris operibus deputati, et *[2]* cum velles de illis magistris 14, qui in fossato castri Manfridonie laborabant et ob duriciem lapidum ibi non poterant laborare, propter quod ipsos operi portus dicte terre serenitas nostra mandaverat deputari, ad scappandum predictos tufos pro opere predicte fortellicie deputare, invenisti, quod 7 ex eis graviter infirmantur et reliqui 7 sunt ibi adeo oportuni, quod non possent abinde absque gravi dampno ipsius operis amoveri, et demum *[3]* cum pro mittendis tibi aliis magistris

1) *n. II.*

. . . requisiveris . . . iusticiarium Terre Laboris . . ., cui de missione magistrorum ipsorum nostra scripserat celsitudo[1]), . . . dictus iusticiarius, asserens nullum mandatum nostrum proinde recepisse, magistros ipsos mittere non curavit: super quibus tibi taliter respondemus, quod eidem iusticiario de mittendis tibi magistris ipsis . . . scripsimus et iterato sibi . . . iniungimus, ut . . . magistros ipsos . . . ad te destinare procuret, quem inde . . . requiras, faciens in scappandis et deferendis dictis tufis . . . cum eo studio . . . procedi, quod in hoc defectus aliquis non intersit; et fieri facias ibi tantum et talem apparatum ipsorum tuforum matuncellorum calcis et aliorum neccessariorum eidem operi presenti extivo tempore, donec commoditas temporis affuerit, quod veniente tempore hyemali . . . in continuando ipso opere procedatur . . ., ut in adventu nostro felici, qui erit in brevi, ad partes ipsas . . . inveniamus ea omnia parata . . . . Dat. apud Lacumpensilem die XXVII. augusti.

317.

RA 1278/79 H n. 33 f. 38b. *Lagopesole 1279 August 28.*

Eidem iusticiario (Aprucii). Pridem tibi . . . mandavimus[2]), ut magistros 12 . . . expertos in faciendis matuncellis pro opere fortellicie castri nostri Lucerie Saracenorum . . . ad opus ipsum . . . destinares; verum quia iudex Angelus de Vincentio et notarius Iohannes de Fogia expensores eiusdem operis nuper celsitudini nostre . . . intimarunt, quod tu magistros ipsos . . . mittere non curasti, . . . precipimus, quatinus . . . magistros ipsos . . . ad predictum opus ulterius non differas destinare . . . . Dat. apud Lacumpensulem XXVIII. augusti.

318.

RA 1279 A n. 34 f. 151a. *Lagopesole 1279 September 5.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Ex parte universitatis s. Severi . . . fuit expositum coram nobis, quod olim mense decembris proximo preteriti, te requirente ab ipsis, ut vel 2 currus expensis propriis vel 6 ad expensas nostre curie ad opus fortellicie Lucerie deputarent, ipsi 2 . . . expensis propriis eligentes ad predictum opus Lucerie destinare, illos . . . destinarunt; nunc vero predictis 2 curribus . . . nequaquam contentus 8 currus . . . ab eis exigis . . .; cumque in predicto castro non adeo instanter procedatur ad presens, quod habere 2 currus a predicta terra non sufficiat: . . . mandamus, quatinus predictis 2 curribus contentus ad exibendum tibi maiorem quantitatem . . . universitatem ipsam . . . non compellas . . . . Dat. aput Lacumpensilem die V. septembris.

319.

RA 1279 A n. 34 f. 150b. RA 1279/80 A n. 36 f. 33a. *Melfi 1279 September 22.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia significasti culmini nostro, te non habere de pecunia . . . necessariam quantitatem exhibendam iudici Angelo et notario Iohanni de Fogia expensoribus operum fortellicie castri Lucerie . . . et iudici Manfrido de Manfridonia et Nicolao de Tancredo de predicta terra Fogie expensoribus operum ipsius terre Manfridonie pro expensis ipsorum operum . . . precipimus, quatinus . . . ipsis . . . necessariam quantitatem pecunie . . . exhibeas in defectu alterius fiscalis pecunie de pecunia precii presentis nove monete nostre denariorum . . . . Dat. Melfie XXII. septembris.

320.

RA 1279 A n. 34 f. 150b. RA 1279/80 A n. 36 f. 33a. *Melfi 1279 September 25.*

Iusticiario Capitinate. . . . precipimus, quatinus . . . capitaneo ipsius fortellicie et expensoribus . . . pecuniam oportunam pro expensis operum . . . exhibeas de quacumque fiscali pecunia . . . aut, in ipsius . . . defectu, de pecunia mutuanda per te vel per amicos tuos . . . et etiam de pecunia precii nove denariorum monete . . ., ut . . . in eo sic ferventer . . . procedatur, ut in adventu nostro felici ad partes ipsas, qui erit in proximo . . . inveniamus ibi . . . bene fuisse processum[a]) . . . . Dat. Melfie, mense septembris, XXV. eiusdem, VIII. ind.

[a]) processu.

321.

RA 1279 A n. 34 f. 152b. *[illegible] 1279 October 11.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Cum scire velimus totam . . . pecuniam solutam per te . . . pro omnibus operibus Lucerie Sarracenorum . . . post diem felicis recessus nostri . . . in anno VII. ind. proxime

[1]) Vgl. n. 307. [2]) n. [illegible]

preterite . . . tam expensoribus taluti, cisterne, quam aliorum murorum et operum quorumcumque: . . . mandamus . . ., quatinus . . . totam predictam pecuniam, solutam . . . usque per totum XI. mensis octubris presentis VIII. ind., per litteras et quaternum . . . nobis et magistris racionalibus . . . significare procures . . .. Dat. Lucerie Sarracenorum XI. octubris VIII. ind.

322.

I. RA 1276 A n. 26 f. 253a. RA 1279/80 B n. 37 f. 5b. *Foggia 1279 Oktober 15.*

Iohanni de Tilio iuniori. *[1]* Cum ultra tumbarellos 3 in opere taluti ipsius fortellicie deputari velimus: . . . precipimus, quatinus . . . fieri facias . . . dictos tumbarellos 3 . . ., pro quibus tumbarellis 3 trahendis tibi per Petrum de Hugot militem marestalle nostre magistrum . . . equitaturas 6 convenientes ad hoc mandavimus assignari[1]) . . .; quos tumbarellos statim, quod facti fuerint, in opere dicti taluti debeas deputare. *[2]* sellas vero brilias et collaria cum toto alio apparatu ad trahendum ipsos per iusticiarium Terre Bari . . . mandavimus assignari[2]). *[3]* et quia mandavimus dicto Petro[3]), quod alias equitaturas 6 iudici Angelo et notario Iohanni de Fogia expensoribus dicti operis pro trahendis tumbarellis debeat[a]) assignare; et sic erunt ibi pro trahendis ipsis tumbarellis, computatis 18 equitaturis, que nunc ibi sunt, equitature 30 pro trahendis tumbarellis 15, ad racionem de equitaturis 2 pro quolibet tumbarello: . . . mandamus, quod ipsi tumbarelli 15 deputentur in servicio dictorum operum modo subscripto: videlicet quod 8 ex eis assignentur predictis iudici Angelo et notario Iohanni pro portandis saburris; et pro portanda arena tumbarelli 3 similiter assignentur eisdem; et reliquos 4 retineas et deputes pro portandis calce arena et saburris taluti et pileriorum, sicut ordinavimus et mandavimus te presente. Dat. Fogie die XV. octubris.

[a]) debeant.

II. RA 1279 A n. 34 f. 194a.

Eidem iusticiario (Terre Bari). *[1]* . . . mandamus . . ., quatinus . . . currus 36 . . . et iuga 36 cum . . . toto . . . apparatu . . . transmittas . . . ad . . . fortelliciam castri nostri Lucerie assignandos . . . expensoribus . . .. *[2]* mandamus . . ., quatinus . . . emas . . . sellas 12 et brilias 12 cum . . . apparatu . . . necessario pro equis 12 deputandis ad trahendum tumbarellos . . ., quas . . . assignes . . ., videlicet 8 de ipsis . . . capitaneo . . . et reliquas 4 . . . expensoribus . . .. Dat. Fogie XV. octubris VIII. ind.

III. RA 1279 A n. 34 f. 153a. RA 1279/80 A n. 36 f. 33b.

Eidem iusticiario (Capitinate). *[1]* . . . precipimus, quatinus de ordeo curie nostre terragiorum Lucerie . . . annonam sufficientem pro equitaturis 30 deputandis in trahendis 15 tumbarellis operum fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum, videlicet ad requisicionem . . . expensorum operis murorum pro equitaturis 22 et ad requisicionem . . . capitanei . . . pro equitaturis 8, ad racionem de tercia parte thumini pro qualibet equitaturarum ipsarum per noctem, . . . largiaris . . .. *[2]* et quia currus 36 . . ., preter alios 6 . . . existentes ibidem, mandavimus[4]) pro serviciis ipsorum operum deputari, videlicet 24 in operibus taluti et pileriorum . . . et reliquos 12 in aliis operibus . . .: precipimus, quatinus . . . boves 144 . . . pro trahendis curribus ipsis . . . emere debeas . . .. Dat. Fogie XV. octubris VIII. ind.

IV. RA 1278 B n. 30 f. 158a; ibid. f. 157b. RA 1279/80 A n. 36 f. 1b.

Eidem iusticiario (Aprucii). Cum in operibus fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum magistros fabricatores 20 . . . providerimus deputandos — de quibus erunt 6 in muro cortine ambitus ipsius castri, 8 videlicet in duabus turribus ipsius muri, qui elevatus est, ad racionem de magistris 4 pro qualibet turri, et reliqui 6 in tabulamento et antepectore faciendis — et mandaverimus, quod ex magistris ipsis mittantur 10 per te et reliqui 10 per iusticiarium Terre Bari[5]) . . .: precipimus, quatinus . . . magistros ipsos 10 . . . in terra Lanzani et aliis terris iurisdictionis tue magis vicinis predicte terre Lucerie . . . invenire et ad dictum opus destinare procures . . . expensoribus ipsius operis presentandos . . .. Dat. Fogie die XV. octubris.

V. RA 1279 A n. 34 f. 193b bis 194a.

Eidem iusticiario (Terre Bari). Cum in operibus fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum magistros fabricatores 20, magistros scappatores tuforum 11 et incisores tuforum 4 . . . mandaverimus deputari, de quibus magistris fabricatoribus providimus, quod 10 per te et reliqui 10 per iusticiarium Aprucii[6]) . . . transmittantur . . .: precipimus, quatinus dictos magistros fabricatores 10, scappatores tuforum 11 et

[1]) *n. VI.* [2]) *n. II § 2.* [3]) *n. VI.* [4]) *n. II § 1.* [5]) *n. V.* [6]) *n. IV.*

incisores tuforum 4 . . . ad opera ipsa destinare procures . . ., presentandos . . .: videlicet [1] iudici Angelo et notario Iohanni de Fogia expensoribus . . . dictis fabricatoribus 20 cum 3 ex predictis scappatoribus et 4 incisoribus predictis — deputandis in predictis operibus modo subscripto: videlicet de predictis 20 fabricatoribus 6 in muro cortine, 8 in duabus turribus ipsius muri[a]), qui elevatus est, ad racionem de magistris 4 pro qualibet turri, et reliquis 6 in tabulamento et antepectore faciendis; item predictis 3 scappatoribus in opere cisterne et predictis incisoribus tuforum pro incidendis cantonibus turrium et lapidibus unius fenestrarum —; et [2] reliquis 8 scappatoribus presentandis Iohanni de Tilio capitaneo . . . pro opere taluti et pileriorum . . .. Dat. Fogie XV. octubris VIII. ind.

a) muli.

VI. RA 1276 B n. 26 f. 252a. RA 1279/80 B n. 37 f. 5b.

Petro de Hugot marestalle (magistro). . . . precipimus, quatinus Iohanni de Tillio iuniori . . . equitaturas 6 et iudici Angelo et notario Iohanni de Fogia expensoribus operis dicte fortellicie alias equitaturas 6 . . . pro trahendis tumbarellis dictorum operum assignes . . .. Dat. Fogie die XV. octubris.

VII. RA 1276 B n. 26 f. 252a.

Gayto Madio de Luceria. . . . precipimus, quatinus iudici Angelo de Vincentio et notario Iohanni de Fogia . . . magistros . . . pro faciendis matuncellis . . . et manipulos neccessarios pro eisdem operibus . . . de predicta terra Lucerie debeas exhibere . . .. Dat. Fogie die XV. octubris.

323.

I. RA 1276 B n. 26 f. 253b bis 254a. *Manfredonia 1279 Oktober 17.*

Iudici Angelo et notario Iohanni de Fogia expensoribus operum fortelicie castri Lucerie Sarracenorum. Nuper cum in dictis operibus presentes extitimus, de ipsis operibus vobis presentibus ordinavimus in hunc modum: videlicet:

[1] quod in qualibet turri, que fieri debet, non fiant arcerie, set fenestre 3, videlicet in qualibet latere fenestra 1. et in facie cuiuslibet turris ex parte interiori fiat fenestra alia. quarum fenestrarum quelibet sit altitudinis palmorum 3 et amplitudinis palmi 1½, eritque ferrata 3 ferris, 1 scilicet per longum et 2 per traversum. et quelibet fenestrarum ipsarum sit ex parte exteriori de lapidibus vivis et ex parte interiori de matonibus. [2] item quod sint continue in dicto opere magistri fabricatores 20, quorum 6 laborent continue in muris cortine circuitus dicti castri, 8 vero in duabus turribus muri, qui elevatus est, videlicet 4 in qualibet turrium earundem, et reliqui 6 deputentur in tabulamento et antepectore faciendis. [3] cantones quoque cuiuslibet ipsarum turrium fiant de tufis. [4] et dicti magistri, qui debent facere turres, faciant antepectus in eis et non crinellos ad presens. qui antepectus erit altitudinis palmorum 4½. [5] item mandavimus, quod 4 incisores tuforum pro incidendis cantonibus dictarum turrium et vivis lapidibus dictarum fenestrarum et 3 scappatores tuforum pro scappandis tufis pro opere cisterne ultra alios, qui ibi sunt, debeant deputari. de quibus predictis magistris fabricatoribus 10 per Guilielmum Bonelli iusticiarium Aprutii[1]) de terra Lanzani et aliis terris iurisdictionis sue viciniorihus[a]) dicte terre Lucerie[b]), reliquos 10 per Fulconem de Roccafolia iusticiarium Terre Bari[2]) de Minervino Canusio Andria et aliis terris [illegible] similiter viciniorihus ipsi terre Lucerie cum predictis 3 scappatoribus[c]) et 4 incisoribus tuforum ad opus ipsum mandavimus sine mora qualibet destinari, presentandos vobis . . .. [6] ordinavimus etiam, quod currus 12 boni et ferrati pro opere cisterne et pro deferendis cantonibus turrium et pro portandis tufis ultra 6 currus nunc ibi existentes, qui deputentur in [illegible], retineatis continue in operibus ipsis, ut in eis ferventer sine defectu aliquo procedatur. quos currus 12 cum [illegible] eorum ad trahendum eos per dictum iusticiarium Terre Bari[3]) statim emi et vobis mitti et assignari mandavimus, iniungendo . . . iusticiario Capitinate[4]) . . ., ut boves 48 necessarios pro trahendis curribus ipsis 12, ad racionem de bubus 4 pro quolibet curru, statim emat et vobis assignet sine qualibet tarditate. [7] item ordinavimus et mandavimus, quod tumbarelli 8 pro deferendis [illegible] et taburrelle[d]) 3 pro deferenda [illegible] operum continue deputentur. et cum sint ad presens in dicto opere tumbarelli 12, fieri mandavimus[e]) alios taburrellos 3 per Iohannem de Tilio capitaneum dicte fortellicie, ut sint [illegible] taburrelli[5]) 18 deputandi

a) so Reg. b) Nucerie. c) so Reg. d) so Reg. e) so Reg.

1) n. 322 II. 2) n. 322 I [illegible] 3) [illegible] 4) [illegible]
5) n. 322 I.

in servicio dictorum operum modo subscripto: videlicet per vos 8 pro deferendis saburris et 3 pro deferenda arena, ut dictum est, et reliqui 4 per ipsum Iohannem de Tilio pro deferendis calce arena et saburris predictorum operum taluti pileriorum et scale, sicut sibi dedimus in mandatis. *[8]* et cum sint ibi in custodia dicti Iohannis de Tilio pro trahendis tumarellis[f]) ipsis equitature tantum . . . 18: iniungimus per litteras nostras[1]) Petro Hugot marestalle nostre magistro etc., ut equitaturas alias 12 necessarias . . . [pro][g]) trahendis ipsis, 6 videlicet vobis et 6 ipsi capitaneo, debeat exibere, ut sint ibi pro trahendis omnibus ipsis 15 tumbarellis . . . [30][g]) equitature ad racionem de equitaturis 2 pro quolibet tumbarellorum ipsorum. de quibus equitaturis 30 vos habeatis equitaturas . . . [22][g]) pro trahendis dictis tumbarellis 11, qui pro comissis vobis operibus deputentur. et reliquas equitaturas 8 habeat dictus Iohannes pro reliquis tumbarellis 4, qui[h]) in predictis sibi commissis operibus deputentur. *[9]* pro quibus omnibus equitaturis 30 annonam sufficientem ad racionem de tercia parte tumuli pro qualibet ipsarum per noctem per eundem iusticiarium Capitinate precipimus exiberi[2]). *[10]* mandavimus gayto Madio[3]) de predicta terra Lucerie . . ., ut ad requisicionem vestram magistros scientes facere matuncellos et manipulos oportunos, sub mercede statuta eis per curiam nostram per vos solvenda, vobis debeat exibere.

quare vobis districte precipimus, quatinus in faciendis fieri predictis operibus, sicut per nos vobis presentibus de singulis est provisum et superius declaratur, cum omni studio et sollicitudine diligentissime procedatis et procedi, sicut expedit, faciatis; recipientes et deputantes in dictis operibus dicto modo magistros predictos per dictos iusticiarios destinandos . . .. recipiatis eciam currus et boves predictos, quos vobis predicti iusticiarii destinabunt et facient assignari. et requiratis ab ipso iusticiario Capitinate predictam annonam, exibendam per eum predictis 22 equitaturis tumburrellorum[i]) 11, et a predicto gayto predictos magistros matuncellorum et manipulos oportunos, prout superius declaratur, et a predicto magistro marestalle equitaturas predictas . . .. et deputetis dictos currus et tumbarellos in dictis operibus, ut est dictum. et significetis per litteras vestras celsitudini nostre et magistris racionalibus etc. diem, quo predictos magistros fabricatores scappatores et incisores lapidum tuforum ac currus et boves recipiendos duxeritis, et si dictus etiam iustitiarius Capitinate in exhibenda predicta annona et prefatus gaytus in exhibendis predictis magistris et manipulis negligentes et indevoti extiterint seu quemcumque defectum commiserint, et quem, ut contra eos, qui super exequendis mandatis nostris eis exinde factis sollicitudinem debitam non exhibuerint, ut mandamus, pena debita procedatur et de omni dampno incomodo et interesse, quod ex aliquorum defectu in predictis serviciis nostris evenerit, de propriis bonis illorum, qui defectus in illum commiserint, curia nostra servetur indepnis. Dat. Manfridonie XVII. octubris.

f) *so Reg.* g) *im Register Lücken infolge Beschädigung des Blattes durch Feuchtigkeit.* h) *fehlt Reg.* i) *so Reg.*

II. RA 1276 B n. 26 f. 253a.

Expensoribus fortellicie castri Lucerie. Licet significaverimus vobis[4]) . . ., quod pro trahendis 12 currubus . . . boves 48 per . . . iusticiarium Capitinate . . . vobis mandavimus destinari[5]), tamen post missionem litterarum ipsarum ipsi Guidoni precipimus[6]), quod non nisi tantum boves 16 vobis assignet, iniungentes per alias litteras nostras iusticiario Basilicate[7]) . . ., ut . . . reliquos boves 32 . . . vobis debeat destinare de bubus 64 arrestatis per eum inter bona quondam Heustasii de Iuveniaco . . ., reliquis bubus 32 ad opus portus Manfridonie destinandis . . .. Dat. ut supra.

III. RA 1279 A n. 34 f. 153b.

Eidem iusticiario (Capitinate). *Mandat gemäß n. II.* Dat. Manfridonie XVII. octubris.

IV. RA 1279 A n. 34 f. 179a.

Eidem iusticiario (Basilicate). *Mandat gemäß n. II.* Dat. Manfridonie XVII. octubris VIII. ind.

324.

RA 1276 B n. 26 f. 253ab. *Manfredonia 1279 Oktober 17.*

Eidem capitaneo Iohanni de Tilio iuniori. Scire te volumus, quod nuper, cum in opere predicto presentes extitimus ordinavimus et mandavimus te presente:

[1] quod in opere taluti fossati pileriorum et scale dicti operis pro scappandis tufis deputentur magistri 8 superaddendi ultra numerum aliorum 4 scappatorum, qui ibi ad presens existunt, quos scappatores per . . . iusticiarium Terre Bari de terris iurisdictionis sue vicinioribus ipsi terre Lucerie, a quibus melius

1) *n. 322 VI.* 2) *n. 322 III § 1.* 3) *n. 322 VII.* 4) *n. I § 6.* 5) *n. 322 III § 2.* 6) *n. III.* 7) *n. IV.*

et brevius haberi et mitti poterunt, ad opus ipsum mandavimus destinari[1]) . . .; quos magistros recipias et in opere ipso deputes ac facias diligenter et sollicite laborare . . . . */2/* item . . . mandavimus[2]) . . ., quod . . . [emat idem][a]) iusticiarius currus 24 cum apparatibus necessariis ad trahendum eos et tibi transmittat, deputandos per te pro deferendis [. . .][a]) et lapidibus [. . .][a]) vivis necessariis pro predicto opere taluti pileriorum et scale, ultra currus alios, qui sunt ibi, pro quibus trahendis boves [96 . . .][a]) racionem de bubus 4 pro quolibet curru per . . . iusticiarium Capitinate emi et tibi mandavimus assignari[3]), quos [. . .][a]) cum eorum apparatibus. et quos boves recipias et in serviciis ipsis deputes, prout fuerit oportunum. */3/* item . . . mandavimus, quod ultra 12 tumbarellos existentes ad presens in operibus dicti castri fiant ad huc alii tumbarelli 3, quos per te fieri precepimus[4]) per alias nostras litteras tibi missas. et sic erunt ibi tumbarelli 15, factis tumbarellis ipsis 3. */4/* pro quibus 15 tumbarellis trahendis equitaturas 30, ad racionem de equitaturis 2 pro quolibet tumbarello, providimus deputandas. de quibus 30 equitaturis sunt ad presens in ipso opere 18; reliquas vero 12 per Petrum de Hugot militem marestalle nostre magistrum, 6 videlicet tibi et 6 iudici Angelo et notario Iohanni de Fogia expensoribus aliorum operum iuximus assignari[5]). de quibus 15 tumbarellis retineas et deputes 4 pro deferendis tufis calce arena et sablone predictorum taluti pileriorum et scale, reliquis 11 per dictos expensores in aliis operibus, sicut eis iniunximus[6]), deputandis. */5/* de exhibenda autem annona pro dictis equitaturis ipsorum omnium tumbarellorum predicto iusticiario Capitinate mandatum nostre celsitudinis destinamus[7]), ad racionem videlicet de tertia parte tumini pro qualibet earum per noctem.

ideoque . . . precipimus, quatinus predictos 3 tumbarellos faciendos per te diligenter et bene fieri facias sine qualibet tarditate recipiasque currus magistros et boves predictos tibi, ut predicitur, destinandos. et sic bene ac ferventer, prout tibi mandavimus, in dicto opere procedas et procedi facias cum omni studio diligentia et sollicitudine oportunis, quod effectus operis te merito commendabilem nostre celsitudini representet. de predictis insuper equitaturis 18, que ad presens in custodia tua sunt, retineas equitaturas 2, ut computatis ipsis 2 equitaturis per te retinendis et aliis 6 equitaturis recipiendis a predicto Petro de Hugot habeas equitaturas 8 pro dictis tumbarellis 4 deputandis per te in opere taluti pileriorum et scale . . . . Dat. Manfridonie XVII. octobris VIII. ind.

[a]) *im Register Lücken infolge von Verletzung des Blattes.*

325.

I. RA 1279 A n. 34 f. 153a. *[illegible] Oktober 17*

Eidem (iusticiario Capitinate). Pro parte universorum hominum casalis s. Andree de Staccilis . . . nostre fuit excellencie . . . supplicatum, quod, cum ipsi haberent in operibus tortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum . . . currus 2 ac ipsi magis elegerint pro eorum utilitatibus . . . solvere camere nostre, ut eximantur a missione ipsorum curruum per annum unum . . ., unc. aur. 20 . . ., quam mittere currus ipsos . . . precipimus, quatinus ab hominibus ipsis dictas unc. aur. 20 . . . recolligere debeas . . . ac, recollecta . . . pecunia ipsa . . ., dictos homines a prestacione ipsorum curruum per totum predictum annum . . . eximas Dat. Manfridonie, anno domini 1279, die XVII. octubris, VIII. ind.

II. RA 1279 A n. 34 f. 153b.

Eidem iusticiario (Capitinate). *Gleiches Mandat* pro hominibus Salparum [illegible]. Dat. Manfridonie XVII. octubris VIII. ind.

III. Similes facte sunt eidem iusticiario pro hominibus Cornefi. Dat. ut supra.

IV. Similes facte sunt eidem iusticiario pro hominibus s. Severi. Dat. ut supra.

326.

RA 1279 A n. 34 f. 153b. *[illegible] 1279 Oktober 20*

Similes[8]) facte sunt eidem iusticiario pro hominibus Fogie. Dat. Manfridonie die XX. octubris VIII. ind.

327.

RA 1279 A n. 34 f. 153b. *[illegible] Oktober 24*

Similes[9]) facte sunt eidem pro universitate Esculi. Dat. Manfridonie die XXIIII octubris VIII. ind.

[1]) *n. 322 I.* [2]) [illegible] [3]) [illegible] [4]) [illegible]
[5]) *n. 322 VI.* [6]) *n. 323 § 7.* [7]) *n. 322 III § 1.* [8]) *Wie n. 325.* [9]) *Wie n. 325.*

328.

RA 1279/80 B n. 37 f. 58b. *Manfredonia 1279 Oktober 24.*

Iudici Angelo Vincencii et notario Iohanni Thomasii de Fogia expensoribus pecunie operum murorum et cisterne Lucerie. Cum nos mag. Riccardum de Fogia et mag. Simonem de Lanzano . . . superastantes operis murorum, cisterne, taluti et fossati et aliorum operum castri nostri Lucerie duxerimus ordinandos, . . .: **mandamus, quatinus cuilibet ipsorum . . . tar. aur. 1 per diem . . . exolvere procuretis . . .. Dat. Manfridonie die XXIIII. octubris.**

329.

RA 1279 A n. 34 f. 155b. *Manfredonia 1279 Oktober 29.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Benigne recepimus et intelleximus litteras tuas . . ., per quas intimasti, /1/ te recepisse pridem per quasdam nostras litteras[1]) in mandatis, ut pro equitaturis 30 deputandis in trahendis 15 tumbarellis operum fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum . . . de ordeo terragiorum **Lucerie . . . annonam sufficientem exhibere deberes, set, quia expensores ipsi de . . . 22 equitaturis . . . ob** defectum predictorum tumbarellorum, de quibus nondum habent nisi 3 tantum, deputaverunt in predictis 3 tumbarellis . . . 6 equitaturarum ipsarum, dubitas predictam annonam exhibere pro reliquis 16 . . .; /2/ continebant etiam ipse littere tue, te non habere de predicto ordeo terragiorum nisi tantum salmas 52, quod modico tempore pro annona ipsa sufficere reputatur . . .: super quibus tibi respondentes iniungimus, quod . . . ordeum pro annona equitaturarum ipsarum, que nondum deputate sunt in tumbarellis predictis **trahendis . . ., ad racionem de quarta parte thumini tantum . . . per noctem, et inantea, postquam . . .** deputate fuerint, ad racionem de tercia parte thumini per noctem . . ., de ordeo predictorum terragiorum **. . . aut de quocumque alio ordeo curie nostre . . . debeas exhibere . . .. Dat. Manfridonie, anno domini 1279, die XXVIIII. octubris, VIII. ind.**

330.

RA 1279 A n. 34 f. 197a. *Molfetta 1279 November 9.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). . . . precipimus, quatinus . . . emere debeas . . . cantaria plumbi 4, stagni rotulos 50 et acçari rotulos 50 ad cantarium et rotulum generale et ea omnia ad castrum nostrum Lucerie Saracenorum deferri facias . . . assignanda ibi mag. Iohanni de Trullo[a]) ingegerio[b]) nostro pro capelle **hopere[c]) nostre, que fit . . . in castro predicto . . .. Dat. Melficte IX. novembris.**

[a]) *so Reg.* [b]) *so Reg.* [c]) *so Reg.*

331.

RA 1279 A n. 34 f. 157b. *Noia 1279 November 13.*

Petro de Somvilla. . . . te iusticiarium Capitinate, ammoto inde Guidone de Alamania . . ., duximus statuendum, . . . mandantes, quatinus . . . recipias a predicto Guidone . . . mandata nostra directa sibi tam super operibus nostris, que fieri facimus in Manfridonia, videlicet murorum, turrium, castri novi et portus ipsius terre, et etiam in fortellicia castri nostri Lucerie Sarracenorum, quam super aliis negociis . . .; et recipias ab eodem Guidone quantitatem totam pecunie curie nostre . . . et . . . ad cameram nostram castri Salvatoris ad Mare de Neapoli . . . destinare procures . . ., deducta quantitate illa, que pro predictis operibus nostris extalleriis et expensoribus eorum per eundem processorem tuum . . . exhiberi debuit et exhibita non est . . .. Dat. apud Noham die XIII. novembris VIII. ind.

332.

RA 1279 A n. 34 f. 158b. RA 1279/80 A n. 36 f. 36a. *Brindisi 1279 November 19.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Cum Iohannes de Tilio iunior . . . de medio sit sublatus . . ., mandamus, quatinus . . . militem tecum deputatum ad gagia nostra in eadem fortelicia . . . statuere debeas, qui capitaniam ipsam . . . exerceat . . ., quousque ad id alium ordinemus . . .. et tam pro ipsis operibus, que in fortelicia ipsa fiunt, quam pro operibus murorum, castri novi, turris et portus Manfridonie pecuniam oportunam exhibeas . . .. Dat. Brundusii XVIIII. novembris.

[1]) *n. 322 III § 1.*

333. *Monopoli 1279 November 27.*

I. RA 1276 B n. 26 f. 268b bis 269a. F. 268 ist an der linken unteren Ecke mit Textverlust beschädigt.

Iudici Angelo Vicentii et notario Iohanni de Fogia expensoribus operum murorum et cisterne fortellicie castri Lucerie. Receptis . . . litteris vestris . . ., *[1]* quia significastis per eas, quod de bubus missis vobis[a]) . . . per Poncium de Blancaforte iusticiarium [Basilicate][b]) pro trahendis curribus dicti operis non recepistis nisi tantum boves 11, asserentes, aliquos alios esse veteranos et macilentos . . . miramur . . . de indiscreto processu vestro . . ., cum incredibile reputetur, quod boves ipsi, [quos ipse][b]) iusticiarius bonos et utiles esse scripserat, sic subito inutiles sunt effecti, propter quod eos non deculsitis retinere [illegible] set pocius creditur, quod in dapnum et prorogacionem ipsius operis ad excusandum defectum vestrum in eo habitum videa[mini ipsos][c]) recepisse: de quo volumus vos teneri, qui boves esse debuerunt 48 pro trahendis 12 curribus . . .. et ecce, quod eidem iusticiario . . . precipimus[1]) iterato, ut boves ipsos . . . vobis assignare procuret . . .. *[2]* super alio vero, quod scripsistis, quod [. . . . .][c]) valeret 5 pro deferendis saburris, 3 pro deferanda arena dictorum operum per vos mandavimus [. . . . .][c]) Iohannem de Tillio capitaneum ipsius fortellicie de 12 tumbarellis, qui in opere ipso erant [. . . . .][c]) tumbarellos 4 veteres fractos et ad laborandum inutiles cum arnesio fracto . . . [. . . .][c]) non potestis habere pro eo, quod . . . in fortellicia ipsa non sunt et quod de arnesio . . . per iusticiarium Terre Bari non fuit vobis assignatum, sed pro 4 tumbarellis, et reliqua ipsorum apparatuum fuerunt in dicta fortellicia vicecapitaneo ipsius [illegible] mirantes . . . pro eo maxime, quod dictus quondam Iohannes et Bernardus . . . dudum asseruerunt, quod ipsi 12 tumbarelli omnes in opere ipso erant: ecce quod iusticiario Capitinate et [illegible] Bernardo . . . iniungimus[2]), ut ipsos reliquos tumbarellos 7 et necessarium apparatum pro eis vobis [illegible] assignent, quos ab eis recipere debeatis, eos . . . in servicio dicti operis deputantes cum aliis predictis 4 [illegible] . . . reparari . . . faciatis; sic diligenter . . . in ipso opere processuri, quod, cum erimus ibi die lune proximo futuri mensis decembris . . ., inveniamus, ibi a XV. octubris proximo preteriti, quo inde recessimus, usque tunc . . . bene fore processum . . .. Dat. Monopoli die XXVII. novembris.

a) nobis. b) *unlesbar durch Verletzung des Bandes.* c) *[illegible]*

II. RA 1279 A n. 34 f. 181a.

Eidem (iusticiario Basilicate). *Mandat gemäß n. I § 1.* Dat. Monopoli die XXVII. novembris.

III. RA 1279 A n. 34 f. 159b.

Eidem (iusticiario Capitinate) et mag. Bernardo credenzerio operum fortellicie castri Lucerie Saracenorum. *Mandat gemäß n. I § 2.* Dat. Monopoli die XXVII. novembris.

334.

RA 1279 A n. 34 f. 162b. *Lucera 1279 Dezember 15.*

Eidem (iusticiario Capitinate). *[1]* Cum pro . . . transito curruum et carrocearum . . ., cum quibus deferri debent ad opera fortellicie castri nostri Lucerie Saracenorum [illegible] . . ., providerimus, quod in flumine[a]) Candelaria . . . in vado, quod eicitur in ea maricio, fieri debeat silex de lapidibus et terra per homines terrarum s. Iohannis Rotundi et Armani[3]), et per Saracenos Lucerie in flumine [illegible] de lignaminibus prope pontem lapideum[b]), qui est in Salsoburgo, secundum provisionem mag. Iohannis de Tullo ingenierii . . . similiter fieri debeat . . .: precipimus, quatinus . . . predictum silicem . . . et . . . pontem . . . fieri facias . . .. *[2]* mandamus, quod cappellam predicte fortellicie fieri celeriter facias et compleri, faciens in ea fieri cisternam unam longitudinis cannarum 6, [illegible] amplitudinis, quanta est cappella ipsa . . .. *[3]* iniungimus, quod magistros, . . . scientes . . . facere [illegible], usque ad 90 . . . querere . . . et 36 de magistris ipsis . . ., ita quod incipiant laborare in medietate proximo futuri mensis februarii, et reliquos 54, qui incipiant laborare in exitu sequentis mensis marcii, ad opera ipsa destinare procures . . ., expensoribus dictorum operum presentandos . . .. et si forte totum predictum numerum magistrorum . . . invenire non posses, . . . illos, qui usque ad numerum ipsum deficient, requirere debeas a iusticiariis Principatus, Terre Laboris et Aprucii, quibus super hoc nostras litteras destinamus . . .[4]). Dat. Lucerie die XV. decembris.

a) *so Reg.* b) lapidum.

1) *n. II.* 2) *n. III.* 3) *Siehe Gustermann I unter dem Namen [illegible].* 4) [illegible]

335. *Lucera 1279 Dezember 15.*

I. AP vol. VI n. 461 (olim arc. I maz. 69 n. 9) Orig. membr. RA 1302 X n. 127 f. 128b. — Auszug: SM I 188 n. 1. Schulz IV 89 n. 234.

Iusticiario Terre Ydronti. Quia infrascripti magistri de iurisdictione tua, qui fuerunt in opere fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum, videlicet Stephanus et Iohannes Grecus de Ogento scappatores tuforum, inlicenciati ab ipso opere recesserunt: . . . precipimus, quatinus ipsos . . . capias . . . et . . . ad opus ipsum transmittas . . .. Dat. Lucerie die XV. decembris.

RA 1302 X n. 127 f. 128b.

II. Similes facte sunt iusticiario Capitinate de capiendis *(es folgen die Namen).*

III. Similes facte sunt iusticiario Terre Bari de capiendis *(es folgen die Namen).*

IV. Iusticiario Aprucii. Quia mag. Evirellus (?) de Lanzano murator . . . ab opere ipso recessit . . ., ipsum . . capias . . .. Dat. ut supra.

336. *Lucera 1279 Dezember 16.*

RA 1276 B n. 26 f. 270'b. RA 1279/80 B n. 37 f. 12b. Das Blatt ist an der linken unteren Ecke mit Textverlust beschädigt.

Expensoribus operis fortellicie Lucerie. Visis nuper vobis presentibus operibus fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum . . . pro celeriori ipsorum operum complemento providimus, quod 36 magistri scientes facere matuncellos, qui in medietate proximo futuri mensis februarii sint ibi presentes et incipiant laborare, et alii 54 magistri scientes similiter facere matuncellos ipsos, qui in fine sequentis mensis marcii sint presentes et laborent ibidem, ad opera ipsa mittantur per iusticiarium Capitinate[1]) . . .: quare . . . precipimus, quatinus ipsum iusticiarium de mittendis . . . magistris . . . sollicitare curetis et statim . . . faciatis eos in faciendis matuncellis ipsis . . . laborare . . .. quibus expensas, sicut aliis . . . magistris . . ., tribuatis, ad racionem videlicet de tar. aur. 6 pro quolibet miliare matuncellorum . . .. Dat. Lucerie die XVI. decembris.

337.

RA 1279 A n. 34 f. 107a. *Troia 1279 Dezember 17.*

I. Eidem (iusticiario Aprucii). Cum in operibus fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum certum numerum magistrorum sciencium facere matuncellos . . . providerimus adiungendum, dato . . . iusticiario Capitinate . . . in mandatis[2]), quod magistros ipsos . . . ad opera ipsa transmittat in certis terminis . . . et, si omnes . . . in iurisdictione sua invenire nequiverit, illos, qui usque ad predictum numerum . . . defecerint, requirat a te et a iusticiariis Principatus et Terre Laboris . . .: precipimus, quatinus ad requisicionem predicti iusticiarii illum numerum huiusmodi magistrorum . . ., quem a te requisierit, . . . ad predicta opera mittere studeas . . .. Dat. Troye XVII. decembris.

II. Similes facte sunt iusticiario Terre Laboris. Dat. ut supra. (verbis competenter mutatis).

III. Similes iusticiario Principatus. Dat. ut supra.

338.

RA 1276 B n. 26 f. 275b. *Troia 1279 Dezember 17.*

Tonnino Sarraceno procuratori incolarum fortellicie castri nostri Lucerie. Quia . . . exposuisti, te habere boves 22 de bubus quorundam ex predictis incolis mortuis, heredibus legitimis non relictis . . .: mandamus, quatinus 16 ex bubus ipsis . . . magistro massariarum nostrarum Capitinate . . . et reliquos 6 mag. Bernardo credenzerio operum fortellicie ipsius castri pro restitutione aliorum 6 boum, qui sibi . . . anno proximo preterito ablati fuerunt, . . . exhibeas . . .. Dat. Troye die XVII. decembris.

339. *Casalbore 1279 Dezember 18.*

I. RA 1276 B n. 26 f. 275b. RA 1279/80 B n. 37 f. 13ab. Beide Eintragungen sind sehr defekt; doch ergänzen sie sich gegenseitig.

Iacobo Tranchedi de Fogia et Leoni de Vestis. De fide prudencia et legalitate vestra fiduciam obtinentes, vos expensores operis taluti fossati fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum et aliorum operum

[1]) *n. 334 § 3.* [2]) *n. 334 § 3.*

ipsius fortellicie, que fiebant de mandato nostro per Iohannem de Tilio capitaneum eiusdem fortellicie, et aliorum etiam subscriptorum, que ibi de novo fieri providimus, usque ad beneplacitum nostrum, mortuo ipso Iohanne, duximus statuendum. ideoque fidelitati vestre precipimus, quatinus, ad fortelliciam ipsam vos personaliter statim receptis presentibus conferentes, recipiatis pro parte curie nostre ad manus vestras totum attrattum et apparatum calcis lapidum calcariarum et rerum aliarum omnium necessariarum pro operibus ipsis cum ferramentis curribus carrociis tumbarellis equitaturis bubus bubulis aliisque animalibus ferro aczaro plunbo lignaminibus et rebus singulis quibuscumque et cuiuscumque speciei qualitatis et condicionis existant, que aput ipsum condam Iohannem pro operibus ipsis erant; factis de recepcione omnium et singulorum eorum, que receperitis, scriptis puplicis consimilibus, continentibus hec omnia et singula cum plena declaracione et specificacione status condicionis et qualitatis singulorum et, in quo etiam statu et processu quelibet opera ipsa sint, presentibus scientibus et videntibus Petro de Sovilla iusticiario Capitinate, mag. Bernardo credenzerio ipsorum operum et Adelina muliere uxore condam prelati Iohannis necnon Yvone de Leva capitaneo ipsius fortellicie ipsius Iohannis in officio successore, quos ipsi recepcioni volumus et mandamus personaliter interesse; quorum uno penes vos retento, alio penes eundem capitaneum dimisso, tercium ad cameram nostram et quartum magistris racionalibus magne nostre curie destinetis. et huiusmodi opera de pecunia curie nostre, quam vobis per dictum iusticiarium Capitinate pro expensis ipsorum operum, sicut expedierit et in ipsis operibus procedetur, ad requisicionem vestram et dicti capitanei assignari precipimus[1]), faciatis diligenter fideliter et celeriter fieri et compleri, cum iustis neccessariis utilibus et moderatis expensis curie nostre de eadem pecunia faciendis, statuto curie nostre super faciendis expensis ipsis in omnibus et per omnia inviolabiliter observato, presente videlicet sciente et vidente dicto capitaneo, ita quod nichil inde conscienciam suam lateat quoquomodo, necnon predicto mag. Bernardo credenzerio, cum cuius similiter plena noticia et consciencia omnia et singula ipsa fiant; et nichil penitus recipiatur expendatur et exhibeatur de hiis omnibus ipsis absentibus inisciis vel ignaris. et de omnibus et singulis, que recipientur et expendentur per vos pro predictis operibus, fiant tres quaterni consimiles, unus videlicet per vos, qui sigilletur sigillis dictorum capitanei et credenzerii, alius per ipsum capitaneum sigillandus sigillis vestris et ipsius credenzerii, et tercius per predictum credenzerium sigillandus sigillis vestris et dicti capitanei, continentes seriatim particulariter et distincte quantitatem pecunie et res omnes, que per vos de die in diem recepte et expense fuerint tam pro mercede magistrorum et manipulorum quam precio rerum quarumlibet, cum nominibus et congnominibus ipsorum magistrorum et manipulorum ac specificacione et declaracione qualitatis quantitatis et speciei rerum ipsarum, ut de omnibus quaternis ipsis tempore vestri raciocinii debita collacio fieri possit. et nichilominus de hiis omnibus, que propterea dederitis et solveritis, recipiatis ad vestri cautelam ydoneas apodixas simul cum quaternis ipsis in vestro raciocinio producendas.

opera vero, que de novo ibi fieri providimus, hec sunt: videlicet /1/ quod fundamentum rendivie fodiatur et fiat eiusdem profunditatis, cuius est fundamentum taluti predicti; ita tamen, quod terra, que est in medio fundi predicti fossati, non removeatur, nisi quando celsitudo nostra mandabit. et quod fundamentum predicte rendivie sit grossitudinis palmorum 6, donec mobilis terra durabit, et postquam pervenietur ad terram fortem, retrahatur murus paulatim, ita quod sit supernus grossitudinis palmorum 5; /2/ item quod dicta rendivia debeat explanari et lineari ac fieri, sicut vadit linea dicti taluti, et quod sit eiusdem latitudinis ab uno capite usque ad aliud capud.

de modo vero et processu dicti taluti et aliorum operum, que fiebant per dictum condam Iohannem, ac de ordinacione ipsorum per dictum mag. Bernardum, qui de hiis noticiam plenam habet, debeatis plenarie informari, cui super hiis nostras litteras destinamus[2]), statuto vero curie nostre servando in predictis expensis faciendis; hoc est videlicet: quod quilibet magister mazonarius seu fabricator aut incisor seu scapator lapidum recipit in estate gr. 15 et in yeme gr. 12 per diem; item quilibet manipulus in yeme gr. aur. 5 et in estate gr. aur. 6 similiter per diem; quilibet carrerius seu carrociarius aut ductor tumbarellorum recipit per mensem tar. 7 ½; ductor asinorum, si habuerit 2 asinos, recipit per diem gr. 15, si habuerit asinum 1, recipit gr. 11; et magister faber recipit per diem gr. aur. 12 tam in yeme quam in estate.

de predicto autem officio diligenter et fideliter exercendo Petro de Sovilla iusticiario Capitinate prestetis pro parte nostra corporalia iuramenta, cui de recipiendis iuramentis ipsis nostre littere diriguntur[3]), quod predictum officium debeatis bene et fideliter exercere. predicta omnia recipiatis ab Adelina uxore predicti condam Iohannis et a predicto mag. Berardo credenzerio vel eius nuncio, presentibus dictis capi-

[1]) n. II. [2]) n. III. [3]) n. II

taneo et iusticiario, si ipse iusticiarius comode interesse poterit, vel, si presens esse non posset, milite secum deputato ad gagia nostra, quem in hiis statuat loco sui. de toto autem introytu et exitu pecunie et aliarum rerum, quas pro operibus ipsis recipietis, singulis tribus mensibus quaternum unum camere nostre et consimilem magistris racionalibus magne curie nostre sub sigillis vestris mittere debeatis. et quia vos in officio expensis propriis nolumus laborare, placet nobis, quod de pecunia, que pro expensis dictorum operum erit per manus vestras, retineatis vobis expensas, ad racionem de tar. aur. 1 pro quolibet vestrum per diem ponderis generalis, ab eo die, quo officium ipsum exercere incipietis et quousque de mandato nostro fueritis in eodem. **Dat. aput Casalbolum die XVIII. decembris.**

II. RA 1279 A n. 31 f. 168^{b} bis 169^{a}. RA 1279/80 A n. 36 f. 38^{b} bis 39^{a}.

Eidem (iusticiario Capitinate). Scire te volumus, quod de fide et legalitate Iacobi Trancredi de Fogia et Leonis de Vestis . . . plenam fiduciam obtinentes ipsos expensores operis taluti fossati fortillicie castri nostri Lucerie Saracenorum et aliorum operum ipsius fortellicie, que fiebant de mandato nostro per quondam Iohannem de Tilio dudum capitaneum ipsius fortellicie, et aliorum etiam operum, que ibi nuper de novo fieri providimus, usque ad beneplacitum nostrum mortuo ipso Iohanne duximus statuendos . . .. quocirca . . . precipimus, quatinus ipsis expensoribus ad reservacionem dicti capitanei et cum plena noticia et consiencia dicti credencerii pecuniam oportunam et necessariam pro iustis necessariis utilibus et moderatis expensis dictorum operum faciendis de quacunque pecunia curie nostre, que sive de generali subvencione aut precio denariorum monete vel undecumque est vel erit per manus tuas, oportunis temporibus, prout successive in dictis operibus procedatur, ne occasione pecunie defectus in operibus ipsis emergat, debeas assignare; apodixam ydoneam de hiis, que dederis, recepturus. et presens intersis simul cum predictis capitaneo et credencerio et muliere ac expensoribus in recipiendis per expensores ipsos predictis attractu apparatu et rebus singulis operum predictorum et faciendis exinde inventariis, ut est dictum; sic[a]) in predictis omnibus et in exhibicione ipsius pecunie diligenter fideliter et prudenter sine defectu quolibet processurus, quod ob culpam seu negligentiam tuam processus dictorum operum non contingat in aliquo retardari, quia, si secus feceris, de omni defectu incomodo et interesse, que in predictis emerserint, de tuo proprio volumus resarciri. a predictis vero expensoribus, quod in predictis operibus et expensis omnibus faciendis fideliter et diligenter procedant, corporale ad sancta Dei evangelia recipias iuramentum, quod tibi per eos mandavimus per litteras nostras pro parte nostra prestari. et quia predicto Ivoni capitaneo dicte fortellicie per commissionis sue litteras nostras iniungimus[1]), quod fortilliciam ipsam cum armis nostris, si ibi sunt, ingeniis machinis et hedificiis quibuslibet necnon assarciis et aliis rebus singulis curie nostre ad ipsius fortellicie custodiam deputatis recipere debeat, presentibus scientibus et videntibus te mag. Bernardo et Adeleina predictis, volumus, ut similiter huiusmodi recepcioni presencialiter una cum eis intersis et, si forte in maioribus nostris serviciis occupatus in recepcione tam per ipsum capitaneum quam per expensores predictos de ipsis omnibus facienda personaliter vacare non posses, statuas ad id loco tui militem tecum ad nostra gagia deputatum. et quia capitaneum ipsum in servicio ipso expensis propriis nolumus laborare, volumus et mandamus tibi, quod eidem capitaneo gagia sua per curiam nostram statuta, ad racionem videlicet de tar. aur. 4 . . . per diem, a XVI. presentis mensis decembris, usque ad quem diem est in curia nostra solutus, et inantea quamdiu in officio ipso de mandato nostro fuerit, singulis tribus mensibus de predicta pecunia curie nostre sine defectu quolibet exhibere procures, dummodo continue secum habuerit armigerum unum nobilem equitem armatum, equos 4, inter quos sit unus ad arma, et garçiones 2, habentes cervelleriam spalleriam cum gorgeriis ferreis et enses et cultellos, et ipse tamquam miles sit de persona sua decenter munitus armis. **Dat. aput Casalabulam die XVIII. decembris.**

[a]) sic.

III. RA 1276 B n. 26 f. 275^{a}. Das Blatt ist am Rande stark beschädigt.

Mag. Bernard[a]) credencerio operum fortellicie castri Nucerie[a]) Sacerenorum[a]). Scire te volumus *(usw. entsprechend den Briefen n. I und II bis zu den Worten in dem Schreiben I vom gleichen Tage an Jacobus Tranchedi de Fogia und Leo de Vestis:* usque ad aliud caput*)*. de modo vero et processu dicti taluti et aliorum operum, que fiebant [per dictum condam][b]) Iohannem, ac de ordinacione ipsorum per te, qui

[a]) *so Reg.* [b]) *Lücke durch Beschädigung des Blattes; ergänzt nach n. I.*

[1]) *n. 340.*

de hiis noticiam plenam habes, eosdem expensores mandavimus informari. quocirca . . . precipimus, quatinus simul cum predictis expensoribus in recipiendis predictis . . . et faciendis exinde dictis scriptis puplicis, presentibus . . . iusticiario, capitaneo et muliere predictis, necnon cum eisdem expensoribus in recipienda et expendenda predicta pecunia, faciendis inde quaternis et recipiendis cautelis ac exequendis omnibus . . . debeas continue personaliter interesse . . . . et expensores predictos plene . . . informes . . . . Dat. aput Casalalbulam 1279, [mense decembris, XVIII.] [c]) eiusdem, VIII. ind.

[c]) *zu ergänzen aus den entsprechenden Schreiben vom gleichen Tage.*

340.

RA 1276 B n. 26 f. 276ab. Das Blatt ist stark beschädigt. *Casalbore 1279 Dezember 18.*

Hugoni de Leda[1]) militi. */1/* . . . te prepositum seu capitaneum diligenti custodie fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum et stipendiariis nostris equitibus ac servientibus etiam peditibus ad ipsius fortillicie de mandato nostro custodiam deputatis necnon et operibus singulis, que fiunt in eadem fortellicia tam ad credenciam quam ad extaleum, mortuo nuper Iohanne de Tilio . . ., usque ad beneplacitum nostrum duximus statuendum . . . . */2/* et informatus ad plenum per . . . mag. Bernardum credencerium de statu et condicione omnium operum et aliorum negociorum ipsius fortellicie, in omnibus operibus ipsis . . . procedi facias, secundum ordinacionem nostram . . . et secundum quod in hiis dictus predecessor tuus procedi . . . faciebat, de hiis omnibus per eundem etiam credencerium informatus, per expensores ipsorum operum . . .; quam quidem provisionem et ordinacionem nostram ab ipso mag. Bernardo te in scriptis . . . volumus . . . habere . . . . */3/* et quia Iacobum Tancredi [de Fogia et][a]) Leonem de Vesti[illegible] expensores operis taluti[b]) et fossati dicte fortellicie et aliorum eciam operum . . . duximus ordinandos [illegible] . . . mandamus, ut de omnibus et singulis expensis ipsis faciendis per eos et de aliis etiam omnibus [faciendis][a]) per iudicem Angelum et notarium Iohannem de Fogia expensores operum plenam noticiam . . . habeas et . . . in quaternis . . . redigi facias . . . . */4/* scias insuper, quod per eosdem expensores [fieri][a]) providimus in predicta fortellicia opera alia infrascripta: *(es folgt die Angabe* [illegible] *selbst bis* ad aliud caput*)*; iniuncto expensoribus ipsis . . ., ut . . . opera . . . facere debeant te et predicto credenzerio presentibus . . . . */5/* et . . . statuimus tibi expensas ad racionem de tar. aur. 4 . . . per diem, ita tamen, quod habeas tecum . . . nobilem unum armigerum equitem . . . et garziones 2 . . . . Dat. aput Casalalbolam 1279, mense decembris, XVIII. eiusdem.

[a]) *unlesbar durch Verletzung des Blattes.* [b]) staluti.

341.

RA 1279 A n. 34 f. 175b. *Neapel 1279 Dezember 27.*

Eidem (iusticiario Terre Laboris). *Wörtlich wie n. 337 II von 1279 Dezember 1[illegible].* Dat. Neapoli XXVII decembris.

342.

RA 1279 A n. 34 f. 165ab. *Neapel 1280 Januar 8.*

Eidem (iusticiario Capitinate). */1/* Per litteras Yvonis de Leva capitanei fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum celsitudini nostre missas nuper accepimus, quod in sero festi nativitatis dominice nuper elapssi Philipocto de Ferolles servienti dicte fortellicie deferenti in manibus suis [illegible] ignis ardentis, dum ferebat servientibus facientibus excubias in turri, que dicitur de Leone, quedam scintilla ipsius ignis cecidit super cisternam eiusdem fortellicie proximam dicte turri, que coperta erat [illegible] et aliis marraminibus, extimatis comuniter valere per mag. Iohannem de Tullo ingenerium . . . unc. 2 et tar. 25, et tam lignamina ipsa combursit quam tonicam coperitorii dicte cisterne in aliqua parte destruxit et devastavit, sic quod indiget reparari, et ipsius reparatio extimata est posse fieri per mag. Ricardum de Fogia et 4 alios magistros de Lanzano pro unc. 2 et tar. 15, sicut hec omnia idem capitaneus per predictas litteras suas scripssit. cumque nolimus, temeritatem illorum, ob quorum culpam id accidit, in dapnum curie nostre, set in capud eorum pocius retorqueri . . . precipimus, quatinus . . . ad fortelliciam ipsam te conferens causam huiusmodi, et per quos et quorum culpa huiusmodi dapnificacio intervenit, et qualiter, cum tota natura ipsius negocii, . . . prescruteris et tam a predicto Philippocto quam ab aliis, quos de causa ipsa inveneris culpabiles notabiles vel suspectos, quicumque sint, predictas unc. 2 et tar. 15, in quibus ob destructionem et devastationem dicte tonice, et predictas alias unc. aur. 2 et tar. 25, in quibus ob combustio-

[1]) *Später ist die gebräuchliche Form des Namens* Ivo de Leva. [illegible]

nem genestrarum et marraminum predictorum curia nostra dampnificata est modo predicto, que sunt in summa unc. 5 et tar. 10, pro parte curie nostre integraliter exigas ad cameram nostram castri Salvatoris ad Mare de Neapoli destinandas, ut predicti temerarii penam lugeant debitam et curia nostra exinde servetur indempnis, cum tibi exinde totaliter innitamur . . . . cautelam tamen per expensores operis dicte cisterne adhiberi facias diligentem, quod in reparacione dicte tonice celeri et cohoperienda cisterna predicta genestris, sicut prius erant, sic instanter procedere debeant, si nondum processum est, quod bono modo credimus, quod de cisterna ipsa nullum dapnum seu dispennium nostra curia patiatur, cum tibi et ipsis exinde incumbamus. */2/* preterea quia dicte littere eiusdem capitanei continebant, quod in opere taluti et aliis operibus, que fiebant olim per quondam Iohannem de Tilio capitaneum dicte fortillicie, et aliis etiam operibus, que nuper in dicta fortillicia fieri providimus, quorum expensores statuimus Leonem de Vestis et Iacobum Trahendum[1]) de Fogia, sicut etiam tu bene nosti, non laboratur nec proceditur iuxta ordinacionem et intencionem nostram, eo quod expensores ipsi, licet de eundo illuc et ipso officio exercendo mandatum nostrum satis expressum habuerint[2]), nondum se ad eandem fortilliciam obtulerunt: quod satis egre et moleste ferentes nec volentes huiusmodi eorum presumtuosam audaciam impune transire: . . . precipimus, quod incontinenti tu una cum eodem capitaneo diligenter et fideliter extimetis et extimari per magistros expertos in talibus faciatis totam qualitatem et quantitatem operum, que de predictis operibus eis predicto modo commissis fieri potuissent et debuissent ab XVIII. die proximo preteriti mensis decembris presentis VIII. ind., quo officium ipsum eis commisimus[3]), usque nunc et etiam usque ad illum diem, quo ipsum officium exercere inceperint, et totam quantitatem pecunie, que in hiis faciendis expensa fuisset et expendi poterit, si predicto mandato nostro eis super hoc directo devote parentes[a]) expensores ipsi illuc statuti se contulissent et in laborando precessissent vel procedi fecissent, iuxta quod eis mandavimus, et prout de provisione et ordinacione nostra processerit, de quibus tam verbo quam litteris te pluries recolimus informasse; et predictam summam pecunie, ad quam huiusmodi extimacio ascenderit, ab eis statim pro parte curie nostre integraliter exigas in eisdem operibus convertendam, ut et ipsi de huiusmodi temeritate eorum et mandatorum nostrorum contemtu minime[b]) glorientur et alii exemplo eorum mandata nostra contempnere non presumant. */3/* et nichilominus, ne in operum ipsorum efficaci procexu aliquis defectus interveniat vel aliquod impedimentum ultra imineat, expensoribus ipsis sub pena personarum et omnium bonorum eorum districte precipias, quod absque mora qualibet ad opera ipsa se conferant et servitium ipsum, prout eis commissum est, diligenter et fideliter exequantur; quod, si forte predicta pena eis, ut dictum est, infligenda non territi illuc ire tardaverint seu noluerint, captis omnibus bonis eorum ubicumque consistentibus pro parte nostre curie procurandis usque ad nostrum beneplacitum et mandatum, eos capias de personis et captos[c]) ad fortilliciam ipsam transmittas predicto servicio faciendo; et tam tu quam idem capitaneus insistatis aput eos continue et ardenter, quod in operibus ipsis intendant et intendi faciant, prout tu et ipse bene nostis esse[d]) beneplaciti nostri. super quibus omnibus adinplendis, sicut superius dicta sunt, omnem curam sollicitudinem adhibeas et cautelam, quia, si secus fieret, cum tibi inde totaliter curia nostra inhereat, nostram contrare[4]) graviter maiestatem ad iracundiam putares et totum defectum incommodum et interesse, que ob culpam[e]) seu negligentiam tuam curie nostre emerserit, de propria substantia tua curie nostre suppleres et ad te ipsum[f]) et bona tua recursum exinde haberemus. processum autem tuum totum, quem in hiis habendum duxeris, nobis et predictis magistris raccionalibus per litteras tuas significes seriatim. Dat. Neapoli[g]) die VIII. ianuarii.

[a]) percunctos (?). [b]) munimine. [c]) captis. [d]) *fehlt Reg.* [e]) culpa. [f]) *im Reg. ganz verstümmelt.* [g]) Neapolim.

343.

Inseriert in RA 1280 B n. 39 f. 37ª bis 38ᵇ (unten n. 357). *Lucera*[5]) *1280 Januar 9.*

In nomine Domini etc. anno mense die (IX. die ianuarii VIII. ind.). Nos talis iudex talis notarius (Fogie) presentis tenore notum facimus et testamur:

[1] quod, cum nobilis vir dominus Yvo de Leve miles statutus per regiam excellenciam prepositus seu capitaneus diligenti custodie fortellicie regii castri Lucerie Sarracenorum et stipendiariis regiis equitibus ac servientibus etiam peditibus ad ipsius fortellicie custodiam de mandato regio necnon operibus singulis, que fiunt[a]) in eadem fortellicia tam ad credenciam quam ad extaleum, mortuo nuper domino Io-

[a]) fuerunt.

[1]) *Statt* Tranchedum. [2]) *n. 339 I.* [3]) *n. 339 I.* [4]) *Statt* contrahere. [5]) *Vgl. n. 357.*

hanne de Tylio iuniore, qui officium huiusmodi exercebat, fecerit nos aput predictam fortelliciam accersuri[b]), volens recipere coram nobis fortelliciam ipsam pro parte regie curie cum armis regiis, si ibi sunt, ingeniis machinis edificiis quibuscumque necnon assarciis et aliis rebus omnibus et singulis regie curie ad ipsius fortellicie custodiam deputatis, quia volebat inde per nos facere fieri quatuor puplica consimilia inventaria, sicut mandatum regium[1]) sibi missum continet, quod vidimus et legimus, continencia singula seriatim particulariter et distincte ea omnia et singula, que in fortellicia ipsa custodienda receperit, cum qualitate et quantitate rerum ipsarum ac statu condicione et modo, in quibus sunt, et in quo etiam statu et condicione opera ipsa sint, numerum insuper hospitiorum incolarum ipsius fortellicie, et quot ex eis completa sunt, et quot complendum remanet, et in quo, continentio[c]) etiam ferramenta currus carrettas tummarellos equitaturas boves bubalos et alia omnia quelibet coria bubalorum et aliorum animalium mortuorum ferrum azarum plumbum lignamina et res quaslibet, cuiuscumque speciei condicionis et qualitatis existant, que aput quondam dictum dominum Iohannem in eadem fortellicia pro parte regie curie fuerint, idem dominus Yvo coram nobis presentibus scientibus et videntibus necnon nobili viro domino Petro de Sumvilla milite regio iusticiario Capitinate, mag. Bernardo credenzerio operum predictorum ac nobili muliere domina Addelina uxore quondam domini Iohannis de Tylio supradicti, quos dominus rex voluit et mandavit[2]) recepcioni predicte fortellicie et aliorum omnium personaliter interesse, predicto die IX. mensis ianuarii predictus dominus Yvo recepit fortelliciam ipsam /1/ cum duabus turribus rotundis, quarum una dicitur Turris de Leuncia, que est ex parte Troie, et alia Turris de Leone, que est subtus vetus castrum Lucerie; infra quas turres rotundas sunt alie turres 7 cum cortinis murorum 8. que turres rotunde sunt astricate mergulate seu cranellate[d]). et supra mergulis marramate et cohoperte imbricibus fabricatis ad calcem. alie vero 7 turres sunt astricate mergulate seu cranellate marramate et in parte cohoperte imbricibus; quarum 7 turrium marramina pro maiore parte sunt fracide et putride. et que turres sunt clause tabulis de abiete ex parte fortellicie. et in ipsarum qualibet est scala una lignea, per quas ascenditur ad astrica earundem. et predicte 8 cortine sunt mergulate seu cranellate. /2/ item a predicta turri, que dicitur de Leuncia, usque ad predictam turrim, que dicitur de Leone, est tabulamentum completum de planchis de lapidibus vivis bene dolatis modificatis et adornatis pro ambitu ipsius fortellicie. /3/ item ab ipsa turri rotunda, que dicitur de Leone, usque ad predictum vetus castrum est cortina 1 murorum cum tabulamento completo mergulato seu cranellato; que cortina coniungitur cum macza dicti veteris castri. /4/ item a predicto veteri castro usque ad bisturrem, que est ex parte Florentini, sunt turres 3, computata ipsa bisturri, et cortine 2 ½ mergulate seu cranellate; et alia medietas ipsius cortine est sine mergulis et non est elevata in altum ad mensuram alterius medietatis et est sine tabulamento et coniungitur cum macza dicti veteris castri. et a capite dicte medie cortine mergulate seu cranellate usque ad bisturrem predictam est tabulamentum de magnis planciis de lapidibus vivis cum corbellis, ex parte anteriori tantum. que 3 turres sunt astricate et in parte marramate et cohoperte imbricibus; quarum marramina pro maiore parte sunt fracte fracide et putride. que omnia edificia sunt in eodem statu, sicut fuerunt recepte per predictum quondam dominum Iohannem precessorem suum, preter tecta dictarum turrium, que pro maiore parte sunt discohoperte. /5/ item a predicta bisturri usque ad predictam turrim rotundam, que dicitur de Leuncia, elevati[e]) seu constructi sunt muri seu cortine de opere novo; quod opus murorum fit de mandato regio et exaltatur seu agmentatur per iudicem Angelum de Vincentio et notarium Iohannem de Thomasio de Fogia, et quod opus est in processu ordinacione condicione et statu subscriptis, videlicet /a/ quod a predicta bisturri usque ad turrim novam, que dicitur de Cancellaria, sunt cortine 2 de predicto muro augmentato seu exaltato cum tabulamento et completo; quarum cortinarum parapectora sunt completa usque ad incepcionem mergulorum seu cranellorum. inter quas 2 cortinas est turris 1 astricata mergulata seu cranellata et in parte marramata et cohoperta imbricibus. et est in eodem statu, in quo fuit tempore predicti domini Iohannis precessoris sui, preter tecta et marramina, que pro maiore parte deficiunt in eadem. /b/ item predicta turris nova, que dicitur de Cancellaria, elevata et augmentata est ex omni parte supra novum tabulamentum in canna 1 et palmis 2; et est augmentata tempore iudicis Angeli et notarii Iohannis expensarum murorum ipsorum. /c/ item a predicta turri nova, que dicitur de Cancellaria, usque ad ultimum angulum sequentis turris est cortina 1 de predicto muro augmentato cum tabulamento corbellato completo, in qua cortina secundum ordinacionem regiam deficiunt parapectora et merguli. /d/ item predicta sequens turris est astricata mergulata seu cranellata et in parte marramata[f]) et cohoperta imbricibus, et est in eodem statu,

b) *statt* accersiri? c) continent d) trabeate. e) clavati f) mergulata

1) *n. 340.* 2) *n. 339 II.*

in quo fuit tempore predicti domini Iohannis precessoris sui, preter marramina et inbrices tecti ipsius, que pro maiore parte deficiunt in eadem. *[e]* item a predicta sequenti turri usque ad terciam turrim, que est ex parte Guardiole, sunt cortine 3 et turres 3, computata ipsa tercia turri. et quelibet ipsarum cortinarum augmentata est seu exaltata; et in ipsis constructum est tabulamentum et corbellatum de magnis plancis laboratis et adornatis, ex parte anteriori tantum. et in una ipsarum cortinarum deficit murus cohequari cum predicto tabulamento ex parte posteriori per altitudinem in palmis 3. et in ipsis 3 cortinis deficiunt plance parve pro complendo eodem tabulamento. et in eisdem cortinis deficiunt parapectora et merguli. que predicte 3 turres sunt astricate mergulate seu cranellate in parte marramate et cohoperte imbricibus; et sunt in eodem statu, in quo fuerunt tempore predicti domini Iohannis precessoris sui, preter marramina et inbrices tettarum ipsarum[g]), que in parte deficiunt in eisdem. *[f]* item a predicta tercia turri usque ad predictam magnam turrim rotundam, que dicitur de Leuncia, sunt cortine 7 de predicto muro augmentato et turres 6, computata una bisturri, que est ex parte Montis Corbini cum eisdem 6 turribus. quarum cortinarum 6 sunt augmentate et fabricate in altum, ita quod deficiunt in eisdem cortinis complende secundum predictam ordinacionem regiam 3 lance matuncellorum, que debent fabricari subtus corbellos, tabulamentum parapectora et merguli seu cranelli. et ultima seu septima cortina ipsarum, que coniungitur cum eadem magna turri rotunda, que dicitur de Leuncia, est fabricata et augmentata in altum, ita quod secundum predictam ordinacionem regiam deficiunt in complenda eadem usque ad posicionem corbellorum per altitudinem de muro palmi 2 de canna, tabulamentum corbellatum parapectora et merguli seu cranelli. predicte vero 6 turres sunt astricate mergulate seu cranellate et in parte marramate et cohoperte imbricibus; et sunt in eodem statu, in quo fuerunt tempore predicti domini Iohannis precessoris sui, preter marramina et imbrices tettorum ipsorum, que pro maiori parte deficiunt in eisdem. *[6]* item in circuitu ipsius fortellicie sunt porte 4, una videlicet ex parte Lucerie, alia ex parte Florentini, tercia ex parte Guardiole et quarta seu ultima ex parte Troie, cum seris catenatiis catenis ianuis oportunis bendatis et ferratis, quibus ipsa fortellicia clauditur et seratur. *[7]* item porterule 2 cum seris et ianuis oportunis, una videlicet sub pede predicte magne turris rotunde, que dicitur de Leuncia, et alia subtus predictum vetus castrum Lucerie. *[8]* item invenit et recepit intus in eadem fortellicia scalam unam lapideam cum gradis[h]) 22 et pro ascensu et descensu ipsius fortellicie, que est iuxta magnam portam ipsius fortellicie ex parte Lucerie. *[9]* item in ingressu 3 portarum ipsius fortellicie parietes 5, constructe partim de lateribus[i]) de cimento calcis et arene[k]) partimque de tufis et lapidibus vivis pro meniis et arceriis factis in quibusdem de eis. *[10]* item suppennatam unam in ingressu magne porte ipsius fortellicie pro statu servientum deputatorum ad custodiam dicte fortellicie, trabeatam marramatam et imbricibus cohopertam; sub qua suppennata facta sunt sedilia de tufis. *[11]* item intus in eadem fortellicia domos 65, constructas pro habitacione incolarum eiusdem fortellicie, in quarum qualibet est murus unus medianus, marramatas et imbricibus cohopertas. in quarum qualibet sunt porte 4 cum ianuis oportunis, que indigent reparari muris ianuis et tectis. *[12]* item intus in eadem fortellicia casalia 7 domorum combustarum et discopertarum, que combuste fuerunt tempore predicti domini Iohannis, et que discoperte fuerunt propter metum ignis, qui in eadem fortellicia casualiter fuit accensus[1]), ne domus alie ab eodem igne comburerentur, et evitandum dampnum, quod posset exinde evenire; quarum domorum muri pro maiore parte sunt diruti et relique partes murorum ipsorum ruinam minantur. *[13]* item domum unam pro marestalla equorum domini regis, constructam parietibus partim de mattonibus crudis et terra partimque de terra, marramatam et imbricibus positis ad calcem cohopertam, cum cannacameris sub tecto et presepiis ex utroque latere cum palis de ligno et anulis ferreis necessariis pro ligandis equis et cum hosticiis 2 et ianuis oportunis. *[14]* item domum unam pro cancellaria sollariatam, constructam parietibus partim de matonibus crudis et terra partim de terra, marramatam et imbricibus positis ad calcem cohopertam et cannacameris sub tecto, cum pileriis corbellatis, porta 1, fenestris 4, cum seris et ianuis oportunis, solario facto in ea trabeato, marramate et cymineda 1 super ipsum solarium. *[15]* item domus hospicii domini regis, in quibus est palacium unum solariatum elevatum et constructum in ingressu portarum ipsarum domorum, cum portis 2, fenestris 3 et ianuis oportunis, cymineda 1, solario pavimentato, gayfo 1 ante ingressum ipsius palacii, scala 1 cohoperta tabulis et imbricibus positis ad calcem duabusque partibus (?)[2]) fabricatis de lateribus et cemento subtus ipsum palacium, cum portis 2 et ianuis oportunis et seris 4 in predictis ianuis et fenestris; quod quidem palatium est

[g]) *so Reg.* [h]) *so Reg.* [i]) *Rasur: ursprünglich* **lapidibus**; *korrigiert in* **lateribus**, **latonibus** *oder dergleichen. Vgl. unten § 15 und 16.* [k]) **arane.**

[1]) *Vgl. n. 342 § 1.* [2]) *Statt* **parietibus?**

gayfatum cum marramate et cohopertum tabulis et inbricibus positis ad calcem. /16/ item in predictis domibus hospicii domini regis palacium unum solariatum[l]) elevatum et constructum cum cameris et privatis 2; in quo palatio sunt porte 6, fenestre 9, cum ianuis oportunis, serris ferreis 14 et pileriis 16 fabricatis et remissis parietibus veteribus ipsius palatii, cyminedis 4 bendatis et trabeatis necnon et solariis ipsorum, pavimentis lateribus et cimento et tabolato facto subtus solarios ipsos, scala 1 trabeata tabulis cohoperta, gayfo 1 ante unam privatarum ipsarum, cum scala 1 lignea, per quam habetur ascensus ad tectum domorum ipsarum, cum vettibus 2 de ferro pro clausura duorum hospitiorum ipsius palatii. quod quidem palacium cum cameris et privatis sunt tabulis cohoperta et imbricibus positis ad calcem. et 5 de predictis fenestris sunt clause virgis ferreis et implumbatis. /17/ item in curti[m]) ipsius hospicii domini regis cisternam unum cum conductibus et catusis neccessariis. /18/ item intus in eadem fortellicia domos curie, que sunt pro tinello regio deputate; in quibus sunt fenestre 5 sollariate trabeate et marramate, cymineda 1 trabeata et bendata cum appendiciis 3 de ferro, cum portis 2, seris, clavibus, catenis et ianuis oportunis, ianuis dictarum fenestrarum, bendis ferro bendatis; que domus sunt trabeate marramate tabulis et inbricibus positis ad calcem cohoperte. /19/ item domus curie, que sunt contigue eisdem domibus tinelli, que deputate sunt pro officio thesauri, sollariate et marramate cum portis fenestris et ianuis earundem, cohoperte tabulis et inbricibus positis ad calcem. /20/ item domum unam factam ad supprima, que eisdem domibus thesauri est coniuncta; que domus divisa est in 2 partes 2 parietibus mediantis, una videlicet pro coquina et alia pro expensis. /21/ item domos, que sunt ante predictum hospicium regis trabeatas marramatas et sollariatas cum scalis de tufis pro ascensu solariorum ipsorum, cum portis et ianuis oportunis, que domus deputate sunt pro buccellaria seu scanconaria et panettaria domini regis; que domus cohoperte sunt tabulis de abiete et inbricibus positis ad calcem. et una camera ipsarum domorum in tecto indiget reparari. /22/ item puteum 1 veterem fabricatum trabeatum et marramatum propter metum ruyne, qui est prope veteres domus cancellarie, que sunt intus in eadem fortellicia. /23/ item palmentum unum coniunctum ipsi puteo de lapidibus vivis laboratis dolatis et modificatis ac cemento calcis et arene constructum. /24/ item logiam unam marramatam et cohopertam inbricibus fabricatis ad calcem pro cohopertura ipsius putei. /25/ item rotam unam magnam de ligno constructam et edificatam pro aqua de predicto puteo aurienda. /26/ item intus in eadem fortellicia cappellam unam constructam et elevatam circumcirca cum tabulamento de tufis seu cornia superiore, marramatam trabibus, filaneis, forficibus, supputtis, zabronibus et aliis necessariis lignaminibus usque ad cohoperturam ipsius cappelle, preter pignonem, ianuas, seras et clausuras portarum ipsius, vitreandas fenestras, altare, cisternam, conductus, catusos ipsorum conductuum, sedilia et alia pertinentia ad ornatum ipsius cappelle, que restant in eadem cappella secundum ordinacionem regiam facienda. /27/ item sacristiam unam coniunctam eidem cappelle, in qua deficiunt ad cohequandam ipsam cum predicto tabulamento seu cornia superiore predicte cappelle de muro canne 44 et palmi 4. /28/ item cisternas duas factas et constructas tempore iudicis Nicolai et notarii Iohannis expensorum predicti operis; quarum una est completa, ita quod in ipsa non deficiunt secundum ordinacionem regiam, nisi conductus et [illegible] ipsius cisterne, que debent elevari supra ipsam; et alia est constructa et hedificata usque ad voltam ipsius. /29/ item balistas de cornu ad duos pedes 10 cum gualderiis veteribus et insufficientibus ad tenendum, quarum 6 sunt cum cohopertis de corio et 4 sunt sine cohopertis; que non fuerunt prolate ad tenendum; et quarum quelibet habet 2 cordas, unam videlicet trahentem et aliam falsam et una ipsarum habet [illegible] est sine nuce. /30/ item balistas de cornu ad unum pedem 20, quarum 14 sunt cum cohopertis de corio et 6 sunt sine cohopertis; et ipsarum quelibet habet 2 cordas, unam trahentem et aliam falsam, cum gualderiis eorum veteribus et non sufficientibus. /31/ item quarrellos ad duos pedes 864. /32/ item quarrellorum ad unum pedem 5200 et quarrelli 10; de quibus sunt astilia sine pennis 2400. /33/ item lapides vivos rotundos laboratos pro iactu ingeniorum 1070. /34/ item intus in eadem magna turri rotunda, que dicitur de Leuntia, ingenium unum magnum, quod vocatur in Gallico springala, in qua deficit clavis 1 de ferro, cuius ingenii brachia, que sunt de pilo equino, sunt vetera putrida et nullius valoris. /35/ item cratem unam de ferro cum virgis 16 pro claudenda 1 fenestrarum dicte magne turris. /36/ item paria de compedibus de ferro 11, in quorum uno deficit anulus 1.

que omnia supradicta, videlicet fortelliciam constructam fabricatam et augmentatam in modo predicto, cum turribus supradictis, portis, posterulis, scalis, suppenguatis, parietibus, domibus incolarum, casalibus domorum combustarum, domo pro marestalla, domo pro cancellaria, domibus hospicii domini regis, cum palacio constructo in eisdem, cisterna existenti in curti ipsarum domorum hospicii domini regis,

l) moloriatum. m) turri.

domibus pro tinello regis deputatis, domibus deputatis pro officio thesauri, domibus deputatis pro coquina et guardaspensa, domibus deputatis pro buttillaria scanconaria[n]) et panettaria, puteo, palmento, logia, rota lignea, cappella, sachristia, cisternis, balistis de corno ad duos et ad unum pedem, quatrellis ad duos et ad unum pedem, lapidibus vivis rotundis laboratis pro iactu ingeniorum, ingenuo seu springala, crate, paribus de compedibus, aliis omnibus, sicut superius distincta specificata et declarata sunt per species quantitates et circumstancias singulorum, predictus dominus Yvo capitaneus eiusdem fortellicie in sua custodia recepit, conservanda ad opus regie celsitudinis iuxta tenorem mandati regii super hiis sibi directi per regiam maiestatem. ad recepcionem vero ingeniorum seu machinarum et asserciorum ipsorum ingeniorum predictus capitaneus procedere noluit pro eo, quod de ipsorum recepcione volebat regiam curiam consultare.

[II] item predicto die IX. mensis ianuarii idem dominus Yvo de Leve capitaneus fortellicie supradicte, secundum quod sacrum mandatum regium[1]) sibi directum continet, nobis presentibus, videntibus etiam et scientibus predicto nobili viro domino Petro de Sumvilla regio iusticiario Capitinate, mag. Berardo credenzerio operum predictorum et domina Addelyna uxore quondam predicti domini Iohannis de Tylio iunioris, passus est per Iacobum de Tancredo et sirem Leonem de Vesto expensores operis taluti recipi opera, que fiebant per predictum quondam dominum Iohannem, et pro operibus ipsis eis concessit totum attractum et apparatum calcis lapidum calcinarum et rerum aliarum omnium necessariarum pro predictis operibus, cum ferramentis curribus carrochiis tumbarellis equitaturis bubus bubalis aliisque animalibus ferro aczaro plumbo lignaminibus et rebus singulis quibuscumque et, cuiuscumque speciei qualitatis et condicionis existant, que aput quondam predictum dominum Iohannem pro operibus ipsis erant ad manus expensorum ipsorum, et in presencia inventaria poni et scribi fecit particulariter et distincte ipsa omnia intrascripta per eosdem expensores recepta, prout inferius distinguntur: videlicet *[1]* opus taluti, quod opus est in statu ordinacione et condicione subscriptis, videlicet: *[a]* illud, quod est ex parte Florentini sub pede parve turris rotunde, que dicitur de Leone, fabricatum est augmentatum elevatum et exaltatum usque ad parapictora mergulorum seu cranellorum; et protenditur per longitudinem in cannis 8. *[b]* item sub pede eiusdem parve turris rotunde fabricate sunt de eodem taluto per longitudinem canne 22, que longitudo protenditur usque ad terram, per quam habetur ingressus ad fortelliciam supradictam; et quod opus taluti augmentatum et elevatum est in altum cum mergulis seu cranellis, ita quod secundum ordinacionem regiam deficiunt in eisdem mergulis complendis linea 1 tuforum, altitudinis palmi 1 $^1/_2$, et cohopertura mergulorum seu cranellorum ipsorum. *[c]* item in fossato dicte fortellicie fabricatus murus de tufis ad plumbum, infra quem est scala cohoperta cum gradibus de tofis 58 et volte 49 cum 2 parietibus de tofis laboratis et incisis necnon domus una ad voltam, que constructa est ad defensam ipsius scale; qui murus incipitur a primo pilerio pontis, qui est ex parte fortellicie, et protenditur usque ad puntam turris, que coniungitur cum magna porta ipsius fortellicie; de quo muro restant fieri secundum ordinacionem regiam linea 1 de tofis, altitudinis palmi 1 $^1/_4$, et merguli seu cranelli cum cohopertis ipsorum; qui murus est longitudine canne 12. *[d]* item de[o]) predicto taluto fabricate sunt per longum canne 21; quod talutum incipitur a predicta puncta turris, que coniungitur cum predicta porta; et quod talutum exaltatum est et fabricatum in altum cum mergulis seu cranellis, ita quod deficiunt in complendis dictis mergulis cohoperture ipsorum tantum. *[e]* item de eodem taluto fabricate sunt per longum canne 15; et altitudo ipsius ascendit et est usque ad signa, que mag. Riccardus de Fogia et mag. Symon de Lanzano preparatores operum predictorum fecerunt in eodem taluto propter declarationem et specificationem operis facti per predictum quondam dominum Iohannem et operis faciendi inantea per eosdem sirem Iacobum et dominum Leonem expensores[p]) operum eorundem. *[2]* item opera 4 pileriorum poncium inventa sunt esse in statu ordinatione condicione et processu subscriptis, videlicet: *[a]* quod primum pilerium, quod est ex parte fortellicie, est altitudinis cannarum 5 et palmorum 6, amplitudinis cannarum 2 et crossitudinis canne 1 et palmorum 6; in quo pilerio sunt canalia 2 de tofis et lapidibus vivis incisis et laboratis constructis, in quibus debet erigi elevari et deponi pons levaticius. *[b]* item quilibet aliorum 3 pileriorum est altitudinis palmorum 13 de canna, amplitudinis cannarum 2 et crossitudinis canne 1. *[3]* item domum unam prope fossatum dicte fortellicie pro conservacione ferramentorum et aliorum instrumentorum operum fortellicie ipsius, constructam terra et luto marramatam et imbricibus cohopertam, cum porta 1, sera 1 et ianuis oportunis. *[4]* item logiam unam prope ipsam domum, longitudinis cannarum 10 et palmorum 4,

[n]) scancoconaria. [o]) *fehlt Reg.* [p]) expensorum.

[1]) *n. 340. Vgl. n. 339 I.*

pro statu magistrorum incisorum lapidum fortellicie supradicte, trabeatam marramatam et imbricibus cohopertam. *[5]* item logiam unam extra dictam fortelliciam coniuntam muro dicte fortellicie, sub qua est tabula 1; sub qua logia fit solucio magistris manipulis et personis aliis laborantibus in operibus supradictis, marramatam et imbricibus cohopertam. *[6]* item boves 95 mercatos merco curie ad flores de lysa. bubalos 5, quorum unus est macilentus, ita quod cum eo non potest laborari; et est mercatus merco monasterii Sculcule in croppa ex latere dextro. et alii 4 sunt sine merco. roncinum 1 pili bay non mercatum. roncinum 1 pili falvi mercatum merco curie ad florem de lysa. roncinum pili bay clari mercatum merco curie ad flores de lysa, balsanum in musello et pede destro posteriori. iumentum 1 saurum, balsanum in fronte et musello, non mercatum. iumentum 1 saurum, monoculum, stellatum in fronte, non mercatum. iumentum 1 liardum, mercatum merco curie ad florem de lysa. iumentum 1 saurum, stellatum in fronte et musello, non mercatum. iumentum 1 pili bay obscuri, non mercatum, stellatum in fronte et balsanum in musello. currus 24 bonos et fortes cum iugis 24 et toto alio necessario apparatu eorum. tumbarellos magnos 2 pro bubalis. tumbarellos 3 pro equis. bayardos 11 pro deferenda calce et bayardos 4 pro lapidibus deferendis, 3 videlicet parvos et 1 magnum. sparverios 7 pro deferenda calce. gavitellas 6 pro deferenda calce. tinam 1 de abiete pro conservanda aqua. tinellam 1 cum 3 anulis ferreis pro deponenda calce in fossato. rusticam 1 pro deferendis tofis et lapidibus in fossato. ingenium 1 cum 4 anulis ferreis, cum quo deponuntur lapides in fossato. coffinos de iuncis 2 pro mensuranda calce et arena. a[illegible] de ylice et carpino 19. ioncas pro rotis currium et carrochiarum 21. paraturas carrearum pro tumbarellis 6. paraturas de badiolis 5. paraturam de Mediolano pro curribus 1. paraturas de Mediolano pro tumbarellis 4. tabulas serraticias pro reficiendis et reparandis tumbarellis 19, quamlibet longitudinis palmorum 7 et amplitudinis palmi 1 1/2 de canna. palas de ferro 56, astilinatas, de quibus 46 sunt bone et utiles, et relique 10 indigent reparari. picones de ferro ad 1 puntam 24, astilinatos. picones de ferro ad 2 punctas 12, astilinatos. zappas de ferro ad piconem 7, astilinatas. zappones de ferro 13, astilinatos. zappas latas de ferro 18, astilinatas. palas de ferro 2. croccum de ferro 1 pro deponendis tofis et lapidibus in fossato. stateram 1 magnam de ferro. palas de ferro 10 novas ad punctam. barile 1 plenum centris de quercerna. paraturas de ferro 15 pro assibus currium. lambas de aczaro 265. virgam 1 de ferro stratto. ferros equinos 328 sine clovis. assiam 1 magnam pro reparandis rotis carrochiarum tumbarellorum et currium. cogiam 1 de ferro rotundam pro curribus pro forgia. paria de manticis 5. incudes 2 magnas et novas. incudes mediocres 3. molam ad acuendum 1. malleos 2. paria de tinaculis 2. et coziam 1 pro tundendo plumbo. marcum 1 ad florem de lysa. stilium ad ferrandum 1 completum. limam 1. cloveriam 1. martellum 1. sellas ad iumenta 4. collaria 8. paria de trattis 8 infoderatis in parte. culerias 8. cropperias 4. brilias 8. capistra 8. corria iumentarum 4, conciata ad muscaticium. corrigias bubalinas 2, conciatas ad suacum. calcis salmas 300. arene salmas 50. plancas de lapidibus vivis 32, non laboratas, pro ornatu pileriorum. cantones de lapidibus vivis laboratas 20. cantones de lapidibus vivis non laboratas 8. tufos non laboratos 104. [illegible] 60. *[7]* item calcarias 2 prope fossatum fortellicie predicte, unam videlicet magnam et aliam parvam, que in muris ipsorum indigent reparari. *[8]* item calcariam 1 altitudinis cannarum 2 et palmi 1 non completam et non fabricatam.

unde ad futuram memoriam etc.

344.

RA 1270 A n. 31 f. 166b. RA 1270/80 A n. 36 f. 41b. *Neapel 1280 Januar 27.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Supplicavit excellencie nostre Perrottus de Calvomonte ... quod, cum diu statutus fuerit et sit superastans operum murorum fortellicie castri Nucerie[a]) Sarracenorum, et Iohanni de Tilio iuniori olim capitaneo ... mandatum nostrum direximus[1]) de exhibendis sibi expensis ad racionem de tar. aur. 1, si equum haberet, et, si ecum non haberet, gr. 15 ... per diem, idemque Iohannes sibi de expensis ipsis per totum mensem septembris presentis VIII ind. tantum satisfecerit ..., ille ex tunc super exhibicione expensarum ipsarum providere ... dignaremur ..., mandamus, quatinus ... ab eo tempore usque nunc et inantea ... expensas ipsas dicto Perrotto ... exhibere procures ... Dat. Neapoli die XXVII. ianuarii.

[a]) *so Reg.*

345. *Neapel 1280 Februar 2.*

Siehe: n. 494 II.

[1]) *n. 301.*

346.

I. RA 1276 B n. 26 f. 291b. *Neapel 1280 Februar 2.*

Comito Amideo de Vestiis. Dudum Leonem de Vestis et Iacobum de Tangredo de Fogia . . . quorundam operum nostrorum fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum . . . statuimus expensores[1]). verum, cum . . . predictus Leo tam senii mole pressus quam infirmitate gravatus servicio ipso nequeat personaliter interesse, . . . te expensorem ipsorum operum loco Leonis . . . una cum predicto Iacobo . . . duximus statuendum . . .; iusticiario . . . iniuncto[2]), quod tibi expensas tuas ad racionem de tar. aur. 1 per diem . . . largiatur . . .. [Dat. Neapoli II.][a]) februarii.

[a]) *Lücke durch Beschädigung des Blattes; ergänzt nach den zugehörigen Aktenstücken.*

II. RA 1279 A n. 34 f. 167b. RA 1279/80 A n. 36 f. 42a.

Iusticiario Capitinate. . . . mandamus, quatinus pecuniam pro eisdem operibus oportunam. . . ipsis Iacobo et comito Amodeo . . . exibere procures . . . et ab eodem comito Amodeo . . . recipias . . . iuramentum ac ei . . . expensas . . . ad racionem . . . de tar. 1 . . . per diem . . . debeas exhibere . . .. Dat. Neapoli II. februarii.

III. RA 1276 B n. 26 f. 291ab.

Iacobo de Tancredo de Fogia . . . et Leoni de Vestis socio suo. . . . confisi de fide . . . comiti Amidei de Vestis . . . ipsum expensorem ipsorum operum loco tui Leonis predicti, quem abinde providimus amovendum, . . . duximus statuendum . . .. Dat. Neapoli II. februarii.

IV. RA 1276 B n. 26 f. 292a.

Capitaneo fortillicie castri Lucerie Sarracenorum. *Gleiche Mitteilung:* . . . mandamus, quatinus in expensis per eosdem . . . faciendis presens sis . . .. Dat. Neapoli II. februarii.

347.

RA 1276 B n. 26 f. 317b. Das Blatt ist am Rande stark beschädigt. *bei Capua 1280 März 6.*

Yvoni de Leva capitaneo fortellicie castri Lucerie Sarracenorum. *[1]* Quia significaverunt nobis iudex Angelus de Vincencio et notarius Iohannes de Fogia expensores operum murorum et cisterne fortellicie castri Lucerie Sarracenorum . . ., quod tabulamentum murorum predictorum . . . compleri non potest de illis plancis et corbellis, qui sunt ibi, nisi tantum usque ad portam Troie, set ab ipsa porta usque ad turrim magnam rotundam, que dicitur de Leuncia, huiusmodi plance et corbelli deficiunt, et plance eciam parve, que ponuntur post ipsos corbellos et plancas pro quoequando[3]) tabulamento predicto usque ad constructionem parapecti, deficiunt a turricella, que est prope portam existentem ex parte Guardiole usque ad dictam turrim de Leuncia, infra quod spacium sunt cortine 7: . . . mandamus tibi, ut una cum . . . iusticiario Capitinate[4]) . . . et eisdem expensoribus provideas et advertas, quot et qui [de][a]) predictis plancis et corbellis in opere ipso sunt, et quot ex eis deficiunt . . ., eos omnes, qui deficiunt, . . . ordines per [ipsos][a]) expensores fieri . . .. *[2]* insuper dicte littere tue continebant[b]), quod alique [domorum][a]) eiusdem fortellicie in tectis indigent reparari et, nisi reparentur, de levi possent a pluviis devastari: super quo . . . mandamus, ut . . . una cum predicto magistro Iohanne et expensoribus nostris operum dicte fortellicie . . . provideas, [pro quanta][a]) pecunie quantitate domus ipse poterunt reparari . . ., ut sita[5]) exinde veritate nostrum super hiis beneplacitum iniungamus . . .. Dat. [aput turrim s.][a]) Herasmi die VI. marcii.

[a]) *unlesbar durch Beschädigung des Blattes.* [b]) *fehlt Reg.*

348.

RA 1276 B n. 26 f. 316a. *bei Capua 1280 März 6.*

Opicio de Gravina magistro araciarum Capitinate. Quia significaverunt nobis per litteras eorum iudex Angelus de Vincentio et notarius Iohannes de Fogia expensores operum murorum et cisterne fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum . . ., quod equitatura 1 de equitaturis trahentibus tumbarellos in ipsis operibus deputatos naturali morte mortua est, nolentes, quod occasione equitature predicte in operibus ipsis aliquis defectus intersit, . . . iusticiario Capitinate . . . iniungimus[6]), ut . . . equitaturam 1 a te . . . recipere debeat et dictis expensoribus in eisdem operibus assignare: . . . precipimus, quatinus . . . equitaturam 1 . . . eidem iusticiario . . . debeas assignare . . .. Dat. aput turrim s. Herasmi VI. marcii.

[1]) *n. 339 I.* [2]) *n. II.* [3]) *Statt* coequando. [4]) *n. 350 § 1.* [5]) *Statt* scita. [6]) *n. 350 § 2.*

349.

RA 1276 B n. 26 f. 317a. *bei Capua 1280 März 6.*

Iacobo Trancredo et socio expensoribus operum taluti pileriorum poncium et redivinee[1]) castri Lucerie Sarracenorum. Benigne receptis et intellectis litteris vestris celsitudini nostre missis, per quas intimastis, [quod][a]) ductores curruum et tumbarellorum in dictis operibus esse nolunt in ipsis operibus pro mercede ipsis statuta ad racionem de augustale 1 pro quolibet eorum per mensem, et quod . . . iusticiarius Capitinate ordeum pro annona equitaturarum trahencium tumbarellos ipsos vobis exhibere recusat, asserens, se de ordeo nostre curie non habere: vobis taliter respondemus, quod ductoribus ipsis dictam mercedem augeri nolumus ultra predictam formam 1 augustalis pro quolibet ipsorum per mensem iuxta generale statutum nostrum, quod in similibus aliis nostris operibus observatur, set mandamus expresse, quod mercede ipsa contenti sint, sicut alii homines in operibus aliis existentes. pro predicta vero annona exhibenda vobis pro equitaturis predictis eidem iusticiario nostre littere diriguntur[2]) . . . . Dat. aput turrim die VI. marcii.

[a]) *Lücke infolge von Verletzung des Blattes durch Beschädigung.*

350.

RA 1279 A n. 34 f. 170b bis 171a. RA 1279/80 A n. 36 f. 43a. *Neapel 1280 März 6.*

Eidem (iusticiario Capitinate). *[1]* Quia significaverunt *(usw. wie in n. 347 bis* curtine 7) et quod de equitaturis trahentibus tumbarellos . . . mortua est . . . equitatura 1 et de bubus trahentibus currus . . . mortui sunt boves 5 . . .: mandamus tibi, ut una cum Yvone de Leva . . . capitaneo . . . et eisdem expensoribus provideas et advertas *(usw. wie n. 347 bis* expensores fieri) . . . . *[2]* coria vero ipsorum equitaturarum et boum mortuorum . . . inspicias . . . et . . . . 5 boves . . . emere debeas et ipsis expensoribus assignes . . . et . . . equitaturam 1 convenientem requiras ab Opiczo de Gravina[3]) magistro aracciarum nostrarum Capitinate . . . . *[3]* mandamus preterea tibi, ut Iacobo de Trancedo de Fogia et comito Aldeo[a]) de Vestis[4]) expensoribus operum taludi pileriorum poncium et renduvie predicti castri Lucerie, pro annona equitaturam . . . ordeum necessarium largiaris . . . . *[4]* precipimus preterea tibi, ut inquiras . . ., si de predictis plancis et curbellis subtracte fuerunt, per quos et quando; et quos inveneris subtrassisse de eis, compellas . . . ad restituendum ipsos . . . . Dat. Neapoli VI. marcii VIII. ind.

[a]) *so Reg.*

351.

bei Capua 1280 März 18.

RA 1279/80 A n. 36 f. 45b. Am Rande stark beschädigt. Inhaltlich zu ergänzen aus n. 354.

[Iusticiario Capitinate]. [. . . .] mag. Bernardus credencerius et Petrus de Caserta [. . . Sar]racenorum, quod a I. . . . octubris . . . VIII. [ind. . . . .]. unde cum . . . supplicaverint, eis super hoc . . . provideri: [. . . . mandamus], quatinus, certificatus per litteras . . . tui . . . precessoris et expensorum operum predictorum et . . . capitanei dicte fortellicie, quod nichil de . . . eorum gagiis a I. . . . octubris inantea dederunt . . ., gagia ipsa . . . predicto mag. Bernardo [. . . .] Petro . . . exhibere procures . . . . Dat. aput turrim s. Herasmi die XVIII. marcii.

352.

RA 1279/80 A n. 36 f. 40a. *bei Capua 1280 März 27.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Quia significasti celsitudini nostre, te non habere pre manibus curie nostre pecuniam pro operibus nostris castri et fortellicie Lucerie, castri et portus Manfridonie . . . precipimus, quatinus in defectu alterius fiscalis pecunie de pecunia presentis generalis subvencionis . . . necessariam quantitatem pro operibus ipsis exhibeas . . . . Dat. aput turrim s. Herasmi prope Capuam die XXVII. marcii.

353.

RA 1279/80 B n. 37 f. 51b. RA 1280 B n. 39 f. 31a. *bei Capua 1280 April 14.*

Iudici Nicolao Peregrino de Salpis magistro massario Capitinate. Cum pro trahendis 4 tumbarellis deputatis in opere taluti et pontis castri nostri Lucerie Sarracenorum bubales[a]) 8 necessarii reputentur . . . precipimus, quatinus . . . predictos bubalos 8 de bubalis . . . existentibus in Orta Iacobo Tranchedi de Fogia et socio expensoribus eorum operum . . . assignes . . . . Dat. aput turrim s. Herasmi die XIIII. aprelis.

[a]) *so Reg.*

[1]) *So statt* renduvie. [2]) *n. 350 § 3.* [3]) *Vgl. n. 348.* [4]) *Vgl. n. 349.*

354.

RA 1270 B n. 8 f. 90b. RA 1279/80 A n. 36 f. 47b. *bei Capua 1280 April 15.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Exposuerunt excellentie nostre mag. Bernardus credenserius fortellicie operum castri Lucerie Sarracenorum, Petrus de Caserta gavarrettus equorum et bubalorum curie deputatorum ad servitia fossati raduvie[1]) pileriorum[a]) pontium et talluti, et Iacobus Marchianus gavarrettus boum et curruum deputatorum ad servicia operum predictorum eiusdem fortellicie . . . , quod, cum dederimus tibi per nostras litteras in mandatis[2]), ut de quacumque pecunia curie nostre, que esset per manus tuas, expensas eidem mag. Bernardo ad racionem de tar. aur. I et predictis Petro et Iacobo ad racionem de gr. aur. 10 . . . pro quolibet ipsorum per diem a I. mensis octobris proximo preteriti presentis VIII. ind. inantea, quamdiu in dictis nostris servitiis morabuntur, exhibere deberes, certificatus prius per litteras Yvonis de Leva militis capitanei eiusdem fortellicie, Adeline uxoris quondam Iohannis de Tylio iunioris et expensorum fortellicie supradicte, quod ipsis mag. Bernardo et gavarretis expensas pro eodem tempore ad racionem predictam non exhibuissent dicti capitaneus et expensores et predictus Iohannes de Tylio tempore, quo fuit capitaneus dicte fortellicie, nec fecissent per alios exhibere, tu expensas ipsas eis denegas exhibere, asserens, te de pecunia nostre curie pre manibus non habere: super quo . . . precipimus, quatinus, attencto tenore huius mandati nostri de expensis ipsis dictis credenserio et guavarretis exhibendis tibi directi in omnibus et per omnia observato necnon habitis omnibus certificationibus supradictis in tuo raciocinio producendis, expensas ipsas predictis credenserio et guavarretis pro illo tempore et ad illam rationem in eodem mandato nostro contentam de quacumque pecunia curie et etiam de pecunia presentis generalis subventionis terris iurisdictionis tue imposite . . . debeas exhibere . . .. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die XV. aprelis VIII. ind.

[a]) palaciorum.

355.

RA 1270 B n. 8 f. 91a. RA 1279/80 A n. 36 f. 47a. *bei Capua 1280 April 15.*

Petro de Sovilla iusticiario Capitinate. . . . mandamus, quatinus . . . fieri facias . . . in singulis domibus fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum aqueductus ligneos et subtus terram de creta, per quos aqua pluvialis deducatur ad cisternas nostras ipsius fortellicie; usus inde prius consilio tam mag. Petri de Angicuria quam mag. Iohannis de Tullo vel eorum alterius, qui presens esse poterit, et aliorum magistrorum . . . in talibus expertorum. et sic circa faciendas ipsas intendas et intendi facias studiose, quod per totum mensem augusti proximo futurum prensentis VIII. ind. facti sint totaliter et completi et a mense septembris inantea aqua ad cisternas ipsas per aqueductos huiusmodi deducatur. Dat. aput turrim s. Herasmi prope Capuam die XV. aprelis.

356.

I. RA 1270 B n. 8 f. 63b. RA 1279/80 A n. 36 f. 15a. *bei Capua 1280 April 15.*

Eidem iusticiario (Terre Laboris). Cum pro operibus nostris tam capelle fortelicie castri nostri Lucerie Sarracenorum quam capelle castri nostri Bari subscripta quantitas vitri necessaria reputetur, videlicet pro capella castri Bari decine vitri diversorum colorum 18 et pro capella dicte fortellicie vitri similiter diversorum colorum decine 104: . . . precipimus, quatinus . . . usus inde consilio magistrorum in talibus expertorum, vitrum ipsum de diversis coloribus in partibus iurisdictionis tue, ubi melius et comodius haberi poterit et unde ad capellas ipsas cum minoribus sumptibus deferatur, emere debeas et ad predicta loca transmittas, assignandam predictam videlicet quantitatem pro opere capelle predicte fortelicie Yvoni de Leve capitaneo ipsius fortelicie et quantitatem pro predicta capella castri Bari . .[3]) castellano eiusdem castri, et eos propterea, sicut expediens fuerit, exhibendam . . .. Dat. apud turrim s. Herasmi XV. aprelis VIII. ind.

II. RA 1280 B n. 39 f. 33a.

Yveni[a]) de Leve capitaneo. Cum pro opere cappelle nostre ipsius fortellicie decinas vitri 104 de diversis coloribus per Philippum de Lavena iusticiarium Terre Laboris et comitatus Molisii . . . ad te destinari mandemus[4]): . . . precipimus, quatinus vitrum ipsum . . . recipias . . . illudque pro cappelle eiusdem opere ad requisicionem mag. Petri de Angicuria . . . assignare procures . . .. Dat. aput turrim s. Herasmi XV. aprelis VIII. ind.

[a]) *so Reg.*

[1]) *Statt* renduvie. [2]) *n. 351.* [3]) *Im Reg. zwei Punkte an Stelle des Namens.* [4]) *n. I.*

357.

RA 1280 B n. 39 f. 37a bis 38b. *bei Capua 1280 April 16.*

Hugoni de Leve militi preposito seu capitaneo fortelicie castri nostri Lucerie Sarracenorum. *[1]* Sciat fidelitas tua, quod magistri racionales magne nostre curie receperunt a nuncio tuo XI. die presentis mensis aprelis huius VIII. ind. apud turrim s. Herasmi prope Capuam inventarium unum puplicum factum per iudicem et notarium Fogie IX. die proximo preteriti mensis ianuarii in eadem fortellicia de receptione ipsius rortellicie et rerum inventarum ibidem continentie talis: *(es folgt n. 343). [2]* receperunt etiam ipsi magistri facionales alias litteras tuas, per quas significasti eisdem, quod pro removendis ingeniis, que sunt in eadem fortellicia, videlicet magnis et aliis parvis, de locis, in quibus nunc sunt, et minarandis (?) marramiinibus et ferramentis ipsorum sine herectione ingeniorum eorundem iuxta extimationem factam in presentia tua et aliorum virorum proborum, ut scripsisti, necessarie sunt, facta summa de omnibus et singulis expensis in ipso negotio faciendis, unc. 17 tar. 29 et gr. 2.

de cuius inventarii et ipsarum litterarum receptione presentes tibi mittuntur nostre celsitudinis responsales, questione debita tibi processu temporis reservata, quod, si forte in recipiendis dictis fortellicia et rebus et confectione dicti inventarii[a]) minus processum bene fuerit non concludendo in eo omnia et singula bona nostra ibidem inventa vel alias defectum aliquem alium committendo, et si etiam dicta extimatio predictarum expensarum minus legaliter facta fuerit, mandatorum nostrorum tibi propterea directorum finibus omnibus non servatis, respondere et satisfacere de hiis omnibus et de omni alio defectu, si quem in hiis commiseris, plenarie tenearis[b]), ut[c]) nullum super hoc auctoritate presentium responsalium curie nostre preiudicium generetur; mandantes, quod[d]) ingenia ipsa in eo statu dimittas nec removeas, donec feliciter nos contingerit in partibus ipsis esse. Dat. aput turrim s. Herasmi XVI. aprelis VIII. ind.

[a]) dicto inventario. [b]) tuearis. [c]) et. [d]) quod si.

358.

RA 1280 B n. 39 f. 38b. *bei Capua 1280 April 24.*

Yvoni de Leve capitaneo. Litteris tuis benigne receptis et per ipsarum continenciam intellecto, quod de bonis mag. Iohannis de Tulio ingeniarii nostri fecisti arrestari non nisi equos 3 . . ., volentes equos ipsos eidem . . . restitui: . . . mandamus, quatinus equos ipsos eidem restitui . . ., currus autem 2 . . . recipias ipsosque in operibus nostris dicte fortellicie . . . statuas. Dat. aput turrim s. Herasmi die XXIIII. aprelis VIII. ind.

359.

RA 1270 B n. 8 f. 108a. *Neapel 1280 Mai 8.*

Eidem iusticiario (Terre Bari). Hugo de Leva capitaneus fortelicie castri nostri Lucerie Sarracenorum excellentie nostre scripsit, quod in opere faluti ipsius fortelicie non proceditur, ut deberet, ob defectum scappatorum futorum, qui inlicentiati ab ipso opere recesserunt. cumque in opere ipso cum omni instancia et sollicitudine procedi velimus: . . . precipimus, quatinus certificatus per litteras ipsius Hugonis de nominibus et cognominibus illorum de iurisdictione tua, qui ab ipso opere aufugerunt, eos incontinenti inquiras et capias de personis captosque ad eundem Hugonem ad opus ipsum transmittas, moraturos et laboraturos ibi in compedibus, in penam fuge eorum, in pane et aqua tanto tempore, quanto se ab eodem opere sic temere absentarunt. quod si forte omnes vel aliqui eorum inveniri nequiverint, invenias in eadem iurisdictione loco eorum alios bonos fideles et ydoneos magistros scappatores in sufficienti numero iuxta requisitionem ipsius Hugonis ipsosque ad eum destinare procures . . . Dat. Neapoli VIII. madii VIII. ind.

360.

I. RA 1280 B n. 37 f. 56a. *Neapel 1280 Mai 16.*

Capitaneo fortelicie Lucerie Sarracenorum. *[1]* Ad consultationem . . . per te factam . . . respondemus, quod ecce mag. Bernardo credencerio operum eiusdem fortelicie nostris demus litteris in mandatis[1]), quod quaternos duos consimiles, unum videlicet, quem tu, et alterum, quem ipse . . . facere habetis, de expensis, que per manus expensorum ad credenciam fiunt in operibus eiusdem fortelicie, manu sua scribere debeat . . . *[2]* ad id vero, quod intimasti, quosdam domos in fortelicia ipsa factas quadam reparacione indigere . . . mandamus, quod per te necnon . . . iustitiarium Capitinate[2]), mag. Iohannem de Tullo ingenierum et expensores predictos . . . extimacio fiat . . ., qua extimatione facta, domos ipsas reparari volumus . . . per expensores eosdem . . . Dat. Neapoli XVI. madii VIII. ind.

[1]) *n. II.* [2]) *Vgl. n. II.*

II. RA 1280 B n. 39 f. 53a.

Mag. Bernardo credencerio operum fortellicie Lucerie Sarracenorum. *Schreiben gemäß n. I § 1.* Dat. Neapoli XVI. madii.

III. RA 1270 B n. 8 f. 80b. RA 1279/80 A n. 35 f. 48b. Verweis auf dieses im Reg. 8 irrig bei den Akten des Iusticiarius Principatus registrierte Stück: RA 1270 B n. 8 f. 92b.

Iusticiario Capitinate. . . . precipimus, quatinus . . . quantitatem pecunie, ad quam ipsa extimacio ascenderit, predictis expensoribus . . . exhibere debeas . . . . Dat. Neapoli XVI. madii VIII. ind.

361.

RA 1270 B n. 8 f. 92b. *Neapel 1280 Mai 16.*

Eidem iusticiario (Capitinate). . . . mandamus, quatinus . . . indagare et scire debeas, si Perroctus carpenterius laborans in fortelicia Lucerie Sarracenorum de arte sua est bene sufficiens et instructus, et, si sufficiens non fuerit, eum ab opere ipso licenties, si tamen sufficiens sit, ipsum, ad presens sic ut est, esse in opere ipso permittas. Dat. Neapoli XVI. madii.

362.

RA 1280 B n. 39 f. 15b. *Neapel 1280 Mai 21.*

Iudici Nicolao Peregrino de Salpis magistro massario Capitinate. . . . magistri racionales . . . XIII. . . . madii . . . aput Neapolim receperunt a te presenti in eadem curia nostra litteras tuas . . ., per quas significasti eisdem, quod . . . assignasti Iacobo Tancredo de Fogia et socio expensoribus operum taluti et pontis castri nostri Lucerie Saracenorum olim XXVIIII. aprelis . . . pro trahendis 4 tumbarellis . . . bubalos 8. . .: de quarum litterarum recepcione presentes tibi fieri mandavimus nostras litteras responsales . . . . Dat. Neapoli XXI. madii VIII. ind.

363.

RA 1280 B n. 39 f. 69a. *Neapel 1280 Juni 7.*

Riccardo de Luceria Sarracenorum. Mag. Bernardus credencerius operum fortellicie Lucerie Sarracenorum . . . nobis exposuit, quod tu circa exhibendos manipulos pro eisdem operibus . . . remissus existis: . . . precipimus, quatinus manipulos omnes pro eisdem operibus oportunos iuxta requisicionem capitanei . . . et expensorum . . . eis de Saracenis Lucerie exibeas . . . . Dat. Neapoli die VII. iunii VIII. ind.

364.

I. RA 1270 B n. 8 f. 93b. *Scafati 1280 Juni 13.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Licet pridem dederimus tibi per nostras litteras in mandatis[1]), ut comito Habideo de Vestis expensori operis fossati et taluti fortilicee castri nostri Lucerie Sarracenorum, mag. Bernardo credencerio operum ipsius fortilicie, Petro de Caserta et Iacobo Marciano gavarrettis equorum bubalorum boum et curruum deputatorum ad certa servicia eorundem operum expensas pro certo tempore et ad certam racionem in eisdem nostris litteris denotatam exhibere deberes, tamen, quia Iacobo de Trancredo de Fogia et comito Habideo expensoribus quorundam operum eiusdem fortilicie damus per nostras litteras[2]) in mandatis, ut predictis credencerio et gavarrecto expensas ipsas debeant exhibere pro illo tempore, quo per te exhibite non sint, et inantea, et quod idem comitus Habideus expensas pro se similiter retineat pro illo tempore, quo per te exhibite non sint, et inantea, et quousque in eisdem serviciis nostris moram trahet: . . . precipimus, quatinus de dandis expensis ipsis predictis expensori credencerio et gavareto autoritate quorumcumque mandatorum nostrorum tibi propterea directorum nullatenus procedas, nisi super hoc mandatum nostrum denuo receperes speciale, et ipsos expensores per litteras tuas certifices de forma litterarum nostrarum tibi directarum de dandis expensis predictis comito Habideo credencerio et gavarreto tempore, usque ad quod ipsas eis exhibuisti, et ad quam racionem, ut deinde inantea ad ipsas exhibendas cautus procedere valeant curie nostre comodo et eorum cautela. Dat. aput Scafatum die XIII. iunii.

II. RA 1280 B n. 39 f. 74a.

Iacobo Tancredi de Ffogia et comito Abideo de Vestis expensoribus fossati reduvie etc. *Befehl gemäß n. I.* Dat. apud Scaffatum XIII. iunii VIII. ind.

[1]) *n. 354.* [2]) *n. II.*

365.

I. RA 1280 B n. 39 f. 74a. *Scafati 1280 Juni 13.*

Iudici Angelo de Vincentio et notario Iohanni de Thomasio de Ffogia expensoribus murorum et cisterne ffortillicie castri Lucerie Sarracenorum. Licet vobis pridem dederimus per nostras litteras in mandatis[1], ut in singulis domibus incolarum eiusdem ffortillicie ffieri faceretis conductus ligneos supra terram et subtus terram conductus de creta, per quos aqua pluvialis derivaretur ad cisternas novas, que sunt in ffortellicia ipsa, tamen, quia intelleximus, quod in faciendis conductibus ipsis maximas expensas curia nostra subiret, volentes in hoc expensas nostre curie moderare: . . . precipimus, quatinus /1/ de consilio et provisione mag. Stephani de Surrento super faquiendis[2]) cisternis ipsis de mandato nostro statuti intumicari faciatis macziam veteris castri ipsius ffortellicie et fieri conductus de creta neccessarios a maczia ipsa usque ad cisternas predictas, ut aqua pluvialis de predicta maczia ad ipsas cisternas valeat derivari. /2/ faciatis etiam fieri conductus de creta intus in eodem veteri castro, ita quod in cisternis, que sunt in eo, per ipsos conductus pluvialis aqua descendat. /3/ et ab eisdem cisternis veteribus usque ad predictas cisternas novas fieri similiter faciatis subtus terram conductus de creta iuxta modum et fformam per mag. Bernardum credenceriorum ipsorum operum in curia nostra ostensam, et quam vobis idem mag. Bernardus ostendet; quod, postquam in ipsis cisternis veteribus erit abundantia aque, per ipsos conductus subtus terram positos ad ipsas cisternas novas aqua valeat derivari. /4/ mandamus preterea vobis, ut, postquam murus, in quo nunc facitis laborari, completus erit, faciatis elevari muros ex parte ipsius terre Lucerie a turri magna rotunda, que dicitur de Leuntia, usque ad turrim parvam rotundam, que dicitur de Leone, usque ad cannas 2 de matunillis [illegible], exceptis cantonibus, quos fieri volumus non de tuffis set de bonis lapidibus vivis, ut opus ipsum sit fortie et magis durabile; ita quod, quantum elevabuntur muri ipsi per circuitum, tantum turres ipse per consequens eleventur. in processu cuius operis sic diligenter continue et sollicite procedatis et procedi etiam faciatis, ut citius, quam credamus, opus ipsum sit completum totaliter iuxta beneplaciti nostri votum, et effectus operis vos in conspectu nostri culminis commendabiles representet. Dat. apud Scaffatum XIII. iunii VIII ind.

II. RA 1279 B n. 39 f. 73b.

Yvoni de Leva capitaneo . . . Lucerie et Ade Luffart castellano veteris castri eiusdem fortellicie. Quia nostra excellentia intellexit, quod in veteri castro ffortellicie nostre Lucerie Sarracenorum columbi . . . morantur in non modica quantitate, ex quorum stercoribus aqua pluvialis decurrens ad cisternas in eodem castro existentes corrumpitur . . .: precipimus, quatinus . . . procuretis . . ., quod omnes columbi . . . capiantur seu occidantur . . .. Dat. aput Scaffatum XIII. iunii.

366.

I. RA 1270 B n. 8 f. 71b. *Scafati 1280 Juni 13.*

Eidem (iusticiario Terre Laboris). . . . precipimus, quatinus Blasium de Cayazza, Nicholaum de Gaeta, Guilielmum de Petro, Iohannem Bulkas, Iohannem de Marcho, Iohannem Melella et Iohannem de [illegible] habitatores Averse scientes facere matuncellos, Angelum Zachariam, [illegible] Formosum, Salvatum de Saumirno et Iohannem de Tenuto de eadem terra Averse scappatores tuforum ad opus fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum debeas destinare, predictos videlicet scientes facere matuncellos [illegible] Angelo de Vincencio et notario Iohanni de Fogia expensoribus murorum et cisterne ipsius fortellicie, et predictos scappatores tuforum Iacobo de Tancredo de Fogia et comito Abideo de [illegible] expensoribus [illegible] eiusdem fortellicie in eodem opere presentandos . . .. ipsi vero expensores pro tempore, quo predicte persone de eorum artibus in nostris operibus laborabunt, eisdem mercedem iuxta curie nostre [illegible] exhiberi curabunt . . .. mandes preterea cuilibet ipsorum magistrorum . . ., ut ad opus ipsum statim se conferant . . .. Dat. apud Scafatum XIII. iunii.

II. RA 1270 B n. 8 f. 113a.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Pridem tibi scripsisse recolimus et dedisse per nostras litteras in mandatis, ut quereres et invenires in iurisdictione tua magistros scappatores tufforum 12, quos ad opus castrum Lucerie Sarracenorum destinare deberes, expensoribus eiusdem operis destinandos. verum quia relatione expensorum ipsius operis nostra excellentia intellexit, quod de predictis scappatoribus 12 non nisi mag. Andream et mag. Martinum de Barolo ad eos ad predictum opus misisti, qui magistri recepto augustale 1 ab expensoribus ipsis de ipso opere aufugerunt, nolentes, quod de tanta eorum audacia transeant sine pena precipimus, quatinus . . . mag. Andream et mag. Martinum querere invenire et capere studeas de personis et

[1]) *Vgl. n.* 355. [2]) *Statt* faciendis.

captos ad expensores ipsos ad predictum opus debeas destinare in bonis compedibus in opere laborandos. reliquos vero scappatores 10, quos nondum ad opus ipsum misisti, querere et invenire studeas et eos ad opus ipsum ad predictos expensores mittas . . . . si vero ipsos mag. Andream et mag. Martinum invenire non poteris, capias omnia bona eorum ad opus nostre curie procuranda et loco eorum invenias alios 2 magistros scappatores tufforum et eos ad predictum opus destinare procures . . . . Dat. aput Scaffatum XIII. iunii VIII. ind.

367.

RA 1270 B n. 8 f. 84b. *Scafati 1280 Juni 14.*

Eidem (iusticiario Principatus). . . . precipimus, quatinus . . . mag. Bonum Pacem et mag. Andream et nepotem ipsius, mag. Bonifacium et mag. Matheum de Cava ad opus nostrum Lucerie mittas, Iacobo de Tancredo de Fogia et comito Albideo de Vestis expensoribus fossati et taluti eiusdem operis assignandos. . . . qui magistri debent laborare in incidenda et removenda rocca, que est in fossato fortellicie ipsius . . . . mandes propterea cuilibet ipsorum magistrorum . . ., ut ad opus ipsum statim se conferant . . . . Dat. apud Skifatum XIIII. iunii.

368.

RA 1270 B n. 8 f. 71b. *S. Severino 1280 Juni 16.*

I. Eidem (iusticiario Terre Laboris). *[1]* Iudex Angelus de Vincencio et notarius Iohannes de Fogia expensores operum murorum et cisterne fortellicie castri nostri Lucerie fideles nostri nuper excellentie nostre per eorum litteras intimarunt, quod de magistris scientibus facere matuncellos ad opera predicte fortellicie per te de mandato nostro transmissis infrascripti, postquam de ipsorum representatione coram eis facta ad te eorundem expensorum responsales litterarum habuerunt, videlicet Nicolaus de Enufrio, Petrus Taurellus, Matheus de Riccardo, Grimaldus de Busancese, Benedictus filius Nicolai de Thomasio et Nicolaus Bobesius de Pontecorvo, Bartholomeus de Nicolao de Trayecto, Iacobus Buccillerius et Iohannes Bernardus de Caserta, latenter et illicentiati ab eisdem operibus recesserunt, duobus tantum restantibus, qui laborant in opere supradicto. cumque nolimus, predictos omnes de eorum fuga et contumacia sic impunes transire, ne alii eorum exemplo presumant similia nequiter attemptare: . . . precipimus, quatinus eosdem magistros in terris, ubi degunt et proprias familias habent, ac etiam ubique per iurisdictionem tuam inquiras et inquiri facias diligenter, et, quotquot ex eis inveneris, qui de eorum forte licentia et recessu predictorum expensorum eorundem nostrorum operum litteras non ostendant, de personis capias et in bonis compedibus ferreis ad laborandum in predictis nostris operibus sub fida et diligenti custodia ad predictos expensores transmittas; ita, quod de ipsorum iterata representatione ab eisdem expensoribus responsales recipias in tuo raciocinio producendas. si vero ipsos vel eorum aliquos invenire nequiveris, alios magistros matuncellos ipsos bene facere scientes de iurisdictione tua ad predictos expensores cum litteris tuis destinare procures; recepta tamen ab eorum singulis ydonea fideiussoria cautione, quod ad expensores ipsos se personaliter conferant, et de ipsis operibus sine eorum licencia non recedant. qui si se[a]) coram predictis expensoribus non presentaverint vel post ipsorum representationem de operibus ipsis recesserint absque licentia eorundem, contra eos et eorum fideiussores eatenus presencium autoritate procedas, quatinus qualitati negotii et serviciorum nostrorum expeditioni videris expedire. *[2]* preterea, quia ex relatione mag. Bernardi credenzerii operum fortellicie dicti castri nostri Lucerie nostra serenitas intellexit, quod Iacobus Vicecomes, Gualterius Benteverga, Nicolaus Romanus et Iacobus de Constantio magistros muratores de Aversa citati per te ad mandatum nostrum proinde tibi directum de se representando coram predictis expensoribus dictorum operum ad laborandum in operibus nostris, que in dicto castro Lucerie fiunt, ibidem se minime presentarunt: . . . mandamus, quatinus magistros ipsos, si inveniri poterunt, de personis capias et vinctos sub fida custodia ad expensores dictorum operum cum litteris tuis mittas. volumus enim, ut, nisi de non recedendo sine licentia dictorum expensorum securationem fecerint, in operibus ipsis cum bonis compedibus ferreis debeant laborare. quod, si inveniri non poterunt, procedas ad penam contumacie contra eos; processum tuum, quem in hiis habueris, celsitudini nostre et magistris rationalibus rescripturus. preterea volumus et mandamus, ut bona omnia mobilia et stabilia predictorum magistrorum, qui de predictis nostris serviciis, ut predicitur, recesserunt, si ipsi magistri inveniri non poterunt, ut per te ad laborandum in predictis nostris serviciis transmittantur, ad opus curie nostre capias et facias cum diligentia procurari; significaturus celsitudini nostre et magistris rationalibus supradictis bona omnia supradicta, stabilia vero cum valore annuo eorundem, que autoritate presentium duxeris capienda. Dat. apud s. Severinum die XVI. iunii.

[a]) *fehlt Reg.*

II. Similes facte sunt iusticiario Principatus contra Bancadosium de Ebulo, Petrum de Gifono, Philippum Abbatem, Concardum et Iacobum Sancisium de Montecorbino, qui latenter recesserunt de eodem opere etc. ut supra, verbis competenter mutatis, non apposita illa clausula: „preterea, quia ex relatione mag. Bernardi“, usque: „processum tuum, quem in hiis habueris“ etc., ut supra usque in finem. Dat. ut supra.

RA 1270 B n. 8 f. 57a.

III. Eidem Iusticiario (Aprucii). *Entsprechender Befehl über die magistri:* Franciscus Guilelmi, Petrus Maioris, Tancredus de Crotea, Bartholomeus Iohannes Cambii et Consulus de civitate Pennensi, *ebenfalls ohne die Klausel.* Dat. aput s. Severinum XVI. iunii.

369.

I. FA n. 4 f. 60ab. *Eboli 1280 Juni 23.*

XXIII. eiusdem (iunii) ibidem (aput Ebolum). Notario Nicolao de Cava[1]). Quia iuxta tenorem mandat. regii assignati nobis inter alia mandata pendencia per nostrum in officio precessorem oportet nos ad opus regie fortellicie Lucerie Sarracenorum certum numerum figulorum sciencium facere matuncellos destinare, presentandos ibidem iudici Angelo et notario Iohanni de Fogia expensoribus ..., et certum numerum scappatorum mittere ad opus regium portus Manfridonie, presentandos ibidem expensoribus ..., et dudum commisimus per litteras nostras magistro iurato Montis Corbini et Riccardo comestabuli de Ariano, ut subscriptos figulos ... ad ... opus Lucerie mittere deberent, ... et commissarii ipsi, qualiter in hoc processerint, nec per eorum litteras nec per responsales expensorum ipsorum nos curaverunt aliquatenus informare vos ... super mittendis ipsis figulis ad dictum opus Lucerie ... usque ad numerum 15, necnon et scappatores[a]) 5 ad dictum opus Manfridonie duxerimus pro parte curie statuendum .... nomina vero ... sunt hec: *(es folgen die Namen)* ... Dat. etc.

[a]) *so Reg.*

II. FA n. 4 f. 61a.

Eodem die (XXIII. iunii) ibidem (aput Ebolum). Scriptum est notario Nicolao de Cava[2]), quia per litteras expensorum operis regie fortellicie Lucerie ... intelleximus, quod *(es folgen die Namen)* de Monte Corbino figuli recesserunt de opere ipso, ut inquirat ipsos et captos ... ad opus Lucerie per magistrum iuratum eiusdem terre Montis Corbini destinare procuret ....

370.

RA 1270 B n. 8 f. 91b bis 95a. RA 1279/80 A n. 36 f. 50 . *S. Gervasio 1280 Juni 29.*

Eidem iusticiario (Capitinate). ... recipias ... a ... mag. Iohanne (de Tullo ingenierio) totum ferrum, quod restitit penes eum de opere cappelle dicte fortellicie et totam forgiam, que sub custodia sua est, et ea omnia de predicta fortellicia usque Manfridoniam per terram cum curribus et carociis curie in operibus dicte fortellicie deputatis ... deferri facias et, conductis ... vassellis, ... vassella ipsa cum rebus predictis aput Brundusium mittas et deinde ... ad ... partes Bellogradi et Avellone .... Dat. aput s. Iervasium die penultimo iunii.

371.

RA 1270 B n. 8 f. 58b bis 59a. *(Lagopesole 1280 zwischen Juli 19 und 25.)*

Eidem iusticiario (Aprucii). Super mittendis magistris ad opera fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum tociens tibi scripsimus et rescripsimus, quod, si scripta nostra oblivioni non traderes et curam ex illis gereres, quam deberes, tibi non oporteret ea ulterius iterari. set dum pridem tibi satis expresse deberemus in mandatis, ut certos magistros iurisdictionis tue, qui de operibus ipsis aufugerant, de personis caperes et illuc in pena eorum fuge sine tarditate remitteres compeditos, tu, sicut per litteras expensorum ipsorum operum nuper accepimus, nichil inde facere curavisti, mandata nostra quasi serio ducens tenere in contemptu; de quo mirantes et contra te moti admodum nec indigne, penis omnibus tibi propter hoc per litteras nostras impositis in te iuxta nostrum beneplacitum reservatis ... precipimus, quatinus ... magistros scientes facere matuncellos 30 in iurisdicione tua, que illis habundat, de quo dubium non est nobis, bonos videlicet et bene sufficientes ac expertos, non tales, quales illuc hactenus destinasti, cum pro matuncellis carpenterios, pro carpenteriis maczonerios et pro maczoneriis calzolarios et huiusmodi alios de arte, pro qua missi fuerant,

[1]) *Aussteller ist der* Iusticiarius Principatus. [2]) *Aussteller ist der* Iusticiarius Principatus.

penitus nescios ad opera ipsa huc usque transmiseris, quod grave satis gerimus et molestum, invenire studeas et ad forteliciam ipsam transmittas, quam brevius et citius mitti poterunt; capitaneo ipsius fortelicie, iudici Angelo de Vincentio et notario Iohanni de Thomasio de Fogia expensoribus murorum et cisterne fortelicie supradicte cum litteris tuis eorum nomina et cognomina continentibus presentandos; a quibus pro maiori curie nostre cautela, ut eorum consuetis fraudibus obvietur, recipias ydoneam fideiussoriam cautionem, quod ad predictam forteliciam vadant, dictis capitaneo et expensoribus se presentent et in operibus ipsis laborent et continue commorentur ac abinde sine licentia non discedant; et de representatione ipsorum a predictis capitaneo et expensoribus infra certum terminum, quem prefigas eisdem, iustum et competentem considerata locorum distantia referri ad te faciant ydoneas responsales, quas per te volumus in tua racione produci. et si forte dicti magistri vel aliqui eorum sive illuc non iverint sive abinde inlicentiati discesserint, statim quod inde per litteras capitanei et expensorum certitudinem seu requisitionem habebis, contumaces et fugitivos huiusmodi capias de personis et captos in vinculis sub fida custodia ad forteliciam ipsam transmittas, ut tanto tempore in eorum pena compediti laborent, quanto se a servitio ipsorum operum absentaverint, iuxta statutum nostre curie inde factum, nullo super hoc a nobis mandato alio expectato. quod si huiusmodi fugitivi et contumaces inveniri nequiverint, contra fideiussores eorum ad penam debitam procedens, instanter captis eorum bonis omnibus mobilibus et stabilibus, uxoribus etiam ac filiis eorundem, dirutis domibus et vineis extirpatis, totum processum tuum, quem in hiis habueris, nobis et magistris rationalibus etc. per litteras tuas scribas, ut, quid exinde sis facturus, tibi nostris litteris iniungatur. super executione autem presentium sic te diligentem et curiosum exhibeas, quod tibi propter hoc iterato scribere non cogamur, et culpam, quam propter hoc penes nos huc usque per neglgentiam comisisti, per effectum reddimas diligentie subsequentis, quia ex nunc scire te volumus, quod, si secus feceris, penas omnes tibi hactenus pro magistris ad predictam fortelliciam destinandis impositas et predictum totum dapnum incomodum et interesse, quod occasione defectus tui operibus ipsis evenire[a]) contigerit, a te faciemus procul dubio extorquere, omnem tibi ex nunc remissionem seu gratiam excludentes. Dat. apud [1]).

[a]) evenerit.

372.

I. RA 1279/80 B n. 37 f. 84a. RA 1280 B n. 39 f. 95b. *Lagopesole 1280 Juli 21.*

Iudici Angelo de Vincencio et notario Iohanni de Thomasio de Fogia expensoribus operum turrium murorum et cisterne castri Lucerie. *[1]* Cum nostra nuper providerit celsitudo, ut cantones et paracantones predictarum turrium eiusdem castri fiant de bonis tufis et non de lapidibus vivis, sicut dudum habuistis per alias nostras litteras[2]) in mandatis, et quod in eisdem turribus fiant terracie sive astrici de bonis tegulis tritis, calce viva et arena, sicut mag. Riccardus de Fogia prepositus in eisdem operibus est a maiestate nostra exinde informatus: . . . precipimus, quatinus cantones et paracantones ipsarum turrium de bonis tufis, terracias sive astricos earundem turrium de bonis tegulis tritis, calce viva et arena, sicut predicitur, per magistros huiusmodi terracias bene facere scientes 4, quos per iusticiarium Terre Laboris . . ., cui exinde scribimus[3]), ad vos destinari mandamus, diligenter et bene, sicut idem mag. Riccardus providerit, fieri faciatis. quibus magistris ad laborandum in operibus dictarum terraciarum sive astracorum venientibus pro tempore, quo in ipsis operibus laboraverint, cuilibet eorum statutam per curiam nostram mercedem, ad racionem de gr. aur. 15 . . . per diem, donec presentis estatis tempus duraverit, . . . sicut magistris aliis in eodem opere laborantibus, exhibere curetis; ita tamen, quod magistri ipsi de sole in solem in operibus ipsis laborent non remisse vel segniter, set efficaciter cum vigore. a quibus de hiis, que propterea eis solveritis, recipiatis ad vestri cautelam ydoneas apodixas. *[2]* et quia dictus mag. Riccardus nostre nuper exposuit maiestati, quod pro operibus carpentarie in predictis turribus neccesario faciendis 6 magistri ad presens carpenterii necessarii reputantur, ecce Riccardo de Luceria Sarraceno militi litteris nostris iniungimus[4]), ut incontinenti ipsos 6 magistros carpenterios bonos iuvenes et fortes et bene expertos in eadem terra Lucerie inveniat et ad laborandum in operibus ipsis predicto mag. Riccardo et vobis assignet. quibus, postquam ad laborandum fuerint presentati, pro tempore, quo ibidem continue laboraverint, statutam per curiam nostram mercedem ad racionem predictam, videlicet de gr. aur. 15 . . . per diem pro quolibet ipsorum, donec presentis[a]) estatis tempus duraverit, . . . exhibere curetis; recepturi exinde ab eis ad vestri cau-

[a]) presentatis.

[1]) *Im Register ist eine Lücke gelassen für das Datum, die später nicht ausgefüllt worden ist. Das im Register voraufgehende Stück ist datiert:* apud Lacumpensilem XVIIII. iulii VIII. ind., *das nachfolgende* apud Lacumpensulem XXV. iulii. [2]) *n. 365 § 4.* [3]) *n. II.* [4]) *n. III.*

telam ydoneas apodixas. curare tamen vos volumus, quod magistri ipsi ab ortu usque ad occasum solis illis diebus, quibus laboraverint, non remisse vel segniter, set efficaciter cum vigore in operibus ipsis laborent, cum vobis inde totaliter incumbamus. Dat. aput Lacumpensilem die XXI. iulii.

II. RA 1270 B n. 8 f. 74b.

Eidem iusticiario (Terre Laboris). *Befehl gemäß n. I § 1.* Dat. apud Lacumpensulem XXI. iulii.

III. RA 1280 B n. 39 f. 95a.

Riccardo de Luceria Sarracenorum. *Befehl gemäß n. I § 2.* Dat. apud Lacumpensulem XXI. iulii.

IV. RA 1270 B n. 8 f. 86b.

Eidem iusticiario (Principatus). Cum pro opere fortillicie castri nostri Lucerie Sarracenorum subscripti magistri batitores et intunicatores de Vico prope Surrentum neccesarii reputentur [2]), videlicet *(folgen die Namen)*: . . . precipimus, quatinus . . . ipsos magistros omnes ad eandem fortillitiam, quam brevius et celerius mitti poterunt, mittere studeas, capitaneo dicte fortillicie et expensoribus ipsius cisterne cum litteris tuis eorum nomina et cognomina continentibus presentandos; per quos expensores eis pro tempore, quo ibi laborabunt, de mercede eorum debita satisfiet; cautus existens, quod in celeri missione magistrorum ipsorum, qui in opere ipso tamquam valde neccessarii et perutiles expectantur, et sine quibus in eo bono modo procedi non potest, nullam committas negligenciam sive moram, quia, si secus feceris, totum dampnum et interesse, quod occasione tarde missionis eorum in opere ipso evenire contigerit, faciemus a te procul dubio extorqueri . . .. Dat. aput Lacumpensilem XXI. iulii.

373.

RA 1280 B n. 39 f. 94b. *Lagopesole 1280 Juli 21*

Iacobo Tranchedo de Fogia et comito Abideo de Vestis expensoribus operum fossati reydivie a) pileriorum pontium et taluti castri Lucerie. Cum placeat maiestati nostre, quod fundamentum rendivie castri nostri Lucerie muretur, donec duret terra mobilis, et a terra forte superius non muretur, et quod in duobus pileriis medianis pontis, per quem habetur introytus ad fortelliciam, fiant arcus secundum provisionem et ordinationem mag. Riccardi de Fogia prepositi ipsorum operum . . ., et quod pro opere pileriorum ipsorum portentur cum curribus curie nostre . . ., de Carrusio videlicet usque ad dictum castrum, tufii 200 de tufis, qui in eodem loco sunt, . . .: precipimus, quatinus in predicto fundamento reyducie b) murando, faciendis predictis arcubus in eisdem duobus pileriis medianis dicti pontis, et deferri faciendis supradictis tufis pro pileriorum operibus predictorum procedatis iuxta formam predictam . . .. Dat. aput Lacumpensilem XXI iulii.

a) *so Reg.* b) *so Reg.*

374.

I. RA 1280 B n. 39 f. 113b. *Lagopesole 1280 August 18*

[Iudici Angelo de Vincentio et notario Iohanni de Thomasio de]a) Fogia expensoribus operum murorum turrium et cisterne fortellicie castri Lucerie. Benigne recepit [. . . .]a) num destinastis, quarum tenore celsitudini nostre scripsistis: /1/ vos ad mandatum nostrum recepisse ad laborandum in [ ]a) turrium predictarum 6 magistros carpentarios bonos iuvenes et fortes ac in eadem arte bene expertos, quos Riccardus de Luceria miles in eadem terra Lucerie invenit[1]), ad vos cum suis litteris destinavit /2/ et quia in eisdem litteris vidimus contineri, quod post recessum mag. Iohannis ingenerii nulla marramina in eadem fortellicia vel extra in ipsis turribus remanserunt, nisi tantum pro una turri, super qua marramina ipsa per eosdem magistros poni fecistis, et illa etiam marramina, que ante recessum predicti mag. Iohannis posita fuerunt in 6 de turribus supradictis, aptata b) et clavata, sicut debuit, non fuerunt, set ipsa vos cum pecunia curie nostre, que est per manus vestras, aptari et clavari fecistis, et pro eo, quod in mandato nostro super hoc vobis directo nulla fit mencio de marraminibus ac rebus aliis pro carpenteria ipsarum turrium oportunis emendis, marramina pro ipsis turribus emere dubitastis, set convenistis cum magistris incisoribus lignaminum de marraminibus ipsis pro eisdem turribus oportunis in nemoribus nostris illarum parcium incidendis, et propterea si id excellentie nostre placeret, nostrum vobis reserari beneplacitum postulastis, vobis rescribimus, ut incisoribus ipsis predictorum lignaminum pretermissis et convencione cum eis habita in irritum revocata,

a) *Lücke durch Verletzung des Blattes.* b) abtata

[1]) *Vgl. n. 384.* [2]) *Vgl. n. 372 I § 2 und III.*

predicta lignamina pro eisdem turribus oportuna per prefatos 6 magistros carpenterios, per quos melius, quam per predictos incisores lignaminum, opus ipsum fieri credimus, incidi parari et aptari in predictis nemoribus faciatis, et postquam marramina ipsa ibidem incisa fuerint et parata et abinde aput Luceriam cum curribus et animalibus deputatis in eodem opere delata, in eisdem turribus per eosdem magistros poni statui et clavari faciatis, sicut videbitur expedire. /3/ et ecce quod . . . iusticiario Capitinate . . . rescribimus per litteras nostras[1]), ut, habita collacione et provisione vobiscum de quantitate ferri neccessaria pro faciendis centris et quantitate plumbi neccessaria pro ligandis conductibus cisternarum, predictam quantitatem plumbi pro predictis conductibus neccessariam a castellano castri nostri Lucerie de plumbo curie nostre, quod in eodem castro sub custodia sua est, recipiat et predictam quantitatem ferri neccessariam pro centris pro clavandis marraminibus turrium predictarum in Trano vel Barolo de pecunia curie nostre, que est per manus suas, pro parte curie nostre emi faciat et vobis sine difficultate debeat assignare. vos autem predictum ferrum et plumbum ab eodem iusticiario recipientes, de hiis, que receperitis ad sui cautelam faciatis ydoneas apodixas. /4/ omnes autem expensas, quas vos facere oportebit tam in incidendis et laborandis predictis lignaminibus quam aliis quibuscumque serviciis, faciatis cum cosciencia[c]) et noticia Yvonis de Leva capitanei fortellicie supradicte. Dat. aput Lacumpensile XV. augusti.

[c]) *so Reg.*

II. RA 1270 B n. 8 f. 97a.

Eidem (iusticiario Capitinate). . . . precipimus, quatinus . . . quantitatem plumbi neccessariam pro . . . conductibus cisternarum a[a]) castellano castri Lucerie supradicti, cui de ea tibi assignanda nostre littere diriguntur[2]), de plumbo curie nostre, quod in eodem castro sub custodia sua est, instanter recipias et quantitatem ferri neccessariam pro . . . centris faciendis in Trano vel Barulo ad racionem, secundum quod ferrum per curiam nostram emitur, . . . emi facere et ad predictam terram Lucerie cum iustis neccessariis et moderatis expensis . . . deferri . . . procures . . .. et quia intelleximus, quod Adam Lufart olim castellanus castri predicti Lucerie, sicut domino placuit, diem suum clausit extremum: . . . precipimus, ut predictam plumbi quantitatem a statuto seu ordinato in custodia dicti castri, quousque castellanus alius ibidem per nostram excellenciam statuatur, pro parte curie nostre exigas et recipias . . .. Dat. apud Lacumpensilem die XV. augusti.

[a]) ac.

III. RA 1279/80 B n. 37 f. 98a. RA 1280 B n. 39 f. 122a.

Custodi seu cuicumque alii locum tenenti castellani castri Lucerie Sarracenorum. . . . precipimus, quatinus . . . plumbi neccessariam quantitatem, quam idem iusticiarius . . . a te duxerit requirendam, sibi . . . assignare procures . . .. Dat. aput Lacumpensilem die XV. augusti.

375.

I. RA 1280 B n. 39 f. 113ab. *Lagopesole 1280 August 15.*

Iacobo de Tancredo de Fogia et comito Abideo de Vestis expensoribus operum fossati reduvie pileriorum poncium et taluti fortellicie castri Lucerie. Per litteras vestras . . . nostra excellencia intellexit, quod boves, qui in servicio dictorum operum sunt . . . deputati, cum propter calorem presentis extivi temporis tum etiam propter carentiam pascuorum, que in partibus ipsis minime inveniuntur, ad tantam debilitatem de die in diem deveniunt . . ., quod . . . de eorum morte potest merito dubitari, et quod etiam magister massarius Capitinate . . . asserit, se ordeum pro annona annimalium predictorum decetero exhibere non posse . . .: iusticiario Capitinate nostris damus litteris in mandatis[3]), ut . . . ordeum ipsum pro annona . . . de ordeo curie nostre, quod per Ursonem Rufulum de Ravello cabellotum terragiorum Lucerie . . . [sibi mandavimus assignari][a]), . . . recipere . . . procuretis . . .. Dat. apud Lacumpensilem die XV. augusti.

[a]) *Lücke durch Verletzung des Blattes; ergänzt aus n. II.*

II. RA 1270 B n. 8 f. 97a. RA 1279/80 A n. 36 f. 51b.

Eidem iusticiario (Capitinate). Dudum iudici Nicolao Peregrino de Salpis magistro massario curie in Capitinata . . . nostris dedimus litteris in mandatis, ut Iacobo Tranchedi de Fogia et comito Abideo de Vestis expensoribus operum fossati reduvie pileriorum poncium et taluti fortellicie castri Lucerie Sarracenorum pro annona equitaturarum et bubalorum in serviciis dictorum operum deputatorum neccessariam quantitatem ordei de ordeo massariarum curie nostre cure sue commissarum, quod est per manus suas, ad ra-

[1]) *n. II.* [2]) *n. III.* [3]) *n. II.*

cionem de tercia parte unius thumini pro qualibet equitatura et quarta parte pro quolibet bubalo per noctem, donec predicte equitature et bubali in eisdem serviciis essent, . . . exhibere deberet. verum quia predicti expensores nuper litteris suis celsitudini nostre scripserunt, quod idem magister massarius propter plura alia mandata nostra sibi directa asserit, se ordeum pro annona animalium predictorum de cetero exhibere non posse, et pro eo maxime, quod oportet ipsum pro seminibus camporum dictarum massariarum neccessariam quantitatem ordei retinere: nos, nolentes animalia ipsa aliquem ordei substinere defectum: . . . precipimus, quatinus, certificatus per litteras dicti magistri massarii de tempore, pro quo eisdem expensoribus de annona predictarum equitaturarum et bubalorum pro parte nostre curie satisfecit, et a quo eis satisfaciendum remansit, necnon de numero ipsarum equitaturarum et bubalorum et ad quam rationem predictam annonam exhibuit, deinde predictis expensoribus pro annona dictarum equitaturarum et bubalorum ab eo tempore, a quo annonam ipsam non receperunt, usque nunc et inantea, donec animalia ipsa in predictis serviciis dictorum operum fuerint, de ordeo, quod[a]) per Ursonem Rufulum de Ravello cabellotum terragiorum Lucerie fidelem nostrum tibi mandavimus assignari, neccessariam quantitatem ordei ad predictam racionem pro qualibet equitatura vel bubalo per noctem exhibere procures: recepturus inde ad tui cautelam ydoneam apodixam. Dat. aput Lacumpensilem die XV. augusti.

a) tibi.

376.

Lagopesole 1280 August 15.

Siehe n. 511 I.

377.

RA 1279/80 B n. 37 f. 103a. RA 1280 B n. 39 f. 122b. *Lagopesole 1280 August 26.*

Iudici Angelo et notario Iohanni de Fogia expensoribus quorundam operum fortellicie Lucerie. [!] Mag. Riccardus de Fogia nuper in nostri presencia constitutus nostre retulit maiestati, quod in erigendis turribus et cortinis eiusdem fortellicie iuxta mandatum nostrum procedi non potest defectu maramellorum calcis lapidum et alterius neccessarii apparatus; de quo mirantes et moti non modicum, cum iuxta requisicionem vestram currus animalia pecuniam et alia omnia neccessaria sine defectu vobis mandaverimus exhiberi, credere cogimur, quod currus ipsi aliis quam nostris serviciis deputentur et pecunia per vos in alios convertatur. ideoque nostram indepnitatem super bonis vestris propriis reservantes, vobis taliter nunciamus, quod circa finem proximo futuri mensis septembris illuc procul dubio gressus nostros dirigemus et de hiis omnibus inquiremus ac opus factum videbimus diligenter et de toto dampno, quod occasione vestra ex defectu predicti necessarii apparatus vel quacumque alia causa de opere ipso curia nostra subierit, super bonis vestris eandem curiam nostram servari mandabimus et faciemus indempnem. propter quod sic vobis de eterno caveatis, rerum omnium neccessariarum apparatum continuo et efficaciter preparando, quod similis in hoc defectus non interveniat quoquo modo, quia illum ex nunc sciatis nos de vestro proprio suppleturos et alias contra personas et omnia bona vestra graviter procedi mandabimus et faciemus ad penam. [.] preterea . . . precipimus, quod aqueductus, per quos aqua derivet et dilabatur ad cisternam nostram eiusdem fortellicie fieri faciatis iuxta provisionem et designacionem dicti mag. Riccardi, prout ipse in presencia nostra providit. et si mag. Stephanus in faciendis ipsis aqueductibus sine impedimento alterius operis, quod facere habet, bono modo poterit superstare, ipsum ad idem servicium deputetis, non tamen, quod ab alio opere retrahatur. Dat. aput Lacumpensilem die XXVI. augusti.

378.

RA 1280 B n. 39 f. 122b. *Lagopesole 1280 August 27.*

Yvoni de Leve capitaneo. . . . precipimus, quatinus opus, quod in eadem fortellicia facere habet de mandato nostro mag. Riccardus de Fogia, per eum fieri facias . . . . et si mag. Petrus de Angicourt eum in aliquo de opere ipso . . . impeteret, eundem mag. Riccardum a suis impeticionibus vel insultibus tuearis, non paciens, quod de opere facto vel faciendo per ipsum mag. Riccardum aliquod per eundem mag. Petrum destruatur . . .. Dat. apud Lacumpensilem die XXVII. augusti.

379.

I. RA 1280 B n. 39 f. 121b. *Lagopesole 1280 August 29.*

Iudici Angelo Vincencio, notario Iohanni et Iacobo Tracredi de Fogia ac comito Habideo de Vestis expensoribus operum, que fiunt in castro Lucerie. Intellleximus nuper, quod in operibus nostris, quibus

preestis, tepide[a]) laboratur ad presens propter defectum calcis lapidum et alterius apparatus ac ecciam ob defectum magistrorum . . .: ecce iusticiario Aprucii . . . damus . . . in mandatis[1]), ut . . . magistros maçonerios in numero, quem eis scripseritis, ad vos debeat destinare. quare . . . precipimus, quatinus requiratis ab eodem iusticiario magistros maçonerios in numero necessario . . .. vos autem taliter de apparatu calcis lapidum et aliorum necessariorum provideatis . . ., quod . . . magistri . . . non vacent . . .. nos enim . . . circa exitum futuri mensis septembris apud Luceriam proponimus dirigere gressus nostros . . .. Dat. apud Lacumpensulem XXVIIII. agusti VIII. ind.

[a]) trepide.

II. RA 1280 B n. 39 f. 121b. Das Blatt ist mit starkem Textverlust beschädigt. Der Name des Adressaten fehlt.

[Petro de Angicurt][2]). Ad litteras tuas . . ., per quas intimasti, quod mag. Riccardus de Fogia destruxerat[3]) adi um [. . . .] strictior a parte anteriori[a]) et latior a parte posteriori, quem tu auctoritate propria mandasti dirui: respondemus tibi, quod multum nobis displicet [. . . .]statem dederimus, destrui facere, quicquid per predictum mag. Riccardum et alios in nostris operibus laboratur, set si aliqua [. . . .], quod facta et laborata non esset iuxta propositi nostri votum et ordinacionem, illa nobis per litteras tuas significare [. . . .] responsales: quare [. . . mandamus, quatinus . . .] Riccardum predictum, quam in aliis operibus, que fiunt per alios . . ., nichil dirui, destrui vel [. . . .], quod tibi videbitur fore factum ultra provisionem et ordinationem nostram, nobis et magistris racionalibus etc. debeas intimare, ut, quicquid voluntatis nostre [. . . .] beneplacitum rescribatur. nos enim expensas factas in dirucione seu destructione dicti operis dicto mag. Riccardo non proponimus aliquatenus computare, nisi super illum, qui opus ipsum destrui et dirui fecit. tu vero per alia opera nostra, que fieri facimus, frequenter et sollicite te conferas, sicut alias tibi per maiestatis nostre litteras sub parvo nostro sigillo dedimus in mandatis. Dat. apud Lacumpensilem die XXIX. augusti VIII. ind.

[a]) interiori.

380.

RA 1270 B n. 8 f. 62a. *Lagopesole 1280 August 30.*

Eidem (iusticiario Aprucii). . . . precipimus, quatinus ad requisitionem iudicis Angeli Vincentii, notarii Iohannis et Iacobi Tancredi de Fogia et comiti Albidei[a]) de Vestis expensorum operum, que fiunt in castro nostro Lucerie, magistros maczonerios in numero, quem tibi scripserint, ad ipsos debeas pro parte nostre curie destinare, ut defectu magistrorum ipsorum non stetur, quin in ipsis operibus procedatur, cum, sicut nosti, opus Lucerie satis resideat cordi nostro. Dat. aput Lacumpensilem penultimo agusti VIII. ind.

[a]) *so Reg.*

381.

RA 1280 B n. 39 f. 127a. RA 1241 A n. 41 f. 30a. *Lagopesole 1280 September 2.*

Iudici Angelo de Vincencio et notario Iohanni de Fogia. Recepimus litteras vestras excellencie nostre missas, per quas multas pretendistis excusaciones super operibus eiusdem fortarizie vobis per celsitudinem nostram commissis, credentes vos aput excellenciam nostram iuste et racionabiliter excusare, si per vos in eisdem operibus hucusque defectus aliquis est comissus: ad que vobis taliter presentibus respondemus, quod in adventu nostro ad partes ipsas, qui erit in proximo . . ., videbimus processum, quem commisistis iuxta votum nostrum in operibus vobis commissis per maiestatis nostre litteras hactenus vobis missas. quare . . . precipimus, quatinus sic ferventer, sic sollicite et diligenter in operibus ipsis procedi decetero faciatis, ut satisfiat exinde votis nostris et per effectum operum ostendatis effectum per vos habitum in eisdem operibus, tam in laborando quam in preparando neccessario apparatu. scire enim vos volumus, quod, si tam in laborando quam in faciendo neccessario apparatu in eisdem operibus defectus aliquis per vos commissus extiterit, de toto defectu ipso per vos habito teneamini nostre curie respondere. Data aput Lacumpensilem II. septembris.

382.

RA 1281 A n. 41 f. 48b. *Melfi 1280 September 21.*

I. Iacobo Tancredi, iudici Angelo Vincencii et notario Iohanni de Fogia et sociis expensoribus operum castri Lucerie Sarracenorum. Cum primo futuro die veneris XXVII. presentis mensis septembris a Melfia . . . recedere disponamus, versus Luceriam ad videndum presencialiter opera nostra, que ibi fiunt, . . . pro-

[1]) *n. 380.* [2]) *Vgl. n. 378.* [3]) *Statt* construxerat?

fecturi: . . . precipimus, quatinus circa celerem et studiosum processum ipsorum operum sic diligenter et continue intendatis . . ., quod effectus laudabilis operum vos exinde merito commendabiles nostro conspectui representet. Dat. Melfie die XXI. septembris.

II. Similes facte sunt expensoribus operis portus et operis castri Manfridonie. Dat. ut supra. (et est „versus partes Capitinate", ubi est „versus Luceriam").

III. Siehe: n. 514 I.

383.

I. RA 1281 B n. 42 f. 43a. *Melfi 1280 September 23.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia notarius Iacobus de Trancredo de Fogia et comitus Abideus de Vesti[a]) expensores . . . exposuerunt[b]) excellencie nostre, quod cum pro eo, quod[c]) aliqui de bubalis deputatis pro trahendis currubus ipsorum operum mortui sunt, tum eciam[d]) pro eo, quod aliqui [illegible] sunt . . . alii boves 42 . . . necesserarii sunt . . .: precipimus, quatinus . . . ipsos boves 42 . . . emere debeas . . . ipsosque predictis expensoribus . . . debeas assignare; processum ipsorum operum et aliorum omnium ipsius [illegible] et castri ac portus terre Manfridonie . . . diligenter accelerans . . .. Dat. Melfie XXIII. septembris IX. ind.

[a]) *so Reg.* [b]) exposuit. [c]) *Diese Stelle ist im Reg. ganz verderbt; doch läßt sie sich aus n. III. verbessern.* [d]) *Im Reg.* et cum; *doch ist nach n. III* tum eciam *zu verbessern.*

II. RA 1280 A n. 38 f. 8a. RA 1281 A n. 41 f. 1a.

Iudici Nicolao de Salpis magistro massario Capitinate. Quia Iacobus Tancredi de Fogia et comitus Abideus de Vestis expensores operum fossati pileriorum pontium et taluti tortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum significaverunt excellencie nostre, quod 8 ex bubalis deputatis in trahendis [illegible] et trahenda terra de fossato ipso mortui sunt: . . . precipimus, quatinus . . . de bubalis massariarum nostrarum magistratus tui alios bubalos 8 . . . expensoribus ipsis assignes . . .. Dat. Melfie XXIII. septembris.

III. RA 1281 A n. 41 f. 49b.

Iacobo de Tancredo de Fogia et comito Abideo de Vestis. *Mutatis mutandis gemäß n. I und II.* Dat. Melfie XXIII. septembris VIIII. ind.

384.

1280 September.

FA n. 4 f. 95a. Das Blatt ist am Rande verletzt; [illegible]

[. . .] II. septembris VIIII. ind. Raymundo Guasto et iudici Macciotto de Castromare.[1]) Scripsimus vobis pridem . . ., ut magistrum iuratum Vici, cui . . . mandavimus[2]), ut per totum VIII. . . . augusti subscriptos magistros bacanderios et intunicatores de Vico ad opus tortellicie regii castri Lucerie [illegible] procuret[a]) . . ., cum[b]) ipsos non misisset, de persona capere deberetis et magistros ipsos . . . inquirere et capere . . .. verum, quia . . . alios magistros ad nos mittere curavistis, inter quos tantum extiterunt de predictis magistris, quos mittere debuistis, mag. Natus et mag. Stephanus de Maro . . . super quo . . . mandamus, quatinus . . . predictum magistrum iuratum . . . ad nos mittere procuretis, ut . . . procedamus ad penam . . ., magistros vero . . . studeatis . . . capere . . . et ad nos . . . destinare, per nos ad predictum opus Lucerie . . . transmittendos. nomina vero magistrorum sunt: *(es folgen die Namen).*

[a]) *fehlt im Lasz.* [b]) tam.

385.

I. RA 1281 A n. 41 f. 59b. *Foggia 1280 Oktober 6.*

Expensoribus et credencerius operum tortellicie Lucerie. Cum in efficaci processu [illegible] operum nullum velimus penitus intervenire defectum: . . . precipimus, quatinus super [illegible] cortine et turrium ac faciendis etiam fieri crinellis, faciendis [illegible] ex parte Lucerie, quod complendum restat, ac cavando fossato et [illegible][3]) lapidibus et terra de fossato ipso [illegible] sollicitudine intendatis; ad faciendum tamen talutum [illegible] manus vestras nullatenus extendatis, quousque illuc . . . redeamus; in quo nostro reditu intendamus de taluto [illegible] providere; sic facientes, quod in ipso nostro redditu inveniamus in operibus ipsis bene [illegible] de ministrando vobis omnibus necessariis mandatum nostrum[4]) facimus . . . iusticiario Capitinate . . .. Dat. Fogie VI. octobris IX. ind.

[1]) *Aussteller ist der* Iusticiarius Principatus. [2]) *[illegible]* [3]) *[illegible]* ericiendis. [4]) [illegible]

II. RA 1281 B n. 42 f. 44b.

Eidem iusticiario (Capitinate). *Befehl gemäß n. I.* Dat. Fogie VI. octobris.

386.

I. RA 1280 A n. 38 f. 18a. RA 1281 A n. 41 f. 59b. *Foggia 1280 Oktober 6.*

Iudici Angelo et notario Iohanni de Fogia expensoribus operis murorum fortellicie Lucerie. . . . precipimus, quatinus . . . omnes boves debiles et inutiles ad trahendum currus . . . deputatos pro deferendis lapidibus pro opere murorum fortellicie castri nostri Lucerie, cum alios boves utiles . . . per . . . iusticiarium Capitinate . . . vobis mandaverimus assignari, iudici Nicolao Peregrino de Salpis magistro massario . . . Capitinate . . . assignare curetis . . .. Dat. Fogie VI. octubris.

II. (in extenso RA 1281 A n. 41 f. 59b.)

Similes littere facte sunt Iacobo de Tranchedo de Fogia et comito Abideo de Vestis expensoribus operis taluti fortellicie castri Lucerie. Dat. ut supra.

III. RA 1281 A n. 41 f. 2a.

Iudici Nicolao Peregrino de Salpis magistro massario Capitinate. . . . mandamus, quatinus boves ipsos ab eisdem expensoribus . . . recipere debeas . . .. Dat. Fogie VI. octubris.

387.

RA 1281 B n. 42 f. 45b. *Brindisi 1280 November 4.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Pridem in recessu nostro felici de partibus iurisdictionis tue oretenus tibi . . . iniunximus et nostras etiam direximus litteras[1]) . . ., ut pro operibus nostris Lucerie et Manfridonie omnia et singula oportuna . . . ministrares. et quia nullum in operibus ipsis impedimentum . . . volumus evenire: iterato tibi . . . precipimus, quatinus . . . omnia . . . oportuna . . . ministrari facias . . .. Dat. Brundusii IIII. novembris.

388.

RA 1281 B n. 42 f. 47b. *Brindisi 1280 November 19.*

Eidem iusticiario (Capitinate). *[1]* Cum in opere cisterne eclesie fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum magistros 6 maczonerios providerimus deputandos: . . . precipimus, quatinus . . . magistros ipsos . . . ad fortellicciam ipsam trasmittas iudici Angelo de Vincencio et notario Iohanni de Fogia expensoribus . . . presentandos . . .. *[2]* preterea quia dicti expensores nobis . . . intimarunt, penes eos habere coria equitaturarum . . . et boum . . . mortuorum . . .: mandamus, quod coria ipsa videas et inspicias . . ., curie nostre . . . merca . . . incidi facias . . . et eadem coria expensoribus ipsis resignes, ut, retentis ex eis aliquibus . . . pro habendis inde corrigiis et subiuliis curruum . . ., reliqua . . . vendant . . .. Dat. Brundusii XIX. novembris.

389.

RA 1281 B n. 42 f. 49a. *Brindisi 1281 Januar 2.*

I. Eidem iusticiario (Capitinate). Cum in operibus murorum turrium et cisterne fortellicie castri nostri Lucerie Sarracenorum nullum velimus intervenire defectum: . . . precipimus, quatinus . . . iudici Angelo de Vincencio et notario Iohanni de Thomasio de Fogia expensoribus ipsorum . . . unc. aur. 30 . . . exhibere procures . . .. Dat. Brundusii II. ianuarii.

II. Eidem iusticiario (Capitinate). Cum in operibus taluti pileriorum pontium et fossati, qui et que fiunt in fortellicia castri nostri Lucerie Sarracenorum, nullum velimus intervenire defectum: . . . precipimus, quatinus . . . Iacobo Tancredi de Fogia et comito Albedeo[a]) de Vestis expensoribus ipsorum . . . unc. aur. 30 . . . exhibere procures . . .. Dat. Brundusii die II. ianuarii.

[a]) *so Reg.*

390.

RA 1281 B n. 42 f. 49b bis 50a. *Brindisi 1281 Januar 11.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Die XXI. decembris huius IX. ind. . . . recepimus . . . tuas litteras, continentes, te post dissessum nostrum de partibus Capitinate assignasse . . . iudici Angelo de Vincencio et notario Iohanni de Thomasio de Fogia expensoribus operis murorum et cisterne fortellicie . . . Lucerie

[1]) *n. 385 II.*

. . . boves 46; Iacobo de Tancredo de Fogia et comido Ambideo de Vestis expensoribus operis taluti et fossati eiusdem . . . boves 42; iudici Felicio de Vestis et Iohanni de Philippo de Exculo expensoribus operis castri novi Manfridonie boves 24; et Nicolao de Tancredo de Fogia et iudici Benedicto de Manfridonia expensoribus operis portus Manfridonie boves 13 . . .. in summa numero boves 125.: de qua significacione tua tibi presentibus respondetur . . .. Dat. Brundusii XI. ianuarii VIIII. ind.

391.

RA 1280 A n. 38 f. 26b. RA 1281 A n. 41 f. 84a. *Monopoli 1281 Januar 21.*

I. Iudici Angelo de Vincencio et notario Iohanni de Fogia expensoribus operis murorum fortellicie castri Lucerie. Cum iudici Nicolao Peregrino de Salpis magistro massariarum nostrarum Capitinate . . . pro ampliandis eisdem massariis boves 60 de bubus . . . deputatis ad trahendum currus, qui sunt in eodem opere deputati, 30 videlicet per vos et reliquos 30 per Iacobum de Tancredo de Fogia et comitum Albideum de Vestis expensores in alio opere dicte fortellicie, pro faciendis aratris 10 in eisdem massariis, ad racionem de bubus 6 pro quolibet aratro, providerimus assignari: . . . precipimus, quatinus . . . boves 30 . . . dicto magistro massario assignetis . . .. Dat. apud Monopulum XXI. ianuarii.

II. Similes facte sunt dictis comito Albideo et sociis expensoribus murorum fortellicie etc. per respectiva verba de reliquis 30 bubus. Dat. ut supra.

392.

RA 1281 B n. 42 f. 53b. *Lucera 1281 Februar 13.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Cum pro[a]) operibus nostris fortillicie castri Lucerie Sarracenorum boves 100 neccessarii reputentur: . . . precipimus, quatinus . . . predictos boves . . . emere debeas . . . expensoribus dictorum operum . . . assignandos, videlicet Iacobo Tancredi de Fogia et comito Amideo de Vestis expensoribus taluti fossati boves 50 pro . . . curribus 12, et Andree Cottafaba de Salpis expensori operum murorum cortine et quorundam aliorum operum reliquos boves 50 pro . . . curribus 12 . . .. Dat. Lucerie Sarracenorum die XIII. februarii VIIII.[b]) ind.

[a]) *fehlt Reg.* [b]) VIII.

393.

I. RA 1280 A n. 38 f. 31b. RA 1281 A n. 41 f. 85b. *Lucera 1281 Februar 14.*

Heredibus quondam iudicis Angeli et notario Iohanni de Thomasio de Fogia. Cum nos [illegible] de fide . . . Andree Gottafabe de Salpis . . . ipsum expensorem operum murorum cortine turrium cisterne et aliorum operum, que intus fortelliciam castri nostri Lucerie Sarracenorum fiebant ad expensas curie nostre per manus dicti quondam iudicis Angeli et tui predicti notarii Iohannis nuper ammoti, . . . duxerimus statuendum: . . . mandamus, quatinus . . . currus, tumbarellos, boves, equos, iumenta, someriis cum omnibus apparatibus eorundem, ferrum, azarum laboratum et non laboratum, lapites, tufos, calcem, terram, [illegible]cellos coctos vel non coctos, ferramenta et generaliter universas res . . . dicto Andree . . . assignetis . . . Dat. apud Luceriam Sarracenorum XIIII. februarii VIIII. ind.

II. RA 1280 A n. 38 f. 32b (Schluß auf f. 39a). RA 1280 C n. 40 f. [illegible] (Schluß auf f. [illegible]).

Andree Gottafabe de Salpis. /1/ Cum . . . te expensorem . . . duxerimus statuendum . . . mandamus, quatinus . . . ab heredibus quondam iudicis Angeli et . . . notario Iohanne . . . recipias . . . res omnes . . . recipiens . . . a . . . iusticiario Capitinate pecuniam oportunam . . . necnon magistros, manipulos, carrerios et personas alias . . . oportunas, quibus . . . mercedem eorum solvas ad racionem subscriptam . . . — videlicet cuilibet magistro fabricatori, incisori seu scappatori lapidum aut carpenterio in estate gr. 15 et in yeme gr. 12 per diem; cuilibet manipulo in estate gr. 7 et in yeme gr. 6 per diem, cuilibet carrerio seu ductori tumbarellorum tam in yeme quam estate tar. 7½ per mensem, cuilibet magistro fabro gr. 12 et eius discipulo gr. 6 tam in yeme quam in estate; ductori someriorum cum duobus someriis suis gr. 18 et cum uno somerio gr. 11 per diem . . . . /2/ requiras insuper . . . a predicto iusticiario . . . boves 30 . . . ad trahendum currus, quos per eum a I. . . . mensis aprelis inantea emi et tibi assignari mandamus . . .[1]). /3/ eosdem vero . . . recipias . . . a predicto iusticiario . . . ad racionem de tercia parte thumini pro qualibet earum (i. e. equitaturarum) per noctem. /4/ et . . . placet nobis, quod de pecunia curie nostre . . . tar. auri 1 [illegible] retineas et uni notario . . . gr. 10 exhibeas . . . per diem. Dat. Lucerie XIIII. februarii VIIII. ind.

[1]) *n. III.*

III. RA 1281 B n. 42 f. 53ab.

Eidem iusticiario (Capitinate). */1/* Cum confisi de fide . . . Andree Cottafaba de Salpis . . . ipsum expensorem operum murorum cortine turrium cisterne et aliorum operum . . . castri Lucerie . . . duxerimus statuendum: . . . precipimus, quatinus eidem Andree pro expensis . . . pecuniam oportunam . . . exhibere procures . . .. */2/* cui etiam Andree . . . magistros, manipulos et personas alias oportunas pro eisdem operibus aministres . . .. */3/* volumus insuper . . ., quod eidem expensori . . . ordeum necessarium pro annona equitaturarum . . ., ad racionem de tercia parte thumini pro qualibet earum per noctem, . . . assignes. Dat. Lucerie Sarracenorum XIIII. februarii.

394.

RA 1281 A n. 41 f. 85b. *Benevent 1281 Februar 17.*

Guilielmo de Malascisia. . . . te capitaneum . . . Lucerie . . . duximus statuendum . . .. preterea ordinamus te credençerium expensarum omnium faciendarum in operibus nostris omnibus, que fiunt per manus expensorum eorundem operum, tam videlicet Andree Cottafaba de Salpis ex parte interiori, quam Iacobi de Trancedo et comiti Amudei ex parte exteriori fortellicie supradicte, mandantes . . ., quod opera ipsa omnia frequenter inspicias et visites ac instes apud expensores predictos continue et ardenter, quod in operibus ipsis sine intermissione et efficaciter intendant . . .; et expensas omnes, quas expensores ipsi pro eisdem operibus facient, presens scias et ad oculum et intellectum videas . . .. et de expensis ipsis faciendis per singulos expensorum ipsorum fieri volumus quaternos duos . . ., unum per te . . . et alterum per eosdem expensores . . .. in qualibet autem paga facienda per eos magistris manipulis et personis aliis quibuscumque personaliter intersis . . .. Dat. Beneventi die XVII. februarii.

395.

I. RA 1280 C n. 40 f. 53b. *Arienzo 1281 Februar 17.*

Mag. Petro de Anchicuria. Cum per curiam nostram sit nuper te presente provisum, fieri debere circum turrim magnam rotundam fortellicie castri Lucerie Sarracenorum ex parte terre talutum secundum subscriptam provisionem nostram exinde habitam et designationem tui, qui es inde per nos presencialiter informatus: ecce Iacobo Tancredi de Fogia et comito Abideo de Vestis expensoribus operis taluti eiusdem fortellicie nostris iniungimus litteris[1]), quod in faciendo eodem taluto magistros manipulos et personas alias deputent, calcem terram lapides et quelibet alia oportuna convertant et converti faciant, prout tu melius provideris et eos inde duxeris requirendos. quare . . . precipimus, quatinus . . . expensores predictos exinde requirere debeas et in faciendo eodem taluto cum omni diligentia et studio procedi facias . . .. non tamen liceat tibi predictam nostram provisionem scriptam inferius in aliquo remutare[a]), nisi eius immutationem neccessariam et utilem expedire videris; quo casu, antequam eam immutes, quicquid inde tibi visum fuerit, nobis per litteras tuas scribas, ut, quid inde sis facturus, a curia nostra recipias in mandatis.

ipsa vero provisio talis est: videlicet */1/* quod talutum ipsum erit in fundamento grossitudinis palmorum 12 et retrahetur ½ palmo; et sic remanebunt palmi 11½; panza erit grossitudinis palmorum 9; et antepectus erit grossitudinis palmorum 2; et crinelli erunt grossitudinis palmi ½. */2/* item a muro fortellicie usque ad antepectus erit spacium de terra vacua in angulo cannarum 3; et in alio loco erit spacium de terra vacua tantum, quantum esse poterit; et erit illius profunditatis, cuius est aliud talutum factum.

scire autem te volumus, quod, si predictam provisionem nostram absque speciali mandato nostro in aliquo immutares, expensas omnes, quas exinde curia nostra subiret, a te faceremus de tuo proprio extorqueri, et alias contra te maiestatem nostram provocares ad iram. Dat. Argentii die XVII. februarii.

a) *so Reg.*

II. RA 1280 A n. 38 f. 32b. RA 1280 C n. 40 f. 86a.

Iacobo de Tancredo de Fogia et sociis expensoribus operis taluti fortellicie Lucerie. *Befehl gemäß n. I.* Dat. Argentii XVII. februar IX. ind.

396.

RA 1281 A n. 41 f. 132a. *Orvieto 1281 Juni 3.*

Mag. Petro de Angicuria. Volentes de processu habito in operibus Apulie post felicem discessum nostrum de partibus ipsis plenarie informari: . . . precipimus, quatinus processum huiusmodi . . . habitum, si tempore

1) *n. II.*

recepcionis presencium in partibus Terre Ydronti fueris, de operibus castri Brundusii, turris, que dicitur Lucaballu, portus Ydronti et operibus Ville Nove, si in Terra Bari, de[a]) operibus Mauli, castri Bari et Baroli, si in Capitinata, de operibus Manfridonie, tam portus et castri, quam murorum circuitus et vinearum nostrarum ipsius terre, ac castri Lucerie, si in Basilicata, de opere castri Melfie, . . . et deinde inantea de reliquis operibus supradictis, ad que immediate te conferas, . . . nobis et magistris racionalibus . . . significare procures, distinguendo particulariter, qualiter in eisdem operibus laboratur, et si quis in eis defectus est, quis et ob quam causam, et consilium, quod in ipsius suppleccione defectus videris apponendum, ut, per te exinde informati, super hoc providere et mandare possimus nostre beneplacitum voluntatis. Dat. apud Urbemveterem die III. iunii.

a) in.

397.

RA 1281 B n. 42 f. 91a bis 92b. *Orvieto 1281 Juli 5.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). Nuncius tuus . . . die XV. . . . iunii apud Urbemveterem assignavit . . . magistris racionalibus . . . quaternum unum . . . continentem quantitatem . . . pecunie, quam a I. mensis septembris usque per totum mensem aprilis IX. ind. . . . recollegisti, . . . necnon et quantitatem thesaurariis camere nostre . . . assignatam et pro operibus curie nostre . . . et aliis serviciis nostris exhibitam . . . videlicet

introitus: . . . *[1]* a certis taxatoribus . . . universitatum Bari, Poliniani, Rutiliani et Nohe . . . pro reparatione fossati, portarum, posterularum et pontis castri nostri Bari, ad cuius reparacionem universitates ipse consueverunt hactenus deputari: unc. aur. 144 tar. 12 et gr. 18 . . . . et restant ad recolligendum de pecunia ipsa unc. 60 tar. 11 et gr. 19. . . . *[2]* a diversis collectoribus universitatum Iuvenacii, Melfie(?) et Canusii . . . pro reparatione castri Canusii, ad quam deputari consueverunt et debent: unc. 22 tar. 8 gr. 10 restant . . . colligende unc. 42 tar. 7½. . . .

exitus: . . . *[1]* iudici Felicio de Vestis expensori operis castri Manfridonie una cum Philippo de E[illegible] socio suo: unc. 140. . . . *[2]* item Iacobo de Tancredo de Fogia et comito Abdeo de Vestis expensoribus taluti et quorundam operum fortellicie Lucerie: unc. 32. . . . *[3]* item iudici Angelo de Vincencio et notario Iohanni de Fogia expensoribus murorum turrium et cisterne ipsius fortellicie: unc. 58. . . . *[4]* item Bartholomeo de Anna et Robberto de iudice Iohanne de Barulo statutis per te expensoribus super fieri faciendo fossato in circuitu castri Baruli: unc. 60. . . . *[5]* item mag. Petro de Antonio, mag. Nicolao de Sappa et sociis statutis per te expensoribus super fieri faciendo tabulamento et astraco in turri quatrata eiusdem castri Baruli unc. 5 tar. 12 et gr. 5. . . . *[6]* item Philippo de Terreno et Pascali Rubeo de Barulo expensoribus quorundam aliorum operum eiusdem castri: unc. 70. . . . *[7]* item Petro Leonis Conca et socio statutis expensoribus super fieri faciendo quandam formam in palatio castri Bari: unc. 8. . . . *[8]* item Nicolao de Roma et Thomasio de Faresio extalleriis murorum reduvie pontis et portarum eiusdem pontis et submaramenti[a]) taluti, que fiunt de novo in predicto castro Baruli: unc. 165. *[9]* item mag. Petro Rappotio extallerio operis murorum palacii de novo construendi in castro Bari: unc. 16 tar. 26 et gr. 10. . . . *[10]* mag. Angelo Bartholomei Torci de Baro extallerio quorundam operum, que in castro ipsius terre et circuitu eius de novo fiunt: unc. 214. . . . *[11]* item diversis fabricatoribus magistris ascie et manipulis pro certis rebus et serviciis eorum immissis in reparacione pontis eiusdem castri: unc. 4 tar. 21 et gr. 3. . . . *[12]* item Iohanni de Yes superastante operis castri Baruli pro expensis suis . . . marcii et . . . aprelis, et Littardo de S[illegible] pro expensis suis . . . marcii tantum: unc. 3 et tar. 2. . . . *[13]* item mag. Bartholomeo Rapposio de Baro extallerio operis cisterne et cuiusdam muri faciendi in Maulo: unc. 60. *[14]* item iudici Thomasio de Iuvenatio et Angelo de Carapresa de Canusio electis et statutis per universitates terrarum ipsarum expensoribus super opere reparationis castri Canusii: unc. 28. . . . *[15]* item pro precio et delatura milliarum ferri diversarum emptorum et missorum per te ad opus castri nostri Melfie: unc. 4 tar. 26 et gr. 14. . . .

Dat. aput Urbemveterem die V. iulii.

a) submaramento.

398.

RA 1280 A n. 38 f. 84a. RA 1281 A n. 41 f. 140b *Orvieto 1281 Juli 10.*

Andree Cottatabe de Salpis expensori operum murorum cisterne et quorundam aliorum operum fortellicie castri Lucerie Sarracenorum. Cum mag. Riccardum de Fogia et mag. Symonem de Lanzano . . .

dudum statuerimus superstantes operum predictorum sub statutis gagiis, ad racionem de tar. aur. 1 videlicet pro quolibet ipsorum per diem, que ipsis per iudicem Angelum de Vincencio et notarium Iohannem de Fogia tuos . . . precessores mandavimus exhiberi, et nuper per litteras eorum celsitudini nostre scripserint, quod ab ingressu officii tui, videlicet a XV. mensis februarii . . . IX. ind. citra, gagia ipsa eis solvere denegasti et denegas absque mandato . . . speciali . . .: precipimus, quatinus . . . predicta eorum gagia . . . eis exhibeas. . . . **Dat. aput Urbemveterem XIX. iulii IX. ind.**

399.

RA 1282 B n. 44 f. 53ab. — Auszug: Schulz IV 93 n. 250. *Orvieto 1281 September 15.*

Eidem iusticiario (Capitinate). *[1]* Per litteras Guilielmi de Malassisa capitanei fortellicie castri nostri Lucerie Saracenorum nostra nuper serenitas intellexit, quod, dum ipse, hactenus gravi infirmitate detentus, super operibus nostris, que in fortellicia ipsa fieri facimus, vacare et intendere non valeret, expensores operum eorundem satis negligenter . . . in ipsis operibus processerunt, immo, inlicenciati ab eadem fortellicia discedentes, vix ibi per unam edogmatam[1]) moram continuam protrahebant . . .; ob quorum . . . incuriam magnus defectus usque nunc in operibus ipsis evenit . . .. *[2]* nuncius etiam prefati Guilielmi nobis oretenus retulit, quod post felicem recessum nostrum de Luceria in opere pileriorum et pontis eiusdem fortellicie quasi nichil laboratum extitit . . ., eo quod unum tantum pilerium factum est cum arcu alterius, ob defectum similiter expensorum ipsorum . . .: precipimus, quatinus . . . plene te . . . informes de pecunie quantitate, quam post predictum recessum nostrum de Luceria expensorum ipsorum singulis tribuisti, et deinde . . ., mensurato toto opere ab eodem recessu usque nunc facto, . . . cum ipsis computum facias in hunc modum: videlicet quod computes eisdem expensoribus pro qualibet canna murorum quadrata . . . eam pecunie quantitatem, que contingit pro mercede unius diete 3 magistrorum fabricatorum et 12 manipulorum . . . — ad racionem de gr. aur. 12 in yeme et gr. 15 in estate pro quolibet magistro, et de gr. 6 in yeme et gr. 7 in estate pro quolibet manipulo —, necnon alias . . . expensas, que in lapidibus, calce, terra et aliis necessariis facte sunt . . .; extimari etiam facias totum attractum lapidum et aliarum rerum . . .; factoque huiusmodi computo, . . . totum id, quod penes eos . . . restare debere inveneris, ab eis . . . exigas. et nichilominus . . . expensores eosdem capias . . . pro nostro beneplacito puniendos et . . . eis substituas alios expensores probos . . .. *[3]* preterea, quia prefatum Guilielmum de Malassisa propter egritudinem . . . a predicto capitanie officio duximus amovendum, Guilielmo de Grollay . . . sibi . . . substituto, quem credencerium dictorum omnium operum ordinamus: . . . mandamus, ut predictis expensoribus per te . . . statuendis . . . iniungas, quod expensas omnes . . . faciant in presencia . . . eiusdem Guilielmi de Grollay . . .. *[4]* predicto etiam Guilielmo de Grollays a XVI. . . . septembris inantea . . . et . . . uni notario deputato cum eo . . . statuta eorum gagia, ad racionem de unc. aur.[2]) pro eodem Guilielmo et tar. aur. 15 pro ipso notario . . . per mensem, singulis 3 mensibus . . . debeas exhibere . . .. *[5]* insuper . . . precipimus, quod opera ipsa omnia sepe sepius . . . visites . . .. *[6]* ceterum addicimus . . ., quod, si inveneris predictos expensores bene . . . laborasse, . . . ipsos non capias . . .. *[7]* nichilominus omnia . . . necessaria . . ., tam in pecunia quam magistris manipulis et personis aliis, lignaminibus et aliis quibuscumque, expensoribus ipsis exhibeas . . .; et specialiter intendi facias super faciendis et complendis pileriis, arcubus et ponte dicte fortellicie . . ., quod in . . . adventu nostro inveniamus eos . . . completos. Dat. aput Urbemveterem XV. septembris X. ind.

400.

RA 1282 B n. 44 f. 54a. — Auszug: Schulz IV 94 n. 253. *Orvieto 1281 September 26.*

Eidem (iusticiario Capitinate). *[1]* Per litteras Guilielmi de Malassisa olim capitanei fortellicie castri Lucerie Saracenorum nostra nuper serenitas intellexit, quod in operibus eiusdem fortellicie, tam ex parte interiori quam exteriori, valde pauci magistri existunt . . .: iterato . . . precipimus, quatinus, de operibus ipsis ydoneam curam gerens, . . . de magistris, manipulis et personis aliis ac ceteris oportunis diligenter provideas . . .. *[2]* addicimus insuper et mandamus, quod domus predicte fortellicie, ubi servientes morantur, quas per litteras dicti Guilielmi reparacione aliqua indigere nuper accepimus, necnon et conductus cisterne palacii, quos fractos esse scripsit, reparari facias . . .. *[3]* reparare eciam facias . . . domus palacii nostri eiusdem fortellicie, que similiter indigent reparari . . .. Dat. aput Urbemveterem XXVI. septembris.

[1]) *Statt* **hebdomadam.** [2]) *An dieser Stelle endet im Reg. die Seite; der Schreiber hat aus Unachtsamkeit die Zahl ausgelassen.*

401. *Orvieto 1281 Oktober 31.*

RA 1282 B n. 44 f. 57b bis 58b. Inseriert: ibid. f. 28b (unten n. 406). — Schulz IV 95 n. 257.

Eidem (iusticiario Capitinate). [1] Veniens ad presenciam nostram Guilielmus de Grollay capitaneus fortellicie castri Lucerie Saracenorum . . . nostre nuper exposuit maiestati, quod in operibus murorum cortine turrium et cisterne ipsius fortellicie, quorum est expensor per curiam nostram statutus Andreas Cottafaba de Salpis, post assumptum per eum ipsum officium, a tempore scilicet felicis recessus nostri de ipsa fortellicia, minus diligenter ac bene, immo nimis male ac segniter est processum contra intencionis nostre propositum et mandatum nostrum specialiter et expresse exinde sibi factum, super quo hactenus tibi per quasdam litteras nostras sub certa forma scripsisse recolimus, quas esse te credimus executum. tandem quia defectus huiusmodi multum est cordi nostro molestus, eundem Andream de tanta negligencia seu pocius fraude sic transire nolentes: . . . precipimus, quatinus . . . ad opera predicta te personaliter conferas et diligenter inspecto ac mensurato toto opere facto et laborato per eum, scita etiam quantitate pecunie, quam exhibuisti eidem, computum exinde facias in hunc modum: videlicet pro qualibet canna muri fabricati mensuranda per quatratum computes ei quantitatem pecunie contingentem pro mercede 3 magistrorum fabricatorum et 16 manipulorum unius diei iuxta curie nostre statutum — ad racionem videlicet de gr. aur. 15 pro quolibet magistro et gr. 7 pro quolibet manipulo in estate, gr. 12 pro quolibet magistro et gr. 6 pro quolibet manipulo in yeme — necnon expensas alias necessario et utiliter factas in calce lapidibus terra et aliis oportunis iuxta comunem et legalem extimacionem exinde faciendam; quo computo facto et viso nichilominus ac extimato fideliter attractu lapidum calcis et aliarum rerum, si quem expensor ipse fecit et habet pro apparatu, totum id, quod penes eum restare ac restare debere inveneris, de pecunia supradicta instanter exigas ab eodem, ut curia nostra exinde conservetur indempnis, cum inde tibi totaliter incumbamus. [2] asseruit etiam prefatus Guilielmus, quod quamplures superastantes ad gagia nostra sunt tam in predictis quam aliis operibus fortellicie supradicte, ex quorum superfluo numero expensas inutiles curia nostra subit: ad quod . . . mandamus, ut incontinenti superastantes ipsos omnes scias, et de quo singuli eorum serviunt, et in quibus operibus, que gagia recipiunt, a quo tempore ordinati fuerunt, et de cuius mandato; et hec omnia cum nominibus et cognominibus eorum nobis et magistris racionalibus etc. scribas, quod super hiis indempnitati nostre, prout expedierit, consulamus. [3] ad hec, quia pro celeriori complemento operum predictorum alium socium expensorem dicto Andree providimus adiungendum: placet nobis, quod incontinenti aliquem de iurisdictione tua sufficientem divitem et fidelem ad hoc ydoneum, de quo sit plenarie confidendum, invenias et eidem Andree adiungas in socium in officio supradicto, tibi de ipsius insufficiencia et defectu nostra curia inherente; per quos ambos in operibus ipsis cum omni diligencia et sollicitudine procedi facias et intendi, forma litterarum nostrarum commissionis predicti Andree per eos, ac si ambobus facta fuisset, efficaciter observanda. [4] tu vero pecuniam pro expensis operum eorundem necessariam successive, sicut eam habebas eidem Andree de mandato nostro tribuere, sic deinceps ipsis ambobus absque defectu exhibeas et exolvas; provisurus eis de magistris manipulis et ceteris oportunis, sic quod nullam possint occasionem pretendere, quin opera ipsa celeriter compleantur; que sepe sepius visites et requiras ac omnem defectum eorum, si quis affuerit, suppleas et emendes, sicut nostram gratiam caram habes. tibi enim de hiis omnibus totaliter inheremus. [5] cum autem scripserit nobis nuper predictus Andreas, necessarios esse sibi pro eisdem operibus magistros scappatores lapidum et tuforum muratores et incisores lapidum ac magistros scientes facere mattuncellos, eorum numero non expresso, nosque iuxta sui requisicionem Poncio de Blanquforte, iusticiario Aprucii, et Iohanni de Anglis, iusticiario Terre Bari, nostris sub certa pena litteris iniungamus, quod illum numerum huiusmodi magistrorum, idem videlicet Poncius muratorum incisorum ac scientium facere mattuncellos et ipse Iohannes scappatorum lapidum et tuforum, quem pro operibus ipsis oportunum provideris et ab eorum quolibet, per tuas requisieris litteras, ad opera ipsa mittant, tu statim, adhibito tibi eodem Andrea et inter vos conlatione et provisione de magistris ipsis habita diligenter, eum numerum huiusmodi magistrorum, quem necessarium esse videritis, muratorum scilicet incisorum et scientium facere mattuncellos a predicto Poncio et scappatorum lapidum et tuforum a predicto Iohanne requirere debeas per tuas litteras speciales. [6] adicimus insuper, quod cantones omnes turrium fortellicie supradicte, que iuxta ordinacionem ipsam elevari debent, fieri facias de lapidibus incisis, excepta turri, que est versus castrum vetus ex parte Florentini, que elevari debeat ex parte exteriori per totum de mattuncellis tantum sine cantonibus et ex parte interiori ex alio latere de omnibus lapidibus communibus. [7] fieri facias etiam in bucca cisterne domorum dicte fortellicie, in quibus hospitamur, circumcirca gravicellam unam de ferro et in medio gravicie porticellam de ligno convenientem ferrettum supra buccam eandem cum sera et clave, cum qua

claudatur et aperiatur, sic quod aqua sine mandato non possit extrahi de cisterna, faciens fieri in portis omnibus dictarum domorum nostri hospicii seras cum clavibus oportunis, cum quibus claudantur et aperiantur, quociens opus erit. *[8]* item in singulis tribu turribus dicte fortellicie videlicet in medio ipsarum trium, in qua non fiunt excubie, set que proxima est collateralis[b]) turri, in qua excubie fiunt, cloacas seu privatas fieri facias ad opus servientum, qui ad faciendum excubias morabuntur. *[9]* ceterum molendina ipsius fortellicie, que dictus Guilielmus dicit reparacione indigere, reparari facias, sicut fuerit oportunum, quod ex eis molendi comoditas habeatur. *[10]* pro quibus omnibus expensas fieri facias iustas necessarias et moderatas de quacunque pecunia curie nostre, que undecumque est vel erit per manus tuas, sive de presenti generali subvencione, precio nove denariorum monete tam proximo preterito quam presenti vel undecumque, sic quod defectu pecunie nullum oper.bus ipsis inpedicionis obstaculum ingeratur; de qua etiam pecunia domos servientum, que reparacione indigent, facias reparari, si nondum reparate fuerunt, cum de reparandis eisdem olim tibi nostras direxisse litteras[1]) recolamus. *[11]* preterea volumus, quod corea[c]) omnia animalium mortuorum, que ad servicia operum dicte fortelicie fuerant deputata, tam a predicto Andrea quam Iacobo Tancredi et iudice[2]) Abideo expensoribus operum ipsius fortellicie ex parte exteriori pro parte nostre curie recipias per pilaturas mercaturas et alia signa eorum, visisque ac vere cognitis mercis et signis curie nostre, quibus mercata fuerunt ad flores de lisa, ac de coriis ipsis abcisis deinde comburendis, coria eadem diligenter et bene aptari facias, sic quod possint comode conservari; et aptata assignes Stephano de Talento castellano castri veteris supradicti, conservanda ibi salubriter, ut, cum expediens fuerit, pro nostris serviciis habeantur; rescripturus nobis et magistris racionalibus supradictis totum processum tuum, quem habendum duxeris in premissis omnibus et singulis particulariter et distincte. *[12]* et licet predicto Andree socium in officio supradicto adiungi mandemus ad peticionem et instanciam suam per litteras nobis factam, volumus, quod ipsi ambo Andreas et socius adiungendus illas tantum expensas recipiant, que dicto Andree soli fuerant per curiam nostram statute. Dat. apud Urbemveterem die ultimo octubris X. ind.

b) collatis *mit einer Abbreviatur.* c) *so Reg.*

402. *Orvieto 1281 Oktober 31.*

I. RA 1280 B n. 39 f. 203b. Inseriert: RA 1282 B n. 44 f. 15b bis 16a und ibid. f. 16a (unten n. 407 I; daraus Notiz: Schulz IV 97 n. 259).

Andree Cottafabe de Salpis expensori operum murorum cortine turrium et cisterne fortellicie castri Lucerie Sarracenorum. Receptis . . . litteris tuis, per quas . . . supplicasti, quod, cum quedam coria animalium . . . mortuorum penes te habeas, . . . de ipsorum recepcione et indempnitate curie nostre nostra serenitas provideret: duximus respondendum, quod . . . iusticiario Capitinate[3]) . . . predicta omnia coria . . . assignare procures . . .. Dat. apud Urbemveterem, mense octubris, ultimo eiusdem, X. ind.

II. RA 1280 B n. 39 f. 203b. Inseriert: RA 1282 B n. 44 f. 16a (unten n. 407 II; daraus Notiz: Schulz IV 97 n. 259).

Iacobo de Tancredo et iudici[4]) Abideo de Vestis expensoribus operum taluti redivie pileriorum et pontis fortelicie castri Lucerie. *Gleicher Befehl.* Dat. apud Urbemveterem, mense octubris, ultimo eiusdem, X. ind.

403.

I. RA 1282 B n. 44 f. 59b. *Orvieto 1281 November 26.*

Petro de Sonvilla militi iusticiario Capitinate. Quia confisi de fide . . . Iohannis de Vaubecurt . . . ipsum iusticiarium Capitinate, te inde amoto, . . duxerimus statuendum: . . . mandamus, quatinus . . . eum . . . informes de omnibus operibus nostris, que fiunt in Luceria et Manfridonia, tam in extalium quam in credenciam . . .. Dat. aput Urbemveterem XXVI. novembris X. ind.

II. RA 1282 B n. 44 f. 58b.

Iohanni de Vaubecurt. *Entsprechendes Schreiben.* Dat. aput Urbemveterem XXVI. novembris X. ind.

1) *n. 400 § 2.* 2) *So statt* comito. *Vgl. n. 402 II und n. 407 II.* 3) *Vgl. n. 401.* 4) *So statt* comito. *Vgl. n. 401 § 11 und n. 407 II.*

404.

RA 1282 B n. 44 f. 59b. — Schulz IV 94 n. 255. *Orvieto 1281 November 28.*

Iohanni iusticiario Capitinate. Cum Nicolaum de Constantinopolo et Tibaldum de Alçuno magistros ingenierios ... apud Luceriam transmittamus pro faciendo ponte levaticio in introytu fortellicie castri eiusdem terre: ... precipimus, quatinus magistros ipsos recipias ...; exhibiturus eis ... magistros neccessarios, lignamina, ferrum et quelibet alia oportuna tam pro faciendo eodem ponte quam faciendis aliis duobus ingeniis ..., que vocantur cacasotta[1]) .... et predictis magistris ingenieriis ... expensas statutas exhibeas ... ad racionem de tar. aur. 1 pro quolibet eorum per diem .... Dat. apud Urbemveterem die XXVIII. novembris X. ind.

405.

RA 1282 B n. 44 f. 28a. — Auszug: Schulz IV 95 n. 256. *Orvieto 1281 Dezember 15.*

Eidem (iusticiario Capitinate). */1/* Iudex Benedictus de Manfridonia et Nicolaus de Tancredo de Fogia expensores operis portus Manfridonie, iudex Felicius de Vestis et Iohannes de Philippo de Exculo expensores castri novi eiusdem terre, mag. Iordanus de Monte s. Angeli extallerius operis murorum circuitus, et Petrus de Calia et socii expensores vinearum nostrarum ipsius terre; item iudex Gadalaytus de[a]) Pesquitio et Ricardus Felicii de Vestis expensores navis curie nostre, quam in eadem terra fieri facimus, Iacobus de Tancredo de Fogia et comitus Abideus de Vestis expensores operum fortellicie castri Lucerie ex parte exteriori, et Andreas Cottafaba de Salpis expensor operum eiusdem fortellicie ex parte interiori maiestati nostre ... supplicarunt, ut, cum propter egritudinem quondam Petri de Sumvilla ... a certo retrohacto tempore citra habere nequiverunt pecuniam ... oportunam, de exibenda ipsis nostra serenitas provideret. nos autem ... iterato ... precipimus, quatinus ... supradictis expensoribus ... neccessariam pecunie quantitatem ... persolvas .... */2/* ceterum cum ad supplicacionem dicti mag. Iordani pridem eidem Petro de Sumvilla quoddam mandatum nostrum direxerimus speciale de dandis sibi ... pro extalio dictorum murorum circuitus unc. 50 ...: mandamus tibi, quod ... illud ... ad exibicionem dictarum unc. 50 ... exequaris. */3/* volumus insuper ..., ut ordeum neccessarium pro annona equitaturarum ... dictis expensoribus ministrare procures .... Dat. aput Urbemveterem XV. decembris X. ind.

[a]) *fehlt Reg.*

406.

RA 1282 B n. 44 f. 28b. — Schulz IV 95 n. 257. *Orvieto 1281 Dezember 26.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Pridem Petro de Subvilla tuo in officio precessori litteras nostras direximus continentie talis: *(es folgt n. 401).* verum quia predictus precessor tuus ... decessit ... et propterea eedem nostre littere originales fuerunt ad nostram curiam remisse ...: precipimus, quatinus ... illud per omnia exequi studeas .... Dat. apud Urbemveterem die XXVI. decembris X. ind.

407.

I. RA 1282 B n. 44 f. 15b bis 16a. — Notiz: Schulz IV 97 n. 259. *Orvieto 1281 Dezember 26.*

Andree Cottafabe de Salpis expensori operum murorum cortine turrium et cisterne fortellicie castri Lucerie Sarracenorum. Pridem tibi scripsisse recolimus in hec verba: *(es folgt n. 402 I).* verum quia predictus Petrus de Solvilla[a]) prius in fata decessit, quam sibi assignare predicta coria potuisti[b]) et propterea prescriptas nostras litteras ad nostram curiam remisisti ...: placet nobis ... quod predicta coria Iohanni de Vaubecurt iusticiario Capitinate ... assignes .... Dat. apud Urbemveterem die XXVI. decembris X. ind.

[a]) *so Reg.* [b]) potuisset.

II. RA 1282 B n. 44 f. 16a. — Notiz: Schulz IV 97 n. 259.

Iacobo Tancredi de Fogia et iudici[2]) Abideo de Vestis expensoribus operum taluti reductie et pontis fortelicie castri Lucerie Sarracenorum. *Gleicher Befehl. Inseriert ist n. 402 II.* Dat. apud Urbemveterem die XXVI. decembris X. ind.

408.

RA 1282 B n. 44 f. 31a. *Neapel 1282 Februar [illegible]*

Eidem (iusticiario Capitinate). Litteras et capitula tua ... nostra recepit serenitas et ... de te ... mirari compellimur ..., quod, cum per litteras commissionis tue[3]) tibi ... sit iniunctum, quod in operibus nostris, que fiunt in Luceria et Manfridonia, operibus etiam teridarum 20, quas in Pesquitio et Vestis, et certa quan-

[1]) *Siehe Du Cange s. v.* cagasuptus. [2]) *So statt* comito. *Vgl. n. [illegible] und n. 402 II.* [3]) [illegible]

titate carrellorum et sagittarum fieri facienda . . . procederes . . . diligenter, nunc . . . maiestatem nostram super diversis negocia ipsa tangentibus inaniter consultasti . . .: ad que tibi taliter duximus respondendum, quod . . . penam exinde contra te debitam nostro beneplacito reservamus, tibi . . . iniungentes, quatinus . . . in . . . omnibus nostris serviciis . . . sic efficaciter . . . procedere facias . . ., quod commissam hucusque desidiam per diligenciam redimas . . .. Dat. Neapoli XXV. februarii X. ind.

409.

RA 1282 B n. 44 f. 34a. — Schulz IV 104 n. 274. *Neapel 1282 April 25.*

Eidem (iusticiario Capitinate). *[1]* Licet per alias litteras nostras . . . tibi dudum nostra mandaverit celsitudo, quod cantones omnium turrium fortelicie nostre ex parte Lucerie, que iuxta ordinacionem nostram elevari debent, fieri faceres de lapidibus incisis, quia tamen per Andream Cottamfabam de Salpis et iudicem Petrum de Corneto[1]) expensores operum predicte fortellicie ex parte interiori nuper accepimus, quod cantones tufarum ipsarum turrium sunt meliores et magis[a]) utiles pro ipsis turibus erigendis, quam cantones lapidum incisorum, pro eo quod ipsi asserunt, super tabulamentum ipsarum turrium fore frabicatas cantones tuforum, et super cantones tuforum non debent superponi cantones lapidum incisorum: . . . precipimus, quatinus certificatus per litteras mag. Petri de Angicurt provisoris operum predictorum, si cantones tuforum sunt meliores ad elevationem turium predictarum, quam cantones lapidum incisorum . . ., predictas tures de cantonibus tufforum erigi facias . . .. *[2]* preterea, quia celsitudo nostra provisit, quod in operibus interioribus dicte fortellicie inter magistros et manipulos Saraceni non nisi 6 tantum debeant deputari: mandamus tibi, quatinus de manipulis Cristianis et magistris . . . debeas eisdem expensoribus providere . . .; quorum cuilibet manipulorum ipsorum per diem . . . gr. aur. 7 per expensores predictos . . . debeas exhibere . . .. *[3]* quia expensores ipsi asserunt nobis, quod non habent scapatores lapidum et tuforum neque magistros sientes[b]) facere matuncellos sufficientes . . .: mandamus tibi, quatinus predictos magistros . . . studeas . . . ad predicta opera destinare . . .. *[4]* mandamus insuper tibi, ut omnia coria animalium mortuorum . . . ab eis recipias. . . . *[5]* volumus etiam, ut predicta opera nostra sepe sepius visites . . .. Dat. Neapoli, mense aprelis, XXV. eiusdem, X. ind.

a) *fehlt Reg.* b) *so Reg.*

410.

RA 1282 B n. 44 f. 4b. *Neapel 1282 Mai 16.*

Baldeto de Quesneto castellano castri Lucherie Sarracenorum. . . . precipimus, quatinus presente Rustayno de Tarascono provisore castrorum nostrorum Capitinate et Basilicate necnon Petro de Bernoto milite capitaneo fortelicie et Ricardo gayto Sarraceno de eadem terra Lucherie . . . cameram sive turrim sigillatam, in qua sunt arma curie nostre, intus in eodem castro facias aperiri et[a]) inspectare una cum eis arma ipsa, in quo statu sunt et qualiter conservantur, de quibus, si expediens fuerit et necessitas imineret, tam pro munitione dicte fortericie eidem capitaneo ad requisitionem suam quam pro munitione dicti castri cuilibet servientum ad ipsius castri custodiam statutorum[b]) quantitatem neccessariam distribuas et assignes, iniungens ex parte nostra singulis dictorum capitanei et servientum, quod arma ipsa, que eis pro parte nostre curie assignaveris, forbiant et custodiant diligenter, sic quod in ipsorum custodia non contingat in nostrum preiudicium devastari . . .. Dat. Neapoli, mense madii, XVI. eiusdem, X. ind.

a) *fehlt Reg.* b) *im Reg. fehlt* custodiam; *an Stelle des* statutorum *steht dort* stutorum.

411.

RA 1284 B n. 48 f. 70a. RA 1284 C n. 49 f. 280b. *Nicotera 1283 Oktober 24.*

Abideo de Vestis et Iacobo Tancredi de Fogia expensoribus operis taluti fossati et pileriorum poncium fortellicie castri Lucerie Sarracenorum.[2]) Receptis . . . litteris vestris . . ., duximus respondendum: super animalibus scilicet dudum in predicto opere deputatis, que sub vestra inutiliter scribitis habere custodia, eo quod in eodem opere non laboratur ad presens . . .: placet nobis . . ., quod . . . bubalos et boves Corrado Tancredi de Fogia magistro massario Capitinate et equitaturas Nicolao comminstabulo Precine et Huguetto de Palafredis magistris marestallarum Apulie et Calabrie . . . assignetis . . .. coria vero . . . mortuorum . . . domino Berardo de s. Georgio iusticiario Capitinate . . . assignare curetis . . . per eum . . . vendenda[3]). . . . Dat. Nicotere die XXIIII. octubris XII. ind.

1) *Im Reg. steht* Sorento. *Dies ist wohl nur ein Irrtum der Kanzlei. Vgl. n. 413 I und III.* 2) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* 3) *n. 412.*

412.

Nicastro 1283 Oktober 28.

RA 1284 B n. 48 f. 71b. Getilgt mit dem Vermerk: cassate, quia posite sunt hic errore. et posite sunt in registro iusticiarii Capitinate.

Iusticiario Capitinate.[1]) *Schreiben gemäß n. 411.* Dat. Neocastri die XXVIII. octubris XII. ind.

413.

I. RA 1283 A n. 45 f. 180b. *Neapel 1283 Dezember 11.*

Conrado Tancredi de Fogia magistro massario Capitinate.[2]) Cum ad consultacionem Andree Cottafabe de Salpis et iudicis Petri de Corneto expensorum operum murorum turrium et cisterne fortellicie regii castri Lucerie ex parte interiori . . . rescribamus eisdem[3]), ut omnes boves residuos aput eos de bubus olim ad ipsorum operum servicia deputatis tibi . . . debeant assignare, cum in operibus ipsis non laboratur ad presens: . . . mandamus, quatinus . . . boves ipsos . . . recipere . . . debeas . . .. Dat. Neapoli die XI. decembris XII. ind.

II. RA 1284 B n. 48 f. 44a.

Nicolao de Precina et Huguetto de Palafredis magistris regiarum marestellarum Apulie et Calabrie[4]) Cum ad consultacionem . . . expensorum operum fortellicie regii castri Lucerie ex parte interiori . . . rescribamus eisdem[5]), ut equitaturas residuas . . . vobis . . . debeant assignare . . .: mandamus, quatinus . . . ipsas . . . recipere . . . debeatis . . .. Dat. Neapoli die XI. decembris XII. ind.

III. RA 1284 B n. 48 f. 44a. RA 1284 C n. 49 f. 297a.

Andree Cottafabe de Salpis et iudici Petro de Corneto.[6]) *Mitteilung gemäß n. I und II.* super eo insuper, quod scripsistis, penes vos habere quedam coria animalium . . . mortuorum de animalibus olim in serviciis dictorum operum deputatis . . .: volumus, ut . . . ipsa . . . iusticiario Capitinate[7]) assignare curetis . . .. Dat. Neapoli die XI. decembris XII. ind.

IV. RA 1284 C n. 49 f. 26a.

Eidem (iusticiario Capitinate).[8]) *Schreiben gemäß n. III.* Dat. Neapoli die XI. decembris XII. ind.

414.

RA 1284 C n. 49 f. 10b bis 11a. *Neapel 1283 Dezember 16.*

Iusticiario Terre Bari.[9]) *(de citandis officialibus)*[10]). nomina autem . . . sunt hec: . . . Thomasius de Caloiohanne de Baro, Bisancius de Rustico de Trano de officio expensorum operis castri Bari et Lucerie Sarracenorum . . .. Dat. ut supra (Neapoli die XVI. decembris XII. ind.). terminus . . . est per totum XV. . . . ianuarii.

415.

RA 1284 B n. 48 f. 90b. *Trani 1284 Februar 10.*

Episcopo Caputaquensi et Petro Bodino magne regie curie magistris racionalibus.[11]) Licet . . . iusticiarius Capitinate . . . iudicem Felicium de Vestis et heredes quondam Elnasii comestabuli Fogie expensores operis castri Manfridonie, Iacobum Tancredi de Fogia et comitum Abdeum de Vestis expensores operis taluti fortellicie castri Lucerie Sarracenorum . . . citaverit, quod in certo termino . . . coram vobis . . . per procuratorem sufficienter instructum comparere deberent ad ponendum . . . racionem et satisfaciendum de toto eo, in quo debitores curie apparerent, quia tamen iidem expensores . . . presentes exposuerint, quod infra eundem terminum raciones suas dictorum officiorum, in quibus difficultas magna requiritur, componi facere et . . . destinare non possunt . . .: terminum ipsum eis usque per totum XV. . . . marcii duximus prorogandum . . .. Dat. Trani die X. februarii XII. ind.

416.

RA 1284 C n. 49 f. 143b. *Neapel 1284 April 18.*

Iusticiario Capitinate.[12]) Noveritis, quod Guidoctus de Laurento civis Esculi . . . citatus per vos . . . de comparendo coram magistris racionalibus . . . ad ponendum de officio expensorie operis castri Lucerie

[1]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [2]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [3]) *n. III.* [4]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [5]) *n. III.* [6]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [7]) *n. II.* [8]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [9]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [10]) *So steht im Reg. am Rande.* [11]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [12]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.*

Sarracenorum, quod exercuisse dicebatur, finalem . . . racionem . . ., conparuit . . . coram eisdem . . . et . . . prestitit iuramentum, quod absque licencia . . . de curia non recedat. ideoque devocioni vestre mandamus, quatinus contra predictum Guidoctum occasione predicta nullatenus procedatis . . .. Data Neapoli die XVIII. aprelis XII. ind.

417.

RA 1284 C n. 49 f. 144b. *Neapel 1284 April 19.*

Eidem iusticiario (Capitinate).[1] Noveritis, quod Iohannes Spina de Corneto, citatus per vos . . . ad mandatum magistrorum racionalium . . . de comparendo coram eis . . . pro ponenda racione de officio expensorie quorundam operum castri Lucerie Sarracenorum, . . . comparuit . . .. set quia Nicolaus Grassus, quem dicit fuisse soccium suum in ipso officio, citatus non fuerit, pro eo quod nomen eius ignorabatur, set citatur[a]) ad presens . . . per totum XV. . . . madii . . ., idem ecciam terminus prefixus est ad hoc predicto Iohanni . . .. Dat. Neapoli die XIX. aprelis XII. in

[a]) citari.

418.

RA 1284 C n. 49 f. 144a. *Neapel 1284 April 21.*

Eidem iusticiario (Capitinate).[2] Noverit devocio vestra, quod Iacobus Tancredi de Fogia et comitus Abideus de Vestis expensores operum fortellicie castri Lucerie Sarracenorum citati per vos . . . ad litteras magistrorum racionalium . . . de comparendo . . . coram eis . . . ad ponendum de eodem expensorio officio . . racionem . . . comparuerunt *(usw. wie n. 416)*. Dat. Neapoli die XXI. aprelis XII. ind.

419.

RA 1284 C n. 49 f. 147a. *Neapel 1284 Mai 5.*

Eidem (iusticiario Capitinate).[3] Noverit devocio vestra, quod Angelus de Vicencio[4]) et notarius Iohannes de Thomasio expensores olim quorundam operum castri Lucerie Sarracenorum citati per vos . . . coram . . . magistris racionalibus se . . . presentarunt *(usw. wie n. 416)*. Dat. Neapoli die V. madii XII. ind.

420.

RA 1284 C n. 49 f. 169a. *Neapel 1284 Mai 16.*

Eidem iusticiario (Capitinate).[5] Noverit devocio vestra, quod Nicolaus Romaldicii de Esculo et Iohannes Spina de Corneto olim expensores operis pontis castri Lucerie Sarecenorum[a]) citati per vos . . . coram . . . magistris racionalibus se . . . presentarunt *(usw. wie n. 416)*. Dat. Neapoli die XVI. mensis madii XII. ind.

[a]) *so Reg.*

421.

RA 1283 A n. 45 f. 36b. *Brindisi 1284 September 25.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). Quia infrascripti . . . tenentur curie nostre debitam ponere racionem, . . . precipimus, quatinus . . . ipsos . . . citare debeas, ut per totum XV. . . . octubris . . . compareant . . .. nomina vero sunt hec: . . . heredes Bisancii de Rustico de Trano de opere castri Lucerie . . .. Dat. Brundusii die XXV. septembris XIII. ind.

422.

RA 1272 B n. 13 f. 162b. *1286 März 9.*

Similes facte sunt . . . Roberto de Aurelianis iusticiario Capitanate[6]) de citandis subscriptis officialibus: videlicet Nicolaus de Tancredo de Fogia et iudex Benedictus de Manfridonia expensores operis portus Manfridonie; Conradus de Tancredo magister massarius Capitanate; Iacobus de Tancredo et alii qui fuerant expensores operum fortellicie Lucerie; item expensores operum castri Manfridonie et navis facte ibidem; dominus Berardus de s. Georgio olim iusticiarius Capitanate; dominus Petrus de Brayda iusticiarius ibidem et dominus Tafurus de Precina magister araciarum . . .; terminus comparendi est per totum XX. presentis mensis et habendi responsales per totum eundem mensem. (VIIII. martii XIIII. ind.).

[1]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [2]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [3]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [4]) *Gemeint sind zweifellos dessen Erben, da Angelus selbst verstorben war. Vgl. n. 393 I.* [5]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [6]) *Aussteller sind die Reichsverweser während der Gefangenschaft Karls II., der Kardinal von S. Sabina und der Graf von Artois.*

Manfridonia.

(Manfredonia.)

423. *Troia 1277 November 3.*

RA 276 B n. 26 f. 172ᵃ. Inseriert: AP vol. V n. 344 (olim arc. B maz. 57 n. 18) und vol. V n. 359 (olim arc. I maz. 12 n. 18) (unten n. 432); RA 1268 A n. 1 f. 63ᵇ bis 64ᵃ und RA 1276 B n. 26 f. 177ᵃ (unten n. 427 I). — Auszug: Schulz IV 54 n. 132 und 58 n. 140; inseriert in extenso: Schulz IV 56 n. 139, im Auszuge: SM I 147 n. 4.

Eidem (iusticiario Capitinate). Scire volumus fidelitatem tuam, quod mag. Iordanus de Monte s. Angeli convenit et promisit cum curia nostra, fieri et compleri facere ad extalium omnes muros, qui fieri debent circumcirca terram Manfridonie pro eadem terra claudenda secundum conventiones et facta subscripta: videlicet */1/* quod fieri faciat ad omnes expensas suas totum murum ipsum, ita quod pro qualibet canna ipsius muri habere et recipere debet a curia nostra tar. aur. 6. */2/* et in qualibet canna ipsius muri ponet de calce viva salmam 1, ana thuminos 8 per salmam. */3/* et totus murus ipse debet esse amplitudinis palmorum 5 et altitudinis cannarum 4, computata canna 1 pro mergulis et antepectore ipsius muri. */4/* licebit eidem magistro accipere pro muro ipso omnes lapides, qui sunt in eadem terra a ruga dicta de Comite ex parte montanee, et omnes lapides muri eiusdem terre, qui fuit inceptus, et omnes alios lapides, qui sunt extra murum, quem modo de novo signari fecimus, ex parte iudeorum preter domos cohopertas. */5/* secundum quam rationem de tar. 6 pro qualibet canna ipsius muri satisfiet ipsi magistro, quousque lapides ipsi durant. */6/* deficientibus vero lapidibus ipsis, habebit dictus magister tar. aur. 7 pro qualibet canna dicti muri. accipiet lapides de terra veteri Syponti et extra predictam terram Manfridonie, ubicumque eos invenerit, preterquam de vinea principis. */7/* et debet facere in predictis muris ipsius terre portas 4 pro ingressu et egressu ipsius terre, unam videlicet ex parte Fogie, aliam ex parte terre Montis s. Angeli, aliam ex parte montanee et aliam ex parte maris, posterulas 2, unam videlicet ex parte buccerie et aliam ex parte portus. */8/* et quelibet predictarum portarum debet esse amplitudinis palmorum 12 et altitudinis palmorum 16. */9/* et in qualibet ipsarum portarum fiant 2 arcus, unus videlicet extra et alius intus, de bonis tufis. */10/* et in qualibet ipsarum portarum fiant 2 ianue lignee bone et fortes. */11/* et quelibet porta habebit 2 barras bonas et fortes. */12/* quelibet vero dictarum posterularum erit amplitudinis palmorum 6 et altitudinis palmorum 8. */13/* et magistri principales, qui laborent in opere ipsorum murorum, computato eodem mag. Iordano, debent esse 25. */14/* et debent esse liberi et immunes a generalibus subventionibus et aliis exactionibus, quousque fuerint in ipso opere neccessario faciendo.

quocirca . . . mandamus, quatinus eidem mag. Iordano et aliis magistris principalibus, qui laborabunt in opere dicti muri usque ad supradictum numerum tantum, si tot in eodem opere laborabunt, donec in servicio ipso fuerint, immunitatem in generalibus subventionibus et aliis exactionibus auctoritate presentium serves ac mandes et facias observari. exhibeas nichilominus eidem mag. Iordano magistros muratores 12 vel plures, si plures fuerint oportuni, usque ad numerum supradictum de terris iurisdictionis tue, et tam de Manfridonia quam de Pedemonte et terris aliis vicinis manipulos 50, quibus ipse mag. Iordanus solvet mercedem, sicut recipiunt alii magistri et manipuli in aliis operibus nostre curie laborantes, exhibiturus similiter eidem ad presens sumerios 12 pro deferendis lapidibus terra aqua et, quando facte fuerint calcarie, pro deferenda calce usque ad somerios 30 cum apparatibus eorum et hominibus ducentibus eos de Manfridonia et locis vicinis. et pro loerio someriorum ipsorum solvet idem magister ad rationem de gr. aur. 10 pro quolibet somerio Manfridonie, et pro sumeriis, qui erunt de terris vicinis, loerium competens. cui mag. Iordano expensas*) ad presens pro opere predicti muri de quacumque fiscali pecunia et etiam de pecunia presentis generalis subventionis in iurisdictione tua imposite et de precio etiam presentis nove monete denariorum distributa in eadem provincia tibi ad recolligendum commissa, que est vel erit per manus tuas, non obstante aliquo mandato nostro huic contrario, per quod presentis mandati executio impediri posset vel modo quolibet retardari, sine defectu et difficultate qualibet debeas exhibere, recepta ab eo de quantitate ipsa sufficienti et ydonea fideiussoria cautione de procedendo in opere ipso secundum conventiones et

*) *in sämtlichen Vorlagen* exhibeas.

pacta predicta. a quo recipias de exhibitione ipsius pecunie ydoneam apodixam; factis nichilominus de receptione dicte fideiussorie caucionis duobus scriptis publicis consimilibus, continentibus: formam presentium, nomina et cognomina fideiussorum, quos ab eodem receperis; quorum unum magistris racionalibus magne curie nostre transmittas et reliquum tibi retineas in tuo raciocinio producendum. Dat. Troye III. novembris.

424. *Casalbore 1277 November 4.*

Siehe n. 210.

425.

RA 1276 B n. 26 f. 173a. *Neapel 1277 November 9.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Cum mag. Iordanus de Monte s. Angeli ex pacto inter eum et curiam nostram habito et convento teneatur facere et complere ad extalium muros, qui fieri debent in circuitu terre Manfridonie, omnes et singulos, cum quo extallerio esse debent in opere omnium murorum ipsorum alii magistri muratores 24, qui de omnibus exactionibus et collectis erunt immunes, donec in eodem opere morabuntur: . . . mandamus, quatinus incontinenti omnia nomina et cognomina predictorum 24 magistrorum muratorum necnon terrarum et locorum, unde sunt, qui in societate predicti mag. Iordani de Monte s. Angeli in eodem opere morabuntur et debent esse immunes exactionibus et collectis, nobis et magistris racionalibus etc. per litteras tuas semotim significare procures. inquiras et scias etiam a magistris ipsis, si vero sunt socii predicti mag. Iordani in opere supradicto et predictam inmunitatem habere volunt, et scias, qui sunt illi singulariter et distinte. et hec omnia similiter celsitudini nostre et predictis magistris racionalibus notificare procures. Dat. Neapoli IX. novembris VI. ind.

426.

RA 1278 D n. 32 f. 171a. *Belvedere 1278 Februar 8.*

Iudici Benedicto de Manfridonia et Nicolao Tancredi de Fogia statutis super opere portus Manfridonie. Quia inter alia pacta et conventiones habita inter curiam nostram et mag. Iordanum de Monte s. Angeli extallerium operis murorum construendorum circumcirca ipsam terram Manfridonie super extalio ipsius operis idem mag. Iordanus convenit curie nostre, quod in qualibet canna muri ponere debet de calce viva salmam 1 ana thuminis 8 per salmam: . . . mandamus, quatinus vos ambo vel unus vestrum in absentia alterius personaliter et continue intersitis et videatis ad oculum, si dictus mag. Iordanus in qualibet canna ipsius muri ponet vel poni faciet salmam 1 de calce viva ana thuminis 8 per salmam . . .. Dat. ut supra (apud Bellumvidere VIII. februarii VI. ind.).

427. *Belvedere 1278 Februar 9.*

I. AP vol. V n. 344 (olim arc. B maz. 57 n. 18). Orig. membr. RA 1268 A n. 1 f. 63b bis 64a. RA 1276 B n. 26 f. 177a. Inseriert: AP vol. V n. 359 (olim arc. I maz. 12 n. 18) (unten n. 432). — Schulz IV 56 n. 139. Auszug: SM I 147 n. 4.

Guidoni de Alemania militi iusticiario Capitanate. *[1]* Dudum . . . tuo . . . precessori . . . scripsimus in hac forma: *(es folgt n. 423).* verum quia predictus mag. Iourdanus . . . nuper exposuit coram nobis, quod predictus . . . precessor tuus . . . exhibuit ei tantum unc. aur. 50 pro opere predictorum murorum, quas iam expendisse asserit in opere supradicto: . . . mandamus, quatinus . . . unc. aur. 50 . . . eidem magistro . . . exhibeas et . . . successive tribuas ei eodem modo, sicut fuerit oportunum, ana unc. aur. 50 . . .. *[2]* volumus etiam . . ., quod exhibeas eidem mag. Iourdano magistros muratores et sumerios, prout in supradictis litteris nostris continetur. *[3]* preterea quia 8 magistris muratoribus de Barolo, qui . . . laborant in opere murorum ipsorum, predictam immunitatem in generalibus subvencionibus . . . mandavimus . . . observari . . .: mandamus, ut reliquis magistris principalibus . . . et eidem mag. Iourdano etiam immunitatem . . . observes . . .. Dat. apud Bellumvidere 1278, mense februarii, IX. eiusdem, VI. ind.

II. RA 1278 D n. 31 f. 17ab.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Quia infrascriptos 8 magistros muratores de Barulo, qui laborant in opere murorum Manfridonie et sunt de numero magistrorum principalium muratorum laborantium in eodem opere . . ., quibus . . . immunitatem concessimus, . . . volumus esse immunes: . . . mandamus, quatinus eisdem . . . immunitatem . . . observes . . .. nomina vero . . . sunt hec: videlicet Symon de Trano, Sanctorus Cabanus, Basilius magistri Nicolai, Rogerius de Barulo, Pascales Petrarolus, Bartholomeus magistri Cilii, Nicolaus Romanus et Sergius de Trano. Dat. apud Bellumvidere IX. februarii.

428.

RA 1276 B n. 26 f. 180a. *bei Capua 1278 Februar 28.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Cum Gualterium de Universa . . . apud Manfridoniam mandaverimus[a]) moraturum continue in opere murorum, quod . . . fit in circuitu terre Manfridonie, et quod presit pro parte nostra in eodem opere et . . . videat, si opus ipsum . . . bene fiat . . ., et quod in qualibet canna carrata murorum ipsorum apponatur salma 1 calcis petre vive non extincte: . . . precipimus, quatinus eundem Gualterum in opere ipso . . . facias commorari; cui . . . expensas ad racionem de unc. aur. 1 . . . per mensem . . . debeas exhibere . . .. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam die ultimo februarii.

a) *fehlt Reg.*

429.

bei Capua 1278 März 4.

Siehe n. 232.

430.

bei Capua 1278 März 6.

AP vol. V n. 351 (olim arc. K maz. 41 n. 37). Orig. membr. RA 1268 A n. 1 f. 106b bis 107a. RA 1276 B n. 26 f. 180b bis 181a. Inseriert: AP vol. V n. 349 (olim arc. I maz. 64 n. 7). (unten n. 431). — Auszüge: SM I 150 n. 1. Schulz IV 59 n. 145.

Iusticiario Capitinate. */1/* Quia mag. Petrus de Angicurt prothomagister operum curie nostre . . . convenit cum curia nostra, fieri et compleri facere ad extaleum omnes muros turris, que de mandato nostro fit in portu Manfredonie, ad racionem de unc. aur. 1 pro qualibet canna quarrata ipsorum, et exposuit nobis, quod 50 unc. aur., quas racione dicti extalii per . . . tuum . . . precessorem . . . sibi fecimus exhiberi, per eum in eodem opere sunt expense . . .: mandamus, quatinus eidem mag. Petro . . . successive pecuniam necessariam pro opere ipso . . . debeas exhibere . . .. */2/* et quia preter muros ipsius turris, qui fieri debent ad extalium per eundem mag. Petrum, . . . fieri debent in eadem turri cisterna 1 illius largitudinis, cuius est turris ipsa interius infra muros, 3 solaria lignaminum astricata et volta 1 lapidea in sommitate ipsius turris . . . mandamus, quod huiusmodi cisternam, 3 solaria lignaminum astricata et voltam 1 lapideam per magistros lignaminum, fabricatores et alios . . . facias extimari[1]); et exponi facias voce preconia in Manfredonia, Fogia et aliis terris famosis vicinis opera ipsa ad extaleum concedenda . . .[2]). et si non apparuerint aliqui, qui opera ipsa velint ad extaleum fieri facere, ipsa cum expensis curie nostre ad credenciam fieri facias . . . in ordinacione vero predicte cisterne, solariorum et volte lapidee habeas consilium et provisionem predicti mag. Petri . . .. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam 1278 die VI. marcii VI. ind.

431.

Manfredonia 1278 März 23.

AP vol. V n. 349 (olim arc. I maz. 64 n. 7). — Auszüge: SM I 149 n. 9. Schulz IV 59 n. 143 [illegible] Datum).

Anno . . . 1278 . . . die . . . XXIII. mensis marcii . . . aput Sipontum Novellum. Nos Landulfus Syponti Novelli iudex, Benevenutus puplicus eiusdem terre notarius et subscripti testes de eadem terra . . . ad hoc vocati specialiter et rogati presenti puplico scripto confitemur:

quod nobilis vir . . . iusticiarius . . . Capitinate . . . dudum XVI. eiusdem mensis a sacra regia maiestate recepit litteras in hac forma: *(es folgt n. 430).* cuius autoritate mandati predicti dominus iusticiarius, adhibitis sibi diacono Troylo de Mamfridonia, mag. Ursone de Herasmo et mag. Petro de Tito[a]) de Monte s. Angeli, magistris expertis in opere lignaminum, mag. Iordano, mag. Marando de eodem Monte, mag. Rogerio de Caroiohanne, mag. Andrea de Bene de Fogia, mag. Paulo de Mamfridonia, mag. Symeo de magistro Robberto, mag. Christoforo de magistro Guilhelmo de Barolo, mag. Iohanne de Dominico de s. Iohanne Rotundo et mag. Rogerio de Dominico de Vestis, fabricatoribus, mag. Robberto, mag. Sellitto, mag. Robberto Petri Dentis de Andria et mag. Iordano de Mamfridonia, scappatoribus lapidum . . ., adhibitis etiam sibi iudice Bartholomeo de Precina, iudice Benedicto, Scotto protontino, Gottrido de Sasso et iudice Angelo de Siponto, Nicolao de Tancredo de Fogia et Robberto de Minerro protontino Vestarum . . . una cum eis, iudice Pisano de Amalfia assessore suo, iudice Riccardo Aversano de Salerno advocato in curia et quampluribus aliis . . . ac presenti . . . etiam ibidem mag. Petro de Angicurt . . . contulit se personaliter ad turrim predictam, visurus quantitatem operis murorum dicte turris per ipsum mag. Petrum factorum, quos fecit mensurari in presentia nostra et omnium predictorum in una parte ipsius turris versus partem orientis et iuxta faciem maris in parte meridiei a profundo fundamenti ipsius turris, in quo turris ipsa incepta fuit ex parte ipsa.

a) *korrigiert aus* Lito (?).

1) *Über die Ausführung vgl. n. 431.* 2) *Die Ausführung ebenda.*

[1] et invenit per mensuram ipsam, *[a]* quod turris ipsa ex eadem parte racione fundamenti ipsius est desuptus usque ad faciem terre et non supra terram elevata per muros circumcirca ad mensuram cannarum 2. *[b]* et circumcirca esse laboratas in eadem turri ad cannam quarratam de muro cannas 50.

propter quod, cum idem mag. Petrus peteret ab eodem iusticiario, sibi dari unc. aur. 50 . . ., idem . . . iusticiarius . . ., recepta . . . cautione, . . . exhibuit sibi . . . unc. aur. 50 . . ..

[2] et cum post hec idem dominus iusticiarius . . . vellet procedere . . . ad faciendum fieri extimacionem de opere cisterne, 3 solariorum, que dictus dominus rex mandat fieri in turri ipsa, et de volta lapidea facienda in summitate turris ipsius, antequam fieret extimacio de eadem, voluit de profunditate cisterne, quomodo procedi deberet super construccione ipsius cisterne, 3 solariorum et volte in summitate ipsius turris faciende et de omnibus, que neccessaria sunt pro . . . complemento operum predictorum, consulere . . . mag. Petrum, cuius consilio et provisione omnia de ipsis operibus mandavit . . . rex . . . iusticiarium debere uti, requisivit eundem mag. Petrum . . ., ut eum super hoc informaret et rescriberet omnia facienda.

qui mag. Petrus primo de cisterna providit et designavit, *[a]* quod fundamentum ipsius cisterne deberet fodi profundius per cannam 1 fundamento ipsius turris, preterquam si inveniretur aqua, antequam foderetur ad cannam 1. et quod deberet fieri circumcirca murus 1 per altitudinem canne 1½, qui ascendit ad summam cannarum 22, et per crossitudinem palmorum 2. super quem murum debet erigi volta cisterne. et quod debet fieri astracum in fundo ipsius cisterne de calce et tegula in crossitudine palmi 1½. et quod murus faciendus circumcirca in ipsa cisterna debet esse intonicatus. *[b]* providit etiam dictus mag. Petrus: dicta solaria facienda in turri debet distare unum ab altro per [1]). et quod in quolibet solario sunt neccessarie trabes 16, quelibet longitudinis cannarum 5 et altitudinis in qualibet facie palmi 1 de canna et digitorum 3. et pro traynis in quolibet solario, trabes de habiete 4 eiusdem longitudinis et crossitudinis palmi 1. que trabes . . . sunt in summa . . . 60. *[c]* providit etiam esse neccessarios in quolibet solario de lapidibus vivis corbellos 32 pro appodiatice trabium predictarum. qui corbelli neccessarii pro ipsis 3 tabulatis sumant corbellos 96. *[d]* providit etiam in volta facienda in summitate turris debere fieri crucem unam de petris vivis; et reliquum ipsius volte de tofis incisis et desuper astricatis de plancis lapideis. et sic de volta facienda supra cisternam, preterquam quod dixit, quod non debet fieri crux, sicut in volta superiori. *[e]* providit etiam, quod solaria debeant fieri supra predictas trabes de tabulis serraticiis, quarum quelibet sit crossitudinis digitorum 3.

[3] facta itaque provisione per predictum mag. Petrum . . . predictos magistros fabricatores et alios operum lignaminum . . . iurare fecit, quod fideliter extimarent omnia et singula neccessaria pro operibus nominatis . . ., tam in lignaminibus, calce, tegula, arena et lapidibus, quam mercede magistrorum et manipulorum. qui predicti omnes simul habito consilio de omnibus supradictis . . . extimaverunt, predicta omnia posse fieri et construi in summa, sine ingenio, quod erat neccessarium in faciendo astrico in volta superiore et in ipsa volta superiore, . . . pro aur. unc. 155 tar. 21½ et predictum ingenium pro unc. aur. 8 cum bubalis 4 neccessariis ibidem de die in diem pro trahendis rebus neccessariis ad ipsum astricum et voltam.

[4] verum quia neccessarium erat ex tenore predicti mandati, quod extimacio ipsa contineret omnia et singula neccessaria particulariter et distincte et precium, pro quo comode emi et haberi possent, idem iusticiarius requisivit eosdem magistros et alios . . ., quod predictam extimacionem . . . facerent . . .. qui . . . extimaverunt omnia neccessaria . . ., prout inferius continetur . . ., videlicet:

[a] pro predicta cisterna construenda in muris esse neccessarium de calce salm. 66 ad racionem de thuminis 8 per salmam; et eas comuni precio . . . posse haberi pro . . . unc. 2 et tar. 6. item de tegulis salm. 66 et eas posse haberi . . . pro . . . unc. 4 et tar. 12. item pro delatura et adunatura ipsius tegule . . . ad racionem de tar. 1 per salmam . . . unc. aur. 2 et tar. 6. item pro temperatura ipsius calcis cum tegula neccessarias esse pro qualibet canna ipsorum murorum cisterne, qui debet esse de altitudine canne 1½ et de amplitudine palmorum 2, qui ascendunt ad summam circumcirca cannarum 22, super quibus debet erigi volta ipsius cisterne, manipulos 2, qui possunt conduci ad racionem de gr. aur. 10 pro quolibet ipsorum, in summa . . . tar. aur. 22. item de lapidibus incisis seu scapizatis esse neccessarios, ad racionem de centenario 1 pro quibuslibet duabus cannis et media emendo . . . pro . . . tar. 19½, in summa . . . unc. aur. 5 tar. 21 et gr. 12. item de saburris emendis et inveniendis, ad racionem de tar. 1½ pro quibuslibet carratis duabus, . . . esse neccessarium in summa pro aur. unc. 1 et tar. 3. item pro carrexatura aque pro temperanda ipsa calce cum tegula pro qualibet canna gr. 10: sunt in summa . . . aur. tar. 11. item pro faciendo astrico ipsius cisterne in fundo iuxta predictam formam . . ., videlicet crossitudinis palmi 1½ . . ., extimaverunt esse neccessarium

[1]) *Hier ist eine Lücke gelassen, die nicht ausgefüllt ist.*

emendum de calce, tegulis et saburris, aqua, manipulis pro temperatura ipsius calcis, baccitura et recalciatura ipsius astraci, quantum pro predictis muris, excepta quantitate predictarum lapidum scappizatorum: quorum pecunia est in summa . . . aur. unc. 11. item pro volta ipsius cisterne, quam extimaverunt esse cannarum 21, esse neccessarium de calce . . . salm. 63, que potest haberi . . . (pro)[a]) aur. unc. 2 et tar. 3. item de tegulis pisatis . . . salm. 63, costant . . . unc. 4 et tar. 6. item pro delatura et adunatura ipsius tegule . . . unc. 2 tar. 3. item pro delatura aque pro temperanda calce cum dictis tegulis . . . aur. tar. 10 et gr. 10. item . . . pro temperatura ipsius calcis cum tegula . . . manipulos 2 conducendos . . . pro . . . tar. 21. item de tofis . . . pro qualibet canna tofos 50, qui sunt in summa 1050 tofi, emendi . . . ad racionem de tar. 15 pro quolibet centenario . . . pro aur. unc. 5 tar. 7 et gr. 10. item de saburris pro qualibet canna murorum carratas 6 . . . pro aur. unc. 3 tar. 4 et gr. 10. item pro facienda forma ipsius cisterne de lignaminibus emendis . . . pro unc. 2. item pro adequando astrico super voltam ipsius cisterne . . . esse neccessarias plancas de lapidibus vivis 320 ad racionem de lapidibus 20 pro qualibet canna, quem extimaverunt debere esse cannarum 16, qui possunt haberi scappati et delati ad ipsam turrim, ad racionem de unc. 2 tar. 25 per centenarium, pro aur. unc. 9 tar. 2. item pro calce eiusdem astrici predictarum cannarum 16 salm. 16 emendas . . . pro tar. 16 item de arena pro qualibet canna . . . salm. 3 habendas pro tar. 13. item pro complemento ipsius cisterne, excepta intonicatura et recalciatura et cavanda terra et ripa ipsius cisterne iuxta predictam altitudinem, extimaverunt esse neccessarios magistros muratores 3 pro quibuslibet 2 cannis tocius predicti operis et manipulos 6, qui possunt . . . conduci ad racionem de tar. 1 pro mercede cuiuslibet magistri et de gr. 10 pro mercede cuiuslibet manipuli, qui recipient pro ipsis 2 cannis . . . tar. 6, quorum pecunia ascendat ad summam . . . pro toto predicto opere cannarum canne 75, . . . aur. unc. 7 et tar. 15. item extimaverunt esse neccessarium pro intonicatura ipsius cisterne de calce salm. 15 . . . pro aur. . . . tar. 15. item de tegulis pisatis salmas 16 . . . emendas adunandas et deferendas pro aur. unc. 1 tar. 15. extimaverunt etiam esse neccessarios pro predicta intonicatura et recalciatura magistros et manipulos in quantitate, quam extimare non potuerunt pro eo, quod nesciverunt determinare, quando refragatur (?) intonicatura ipsa; set extimaverunt posse fieri . . . pro unc. aur. 3. item pro fodenda terra et eicienda ipsa, ubi debet fieri cisterna, unc. aur. 4 et pro fodenda planca profundius, quam est fundamentum ipsius turris, ad mensuram [illegible] iuxta provisionem ipsius mag. Petri . . . unc. 12.

que videlicet pecunia dicte construende cisterne est in summa aur. unc. 86 tar. 3 gr. 2.

/b/ item extimaverunt pro predictis tribus construendis solariis in ipsa turri esse neccessarias res infrascriptas . . .: pro refigendis trabibus corbolos 96 de lapidibus vivis ad substentacionem earum, quarum[b]) quilibet esse debet longitudinis palm. 5 et latitudinis in una facie palm. 1[1]/₂ et in alia facie palm. 1, possunt haberi scappati delati et contiati de facie ad faciem, ut possint poni in muris ipsius turris pro substentacione ipsarum trabium pro aur. unc. 5 et tar. 9. item pro ponendis ordinandis et trahendis ipsis a terra usque ad locum, ubi debent poni, pro manipulis et ingeniis neccessariis aur. unc. 1. item pro predictis trabibus et traynis[c]) de habiete numero 60 . . . aur. unc. 45. item pro predictis tabulis serraticiis . . ., que sunt de numero 150, aur. unc. 5. item pro clavandis ipsis tabulis serraticiis in ipsis construendis solariis supra trabes predictas centrorum, longitudinis digitorum 8, miliaria 2 et centenaria 4, valentes cum opere magistrorum, qui clavabunt ipsas, aur. unc. 8. item pro faciendis astricis in ipsis tribus solariis, licet dictus magister Petrus provideatur tantum fieri ipsa solaria cum predictis tabulis et trabibus clavatis, unc. 3.

que pecunia dictorum solariorum est in summa unc. 67 tar. 9.

/c/ item pro facienda volta in summitate ipsius turris extimaverunt neccessarias pro facienda [illegible] in ipsa volta lapides scappatas et delatas ad ipsam turrim 200, que possunt haberi pro unc. 2. item pro delatura et affazatura (?) ipsarum lapidum, que comprehendunt opera magistrorum 133¹/₃ . . . conducendorum ad predictam racionem de tar. 1 pro qualibet opera unius magistri unc. 4 tar. 13¹/₃[1]). item de tofis [illegible] emendum pro aur. unc. 7 tar. 15. item de saburris carratas 6 pro qualibet canna ipsius volte, que est cannarum 24, emendas et carrixandas . . . pro aur. unc. 3 tar. 18. item de calce salm. 72 . . . pro unc. 2 et tar. 12. item de arena salm. 216, costant . . . unc. 2 et tar. 12. item pro delatura aque . . . tar. 12. item pro astraco supra ipsam voltam pro adequanda ipsa circum circa et recalzatura tam ipsius volte quam volte dicte cisterne extimaverunt esse neccessarium de calce salm. 135, costant . . . unc. 4 tar. 15. item de arena . . . salm. 405, costant . . . unc. 4 tar. 15. item pro carrexatura aque, ad racionem . . . de gr. 10 per cannam, que sunt canne 45, aur. tar. 22 et gr. 10. item de lignaminibus pro facienda forma ipsius volte aur. unc. 3

a) *fehlt.* b) quarum. c) so Reg.

1) *Der* ¹/₃ *tar. ist bei der Summierung zu 7 gr. berechnet,* [illegible]

item pro construendo ingenio supra ipsam turrim pro trahendis rebus et lignaminibus in summitatem ipsius pro construccione ipsius superioris volte et astrici et pro corredo et bubalis 4, qui sunt neccessarii ibidem de die in diem, . . . unc. 8. item extimaverunt esse neccessarias in ipso adequando astrico et facienda ipsa forma magistros muratores ad racionem . . . de magistris 3 pro quibuslibet 2 cannis et de manipulis 8, cum maiorem quantitatem manipulorum requirat opus ipsum, quam in profundo et basso loco, ad racionem predictam in summa, qui recipiunt ipsi 3 magistri et 8 manipuli tar. 7 pro ipsis 2 cannis, in summa unc. aur. 2 tar. 24. item pro delatura et acconzatura predicte quantitatis tuforum . . . unc. 3 tar. 22 gr. 10. item de plancis lapideis vivis pro adequando ipso astrico dicte volte superioris 427, costant, ad predictam racionem de lapidibus 20 pro qualibet canna, que sunt canne 21, scappati delati sive affazati et positi cum ingeniis ad predictum astricum, . . . unc. 12. tar. 22 et gr. 10.

que tota predicta pecunia dicte volte superioris est in summa aur. unc. 62 tar. 23 gr. 17.

summa summarum tocius predicte pecunie . . . aur. unc. 216 tar. 5 et gr. 19.[1])

[5] qua extimacione . . . facta dictus dominus iusticiarius . . . exinde fecit in eadem terra Manfridonie voce preconia opera ipsa ad extaleum concedenda prefixo termino 4 dierum, ut, si qui vellent opera ipsa ad extaleum facere pro predicta quantitate pecunie . . ., coram eodem domino iusticiario comparere deberent, infra quos dies et postmodum nullus comparuit coram eo . . ..

unde ad futuram memoriam et tam regie curie quam ipsius domini iusticiarii cautelam presens puplicum et alia duo consimilia scripta exinde facta sunt per manus mei predicti notarii Benevenuti signo meo solito sigillo et subscriptionibus mei predicti iudicis et omnium supradictorum testium roborata . . ..

Landulfus qui supra iudex subscripsi.
Ego Guido testis sum.
Ego Lisiardus magister vocatus[a]) testis sum.
Ego Peregrinus Specialis testis sum.
Ego Gulielmus cansar testis sum.
Ego Benevenutus de Paradiso testis sum.
Ego notarius Leonardus testis sum.

[a]) vicatus ?

432. *Manfredonia 1278 März 28.*

AP vol. V n. 359 (olim arc. I maz. 12 n. 18). — Auszüge: SM I 153 n. 9. Schulz IV 61 n. 151.

. . . 1278 . . . die . . . XXVIII. mensis martii . . . aput Manfridoniam. Nos Landulfus Manfridonie iudex, Nicolaus puplicus eiusdem terre notarius et subscripti testes de eadem terra . . . presenti scripto testamur, quod, dum . . . iusticiarius . . . Capitinate . . . recepisset a sacra regia maiestate sacras litteras continencie infrascripte: *(es folgt n. 427 I und darin inseriert n. 423),* ut in exequucione dicti mandati non posset in aliquo deviare, certificari voluit de quantitate murorum dicte terre Manfridonie factorum per predictum mag. Iordanum extallerium . . .. et ideo nobis presentibus . . . ad . . . mensurandos predictos muros . . . accessit . . . et invenit muros ipsos factos . . . in quantitate subscripte mensure cannarum: videlicet *[1]* a facie maris mensurando ab occidentali cantone parietis faciei murorum orientalis eiusdem terre, intra ipsam terram eundo, in eandem partem orientis mensurando passus de longitudine iuxta ipsos muros factos per predictum extallerium cannarum 67 et palmorum 6 et in altitudine palmorum 6 de canna; et anplitudinem invenit iuxta predictam formam conventam palmorum 5. *[2]* item in ipsa parte occidentis versus Fogiam mensurando intra ipsam terram a meridiano occidentali cantone eiusdem muri invenit . . . factum de predicto muro usque ad septentrionalem faciem dicte porte versus Fogiam cannas 33 et palmos 6 et, demisso vacuo ipsius porte pro introytu, per eandem faciem mensurando a meridiana facie et cantone ipsius porte invenit muros ipsos factos fore de longitudine versus montaneam in partem septentrionis eundo cannarum 73 minus palmo 1. altitudinem vero invenit usque ad ultimam mensuram faciendo collacionem a facie terre in supra non connumerato fundamine, quod non apparebat, de magis alto et minus basso loco ad mensuram canne 1 et amplitudinem in quantitate predicta conventam palmorum 5. *[3]* item invenit longitudinem predictorum murorum factam . . . in predictam partem septentrionis versus montanam esse factam mensurando a septentrionale cantone orientalis faciei murorum ipsius terre eundo versus dictam partem occidentis versus Fogiam cannarum 17. et altitudinem palmorum 6 et amplitudinem . . . de palmis 5. *[4]* item invenit ex predicta parte orientis versus Montem s. Angeli mensurando a septentrionali angelo ipsorum murorum eundo versus partem meridiei et dictam faciem maris predictum murum esse factum de longitudine cannarum

[1]) *Die gesamte Berechnung stimmt genau.*

$83\frac{1}{2}$ usque ad meridianam faciem porte eiusdem muri et, dimisso vacuo ipsius porte, est similiter longitudo ipsius muri facti mensurando a septentrionale cantone[a]) ipsius porte versus mare cannarum 33 et altitudo canne 1, similiter habito respectu de magis alto ad minus altum bassum locum; et amplitudinem invenit . . . palmorum 5. profundum vero et fundamen dicti muri pro eo, quod evidenter sibi apparere non poterat nec distinguebat predictum mandatum, non mensuravit.

summa vero predictarum cannarum in longitudine mensuratarum iuxta ipsos muros, habito respectu de magis alto ad minus bassum locum, est de longitudine, considerata dicta altitudine a facie terre super fundamine, cannarum $286\frac{1}{2}$.[1]).

Zeugenunterschriften.

[a]) *fehlt.*

433.

RA 1268 A n. 1 f. 109a. RA 1276 B n. 26 f. 183a. *bei Capua 1278 April 3.*

Eidem (iusticiario Capitinate). . . . mag. Iordanus nuper . . . exposuit, quod unc. aur. 50, quas sibi per . . . tuum . . . precessorem . . . fecimus exhiberi, et alie unc. aur. 50, quas a te se asserit recepisse, per eum in eodem opere sunt expense . . .: precipimus, quatinus eidem magistro . . . oportunam pecuniam pro opere murorum ipsorum, ana unc. aur. 50 simul, . . . debeas exhibere . . .. Dat. apud turrim s. Herasmi prope Capuam III. aprelis VI. ind.

434.

bei Capua 1278 April 5.

I. AP vol. V n. 362 (olim arc. I maz. 36 n. 25). Orig. membr. RA 1268 A n. 1 f. 110b. RA 1276 B n. 26 f. 183b. — Auszüge: SM I 154 n. 2. Schulz IV 61 n. 153.

Iusticiario Capitinate. Quia mag. Iordanus de Monte s. Angeli extallerius murorum circuitus terre Manfridonie supplicavit nobis, ut sibi unc. aur. 20 . . . neccessarias pro emendis bubus et someriis et curribus pro deferendis lapidibus calce terra et aqua pro opere murorum ipsorum mutuari mandaremus, computandas sibi postmodum in summa peccunie, quam erit pro muris, quos in circuitu dicte terre fieri et compleri fecerit, a nostra curia recepturus: . . . mandamus, quatenus eidem mag. Iordano unc. aur. 20 . . . debeas exhibere . . .. volumus enim, quod muri, quos ipse fieri fecerit, tam subtus terram quam supra terram debeant mensurari, et pro singulis cannis 250 murorum ipsorum statim, quod facte et complete fuerint, eidem extallerio unc. aur. 50 debeas exhibere. Dat. aput turrim s. Herasmi prope Capuam 1278 die V. aprelis VI. ind.

II. RA 1276 B n. 26 f. 183b.

Eidem iusticiario (Capitinate). Quia secundum conventiones et pacta habita inter curiam nostram et mag. Iordanum de Monte s. Angeli extallerium murorum circuitus terre Manfridonie licitum est eidem mag. Iordano, accipere lapides casalinorum discohopertorum ipsius terre a ruga, que dicitur de Comite, versus montanam et pro parte hominum ipsius terre Manfridonie nostre fuit excellencie supplicatum, ut huiusmodi casalina discohoperta mandaremus illesa servari pro ampliacione dicte terre, ut in eis domus fieri possint pro habitacione illorum, qui ad incolatum ipsius terre forte accederent, ut pactum eidem Iordano factum servetur et hominibus ipsis . . . satisfiat: . . . (mandamus), quatinus tam patronos ipsorum casalinorum quam universitatem ipsius terre requiras et scias ab eis, si voluerint satisfacere ipsi mag. Iordano de valore lapidum casalinorum ipsorum secundum extimacionem exinde fideliter faciendam modo subscripto; et si hoc voluerint, lapides casalinorum ipsorum diligenter . . ., presentibus . . . te, mag. Petro de Angicuria, iudice Benedicto et aliis probis viris Mamfridonie . . ., volumus extimari et . . . tantam pro lapidibus ipsis eidem mag. Iordano quantitatem pecunie per patronos dictorum casalinorum et homines dicte terre facias exhiberi, pro quanta lapides ipsi . . . fuerint extimati, ut casalina[a]) ipsa . . . non diruantur, set serventur illesa. iniungas nichilominus patronis casalinorum ipsorum, quod, si[b]) casalina ipsa compleri et cohoperiri non fecerint, id fieri ad expensas nostre curie faciemus, domibus ipsis in manibus et demanio nostre curie retinendis, et eas concedemus aliis ad habitandum . . .. Dat. aput turrim prope Capuam V. aprelis VI. ind.

[a]) calaseni. [b]) *fehlt Reg.*

III. RA 1276 B n. 26 f. 220b.

Eidem (iusticiario Terre Bari). Quia exposuit nobis mag. Iordanus de Monte s. Angeli . . . quod mag. Basilius de magistro Nicolao murator de Barulo unc. aur. 1 et mag. Pasclalis[a]) Petrarolus de eadem terra unc.

[a]) *so Reg.*

[1]) *Das sind 280 cann. 4 palm. Genauere Berechnung ergiebt 280 cann. [illegible] palm.*

aur. 2 receperunt ab eo . . ., quia debebant esse socii eius in extalio murorum ipsorum, et ab ipso opere recesserunt nullo facto servicio . . ., et supplicavit, ut eos compelli ad restitucionem ipsius pecunie mandaremus: . . . mandamus, quatinus . . . eosdem magistros ad redeundum ad opus predictum . . . vel ad restituendum . . . huiusmodi pecuniam . . . compellas . . .. Dat. apud turrim die V. aprelis.

435. *bei Capua 1278 April 5.*

Siehe n. 237 III.

436. *Manfredonia (bzw. Monte S. Angelo) 1278 April 25.*

I. AP vol. V n. 366 (olim arc. I maz. 10 n. 16). — Auszüge: SM I 155 n. 6. Schulz IV 65 n. 164.

. . . 1278 . . . mense aprelis, XXV. eiusdem . . . aput Sypontum Novellum. Nos Pascalis Syponti Novelli iudex, Nicolaus puplicus eiusdem terre notarius et subscripti testes . . . declaramus, quod Angelus camsor, Grifus, Petrus de Calia et iudex Robbertus de Carbonaria de eadem terra Syponti, autoritate cuiusdam mandati sibi directi a . . . iusticiario Capitinate . . ., fecerunt coram nobis voce preconia subastare per predictam terram Manfridonie, quod cisterna, quam . . . rex fieri precepit in turri, que de novo construitur in portu Manfridonie, tria solaria in eadem turri et volta una in summitate turris eiusdem data sunt per predictum . . . iusticiarium ad extalium . . . pro unc. aur. 200 . . ., extalleriorum nomine non expresso, unde, si aliquis vel aliqui . . ., qui opera ipsa vellent recipere ad extalium faciendum pro minore pecunie quantitate . . ., quod ipsi deberent comparere coram predictis Angelo cansore, Grifo, Petro de Calia et iudice Robberto de Carbonaria, qui parati erant mittere ipsos cum suis litteris ad predictum . . . iusticiarium . . ..

Zeugenunterschriften.

II. AP vol. V n. 368 (olim arc. H maz. 85 n. 2). — Auszüge: SM I 156 n. 8. Schulz IV 64 n. 163.

. . . 1278 . . . mense aprelis, XXV. eiusdem . . .. Nos Sasse civitatis Montis s. Angeli iudex, Leonardus puplicus eiusdem terre notarius et subscripti testes . . . declaramus . . . *usw. mutatis mutandis wie oben n. I.*

Zeugenunterschriften.

437. *S. Giovanni Rotondo 1278 April 26.*

AP vol. V n. 369 (olim arc. I maz. 59 n. 11). — Auszüge SM I 157 n. 9. Schulz IV 65 n. 165.

. . . 1278 . . . mense aprelis XXVI. . . . apud s. Iohannem Rotundum. Nos mag. Petrus de Robberto et Nicolaus de Petro dicte terre iudices, Benedictus puplicus eiusdem terre notarius et subscripti testes . . . declaramus . . . *usw. mutatis mutandis wie oben n. 436 I.*

Zeugenunterschriften.

438. *Lagopesole 1278 Juli 15.*

I. RA 1268 A n. 1 f. 115a. RA 1276 B n. 26 f. 190a. Inseriert: RA 1268 A n. 1 f. 115b. RA 1276 B n. 26 f. 190b. (unten n. 439 I) und RA 1268 A n. 1 f. 166a (unten n. 439 II).

Iusticiario Capitinate. . . . precipimus, quatinus mag. Iordano extalerio operis murorum Manfridonie . . . exhibeas nomine mutui unc. aur. 30 pro emendis bubus, currubus, roncinis et tumbarellis neccessariis ad deferendum lapides et calcem et alia neccessaria pro opere murorum ipsorum . . . pro faciendo . . . tanto et tali apparatu, sicut pro . . . 12 magistris . . . fuerit oportunum . . .. Dat. aput Lacumpensilem die XV. iulii.

II. RA 1278 D n. 32 f. 254a.

Iudici Benedicto de Manfridonia. Mandavimus dudum iusticiario Capitinate[1]), quod, quia pro parte universitatis Manfridonie nostre fuit celsitudini supplicatum, ut muros casalinorum dicte terre Manfridonie, qui sunt in ruga dicta de Comite, que discohoperte sunt, dirui et devastari non mandaremus, eo quod ipsi volebant tantum de lapidibus mag. Iordano pro opere murorum ipsius terre Manfridonie exhibere, quantum in muris predictorum casalinorum existit, predictus iusticiarius lapides ipsorum casalinorum diligenter faceret extimare et lapides pro opere dictorum murorum . . . dicto magistro ipsa universitas faceret exhiberi. verum quia nuper eodem magistro referente didicimus, quod predicta universitas . . . de huiusmodi excambio lapidum eidem magistro denegat providere: . . . precipimus, quatinus cum hominibus ipsius terre tractes . . ., quod . . . de lapidibus ipsorum casalinorum cum eodem magistro debeant[a]) concordare . . .; alioquin secundum convencionem habitam inter curiam nostram et eundem magistrum sibi auferendi lapides ipsorum casalinorum concedimus liberam potestatem. Dat. apud Lacumpensilem XV. iulii.

[a]) debeat.

[1]) *n. 434 II.*

439.

I. RA 1268 A n. 1 f. 115b. RA 1276 B n. 26 f. 190b. *Lagopesole 1278 Juli 22.*

Guidoni de Alemania (iusticiario Capitinate). Pridem tibi mandatum nostrum . . . direximus continencie talis: *(es folgt n. 438 I.)* verum quia predicto mag. Iordano nuper referente nostra serenitas intellexit, quod tu predictas unc. 30 . . . sibi . . . non dedisti, dicens, te ad presens de pecunia nostre curie non habere, . . . ecce quod . . . magistris portulanis et procuratoribus Apulie et Aprucii . . . iniungimus[1], ut . . . mittant ad te . . . unc. aur. 80 . . ., iniungentes, quatinus . . . exhibeas eidem mag. Iordano de summa ipsa nomine mutui unc. aur. 30. . . . et reliquas unc. aur. 50 . . . eidem . . . similiter largiaris . . .. Dat. aput Lacumpensilem die XXII. iulii.

II. RA 1268 A n. 1 f. 166a. — Auszug: Schulz IV 66 n. 171.

Iohanni Siginolfo militi et Angelo Sanelle magistris procuratoribus et magistris portulanis Apulie. *Schreiben gemäß n. I.* Dat. apud Lacumpensilem die XXII. iulii VI. ind.

440.

I. RA 1276 B n. 26 f. 190b. *Lagopesole 1278 Juli 24.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Quia dudum pro parte universitatis Manfridonie . . . *(usw. ähnlich wie n. 438 II bis* existit) et idem mag. Iordanus nuper nobis exposuit, quod, cum olim per te et iudicem Benedictum de Manfridonia, cui super hoc scripsimus[2]), universitas ipsa exinde fuerit requisita, eidem magistro de huiusmodi excambio lapidum denegat providere, et iterato ad presens eidem iudici Benedicto nostris litteris iniungamus[3]), ut cum hominibus ipsius terre tractare debeat, ut cum eodem magistro de huiusmodi lapidibus se concordent: . . . mandamus, quatinus, si universitas ipsa eidem magistro noluit de huiusmodi excambio providere, ita quod magister ipse reputet exinde se contentum, tu . . . sibi auferendi lapides murorum casalinorum ipsorum pro opere murorum ipsorum concedas liberam potestatem . . .. Dat. apud Lacumpensulem XXIIII. iulii.

II. RA 1278 D n. 32 f. 258a.

Iudici Benedicto de Manfridonia. *Mandat gemäß n. I.* Dat. apud Lacumpensulem XXIIII. iulii.

441.

Lagopesole 1278 Juli [illegible]

Siehe n. 250.

442.

Lagopesole 1278 August 15.

AP vol. V n. 383 (olim. arc. I maz. 54 n. 20) Orig. membr. RA 1268 A n. 1 f. 117a. RA [illegible] — Auszüge: SM I 162 n. 3. Schulz IV 67 n. 175.

Eidem (iusticiario Capitinate). . . . mandamus, quatinus mag. Petro de Angicurt prothomagistro operum curie nostre . . . pro expensis operis turris Manfridonie, quam fieri facit ad extalium, unc. aur. 50 . . . debeas exhibere . . .. Dat. aput Lacumpensilem die XV. augusti.

443.

Melfi 1278 September 28.

Siehe n. 268.

444.

RA 1278/79 H n. 33 f. 100a. *Manfridonia 1278 Oktober 25.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). Quia infrascripti 5 magistri muratores de Barulo, qui laborant in opere murorum Manfridonie et sunt de numero magistrorum principalium muratorum laborantium in eodem opere, . . . quibus . . . immunitatem concessimus, . . . volumus esse immunes: . . . mandamus, quatinus eisdem . . . immunitatem . . . observes. . . . nomina vero . . . sunt hec videlicet mag. Bartholomeus de magistro Gilio, mag. Sanctorius de Cabanis, mag. Pascalis de magistro Basilio, mag. Rogerius de Urbe et mag. Nicolaus de Roma. Dat. Manfridonie XXV. octubris VII. ind.

445.

RA 1277 I n. 28 f. 170b. RA 1278/79 H n. 33 f. 112a. *Foggia 1278 Dezember 12.*

Eidem (iusticiario Capitinate). . . . mandamus, quod . . . unc. aur. 50 . . . mag. Iordano de Monte s. Angeli . . . assignes . . .; et facias statim . . . mensurari totum murum factum per eum . . . tam in longitudine quam amplitudine et altitudine . . .. Dat. Fogie die XII. decembris.

[1]) *n. II.* [2]) *n. 438 II.* [3]) *n. II.*

446.

RA 1277 F n. 28 f. 171a. *Troia 1278 Dezember 18.*

Iudici Benedicto de Manfridonia et Nicolao de Tranchedo de Fogia expensoribus operis portus Manfridonie. Scire vos volumus, quod iusticiariis nostris Principatus et Aprucii . . . damus . . . in mandatis, quod ad tardius per VI. diem proximo futuri mensis ianuarii huius VII. ind. dictus iusticiarius Principatus . . . magistros scapatores lapidum 9 . . . et predictus iusticiarius Aprucii . . . alios magistros similiter scappatores lapidum 21 . . ., qui omnes sunt numero 30, ad opus portus Manfridonie presentandos vobis . . . transmittant; quibus in opere ipso habitis, computatis 10 aliis magistris scappatoribus, qui hodie in opere ipso habentur, erunt in eodem opere huiusmodi scappatores lapidum 40. ad quod . . . precipimus, quatinus . . . ipsos omnes 40 ad scappandum lapides pro opere ipso subscripto modo, sicut nuper providimus, deputetis: videlicet quod 20 ipsorum deputentur in fodendo fossato in duabus partibus, 10 ipsorum silicet in uno capite ex parte maris et alii 10 ex parte turris grosse; item 10 alii ipsorum deputentur ad scappandum lapides pro onerandis spuntonibus; et reliqui 10 in illis locis, in quibus currus lapidibus onerantur. quibus mercedem eorum . . . exolvatis . . . . Data Troye die XVIII. decembris.

447. *Neapel 1278 Dezember 31.*

Siehe n. 281.

448. *Neapel 1279 Januar 18.*

Siehe n. 283 I.

449. *bei Capua 1279 März 14.*

RA 1277 F n. 28 f. 176ab. RA 1278/79 n. 33 f. 120b bis 121a. — Schulz IV 60 n. 149 (unter falschem Jahre).

Iusticiario Capitinate. Mag. Iordanus de Monte s. Angeli . . . culmini nostro exposuit, *[1]* quod ultra 2 currus, quos habet ad presens in opere ipso, sunt ad hoc neccessarii in eodem opere pro deferendis lapidibus et calce alii currus 6 . . ., pro quibus . . . trahendis neccessarii sunt boves 14, et pro emendis ipsis 6 curribus et bubus neccessarie sunt sibi . . . unc. aur. 30. *[2]* item quod ultra 12 magistros fabricatores . . . neccessarii sunt alii magistri 8 et manipuli sufficientes . . . . *[3]* item quod necessaria est sibi pecunia pro opere murorum ipsorum. *[4]* et quod omnes lapides, qui erunt in dicta terra Manfridonie a ruga dicta de Comite ex parte montane, et omnes lapides muri eiusdem terre, qui fuit inceptus, et omnes alii lapides, qui fuerunt extra murum, quem signari fecimus ex parte iudeorum, preter domos cohopertas iam in totum vel quasi conversi erant in dicto opere, quibus durantibus debebat recipere pro qualibet canna murorum ipsorum tar. 6[1]), et deficientibus lapidibus ipsis debebat habere pro qualibet canna tar. 7[2]): . . . precipimus, quatinus predicto mag. Iordano predictas unc. aur. 30 . . . et pro expensis ipsius operis unc. aur. 50 vel maiorem quantitatem . . . usque ad unc. aur. 100 . . . debeas exhibere . . . . exhibeas etiam sibi predictos magistros fabricatores 8 et manipulos neccessarios . . . . *[5]* et quia dictus extallerius nobis exposuit, quod mag. Petrus de Angicuria providerat fieri portam collaticiam in muris predictis ex parte portus, in cuius opere iam erat in aliqua parte processum: . . . mandamus, quod in opere ipso non procedatur ulterius usque ad nostrum beneplacitum et mandatum . . . . Dat. aput turrim die XIIII. marcii.

450. *bei Capua 1279 März 22.*

Siehe n. 291.

451.

RA 1278/79 H n. 33 f. 16b. *bei Capua 1279 März 24.*

Eidem iusticiario (Aprucii). Cum pro opere talluti[a]) fossati castri nostri Manfridonie magistros scappatores lapidum 20 et pro incudendis lapidibus pro opere portus eiusdem terre alios magistros scappatores 10 . . . mandaverimus deputari . . .: precipimus, quatinus magistros ipsos . . . ad dictum opus . . . transmittas . . . per totum VIII. diem . . . aprelis ad tardius . . . . Dat. aput turrim s. Herasmi prope Capuam XXIIII. marcii VII. ind.

[a]) talliati.

452. *bei Capua 1279 April 8.*

I. Siehe n. 297 I.

II. Siehe n. 297 II.

[1]) *Gemäß n. 423 § 5.* [2]) *Gemäß n. 423 § 6.*

453. *Nola 1279 April 27.*

I. AP vol. VI n. 433 (olim arc. H maz. 81 n. 10). Orig. membr. RA 1278/79 H n. 33 f. 126b bis 127a. — Auszüge: SM I 178 n. 3. Schulz IV 79 n. 207.

Eidem (iusticiario Capitinate). Exposuit excellencie nostre mag. Iordanus de Monte s. Angeli ..., quod, cum olim tempore, quo opus ipsum ad extaleum faciendum a curia nostra recepit, subscripti magistri de iurisdictione tua et subscripti eciam alii de Barulo inter se societatem contraxerint una cum eo ad faciendum ... opus predictum ... de pecunia, quam pro ipso successive receperint ..., et eos propterea immunes a collectis mandaverimus observari, nunc magistri ipsi a societate huiusmodi retrahere se nituntur et tam in laborando desides et negligentes quam in prestanda fideiussione ... remissi existunt: ... mandamus, quatinus subscriptos magistros de iurisdictione tua ..., videlicet[1]) mag. Maraldus, mag. Guirrerius, mag. Matheus de Monte s. Angeli, mag. Paulus de Manfridonia, mag. Iohannes de Dominico, mag. Iohannes de magistro Iacobo, mag. Lucas de Renclusa, mag. Paschalis eius[a]) filius de s. Iohanne Rotundo, ad laborandum ... compellas et ... a predictis magistris ... fideiussionem ... exigas ..., et de reliqua quantitate, que subscriptos alios socios suos de Barulo ... contingerit ..., iusticiarium Terre Bari[2]) ... certifices ..., sicut ei damus ... in mandatis .... nomina autem ipsorum magistrorum de Barulo sunt hec, videlicet: mag. Bartholomeus de magistro Egidio, mag. Rogerius de Urlo, mag. Paschalis et mag. Nicolaus de Roma .... **Dat. Nole XXVII. aprilis VII. ind.**

[a]) et; *zu verbessern nach n. 474 und n. 493 I.*

II. RA 1278/79 H n. 33 f. 127a.

Similes facte sunt iusticiario Terre Bari .... Dat. ut supra.

454.

I. RA 1277 F n. 28 f. 180b. *bei Capua 1279 Mai 23.*

Iudici Benedicto de Manfridonia et Nicolao de Tranchedo de Fogia expensoribus operis portus ipsius terre Manfridonie. Benigne receptis et intellectis capitulis vestris celsitudini nostre missis, /1/ ad id, quod significastis per ea, quod de 34 magistris scappatoribus lapidum, quos habetis ad presens, deputastis magistros 14 ad fodendum fossatum circa turrim ex parte maritime iuxta provisionem mag. Petri de Angicuria et mag. Iohannis ingenierii nostri secundum mandatum nostrum exinde vobis factum, et quod, dum foderetur in ipso fossato circa ipsam turrim, in loco, qui distat ab eo, ubi desinit aqua maris, per cannas 14, apparuit aqua inferius per quamdam riviulam seu fissuram et mensurata per vos in loco ipso profundamento seu altitudine ipsius fossati, videlicet a superficie terre usque ad ipsam aquam, inventa est altitudo seu profunditas ipsa esse cannarum 2: vobis respondentes iniungimus, quod in opere ipsius fossati iuxta provisionem nostram et dicti mag. Petri inde factam faciatis diligenter et continue aborari .... /2/ super eo insuper ..., quod unus de bubus nostris deputatis in predictis operibus ... deficit, propter quod petiistis, bovem alium vobis dari, necnon ferrum et aczarium pro reparandis ferramentis magistrorum in dictis operibus laborancium, et petiistis etiam, dari vobis pecuniam necessariam pro mercede magistrorum et manipulorum laborancium in fossato predicto, cum, sicut scripsistis, ... iusticiarius Capitinate ... eam noluerit exhibere: ecce quod ipsi iusticiario ... iniungimus[3]), ut vobis pecuniam necessariam ... ac bovem unum et ferrum et aczarium neccessarium ... debeat assignare .... Dat **aput turrim s. Herasmi prope Capuam, mense madii, XXIII. eiusdem.**

II. RA 1277 I n. 28 f. 181a. RA 1278/79 H n. 33 f. 129b. In der [illegible] XXVII

Eidem (iusticiario Capitinate). *Schreiben gemäß n. I § 2.* Dat. apud turrim die XXIII maii.

455.

RA 1277 I n. 28 f. 181b bis 182a. RA 1278/79 H n. 33 f. 131a. *Neapel 1279 Juni 2.*

Iusticiario Capitinate. Exposuit excellencie nostre mag. Iordanus ..., quod cum tibi dederimus ... in mandatis[1]), quod ei unc. aur. 30 pro emendis curribus et bubus ... et pro expensis ipsius operis unc. aur. 50 vel maiorem quantitatem ... usque ad unc. aur. 100 ... exhibere deberes ..., tu, exhibitis sibi predictis unc. 30 ..., quantitatem aliquam pecunie pro expensis ... ei exhibere recusas, nisi tibi prius ... fideiussores det de novo, et fideiussores quos primo ... recipere denegas, licet tota pecunia, pro

[1]) *Für die Namen vgl. n. 474 und n. 493 I und II.* [2]) *n. II* [illegible] [3]) [illegible] *II* [4]) [illegible]

qua primo fideiusserant, in opere ipso conversa sit . . .; pretendis ecciam sibi occasionem aliam, quod pecuniam sibi per te . . . mutuatam pro emendis curribus bubus roncinis tumbarellis et someriis computare vis ei cum alia pecunia per eum recepta pro extalio ipso et requiris ab eo illam quantitatem murorum factam . . ., quam . . . compleri debuerat de tota pecunia sibi tam exhibita pro extalio ipso quam pro predictis omnibus mutuata; quibus de causis pecuniam sibi exhibere non vis: . . . precipimus, quatinus opus murorum ipsorum, quod . . . completum est, mensurari facias . . . et, si inveneris, quod idem magister de pecunia recepta per eum pro extalio ipso, non computata pecunia mutuata sibi pro predictis animalibus et rebus emendis, illam quantitatem murorum ipsorum . . . compleri fecerit, quam facere debuerit . . ., fideiussores, quos penes te . . . posuerat . . ., liberes et eidem extallerio . . . 50 unc. vel 100 . . . exhibere procures, receptis . . . fideiussoribus, illis videlicet, qui primo fideiubserant[a]) . . ., si iterum fideiubere voluerint, vel aliis . . . . Dat. Neapoli die II. iunii.

[a]) *so Reg.*

456.

I. RA 1277 F n. 28 f. 182a. *Neapel 1279 Juni 3.*

Iudici Benedicto de Manfridonia et Nicolao de Tranchedo de Fogia expensoribus operis portus Manfridonie. Scire vos volumus, *[1]* quod in opere fossati Manfridonie ultra illos, qui ad presens sunt ibi, magistros scappatores 16 de novo providimus adiungendos, dato . . . in mandatis . . . iusticiario Aprucii[1]), quod incontinenti magistros ipsos scappatores 16 . . . ad opus ipsum transmittat . . . . propter quod . . . mandamus, quatinus magistros ipsos recipiatis et ad scappandum lapides una cum aliis, qui ad presens in opere ipso sunt, sic quod sint inter omnes 50, deputare curetis et eis pro tempore, quo in servicio ipso erunt et continue laborabunt, de mercede eorum . . . satisfacere debeatis. *[2]* scribimus etiam universis hominibus Manfridonie, quod magistros et manipulos laborantes tam in ipso opere fossati quam portus et turris sumere aquam pro eorum usibus de cisternis Manfridonie libere et sine contradicione permittant; quod ipsis magistris et manipulis exponatis. *[3]* . . . mandamus, quod omnes lapides, qui extrauntur de fossato castri Manfridonie, poni faciatis prope castrum ipsum et non in portu, quia sunt pro ipsius castri opere oportuni. *[4]* diem autem, quo predictos magistros in opere ipso receperitis, cum nominibus et cognominibus eorum, et unde fuerint, nobis et magistris racionalibus etc. statim per vestras litteras intimetis. *[5]* et quia super efficaci processu eiusdem operis nullum volumus penitus interesse defectum: mandamus . . ., quod scaffas ad portum ipsum lapides deferentes bis in die ire et redire de petraria ad portum ipsum cum eisdem lapidibus faciatis et statuatis, quod bene et habiliter facere poterunt, eo quod dies magni sunt; et si bis iverint et portaverint lapides in die, mercedem integram eas ducentibus exolvatis; et si semel tantum et non bis iverint, medietatem[a]) tantum mercedis ipsius eis volumus exhiberi, quia, si aliquid[b]) ultra presentem ordinacionem nostram solveritis, id in vestro raciocinio nullatenus admittetur. Dat. Neapoli die III. iunii.

[a]) mercedem. [b]) aliquis.

II. RA 1278/79 H n. 33 f. 24a.

Eidem iusticiario (Aprucii). *Mandat gemäß n. I § 1.* Dat. Neapoli III. iunii.

457.

RA 1278/79 H n. 33 f. 132b bis 133a. *Scafati 1279 Juni 30.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Lator presencium nuncius tuus maiestati nostre tuas litteras presentavit, per quas significasti, *[1]* quod, dum presens in Manfridonia certificari volueris de operibus, que ibi pro parte curie nostre fiunt, ad locum, in quo per iudicem Benedictum de Manfridonia et Nicolaum de Tancredo de Fogia fossatum fieri mandavimus, in quo iam diu laboratum esse scripsisti, te personaliter contulisti et, adhibitis tibi tam ipsis expensoribus quam prothontino Brundusii et magistro portulano Apulie ac quibusdam aliis de fidelibus nostris in hiis expertis, invenisti, quod in fossato ipso per totum, a parte videlicet maris versus montanam, sint fortissimi lapides et duri, sic quod magistri scappatores existentes ibidem in eo aliquatenus laborare non possunt, immo ferramenta eorum quelibet franguntur, inutiliter et totaliter consumuntur: ad que tibi taliter respondemus, quod pridie ad consultacionem predictorum expensorum super hoc celsitudini nostre factam eis mandatum nostrum responsale

[1]) *n. II.*

direximus, quod, cum ad partes ipsas in brevi ... accedamus, de laborando ulterius in eodem fossato supersedere debeant et magistros ipsos omnes scappatores ac manipulos laborantes illidem abinde ammoveant et deputent ad scappandum lapides in illis locis, a quibus cum scafis et cum curribus lapides deferuntur. et si tam ipsi adendi[1]) quam alii laborantes in locis ipsis tot lapides et in ea quantitate scapparent, quod cum ipsis scafis et curribus deferri non possent, immo aliqua inde quantitas superflua esset, id satis nostre maiestati placeret. que etiam tu ad maiorem cautelam expensoribus ipsis exponas et per eos facias et statuas execucioni mandari. */2/* et quia iidem expensores similiter nostram celsitudinem consultarunt, quod scafe predicte lapides deferentes non possunt ire et redire cum lapidibus, nisi semel in die tantum, et predictus nuncius tuus nobis dixit oretenus, quod iam elapsi sunt octo dies, quod scafe ipse vadunt et redeunt bis in die cum ipsis lapidibus onerate: ... precipimus, quatinus ... illuc te conferas et exquiras ..., ita quod inde ipsam puram et meram indages veritatem, quot vicibus in die scafe ipse vadunt et redeunt, si una vel duabus aut pluribus, et a quo die inceperunt ire ultra unam vicem, et quociens ad presens ire et redire possunt in die; et expensores predictos inducas et dirigas omnimode, quod non vacent nec servicium, quod ex eis bono modo haberi potest, et negligentiam obmittatur. et quicquid de hiis omnibus inveneris et mandaveris ac ordinaveris, nobis et magistris racionalibus etc. incontinenti significes seriatim, ita quod inde per litteras tuas ad plenum veram certitudinem habeamus. Dat. Squifati ultimo iunii VII. ind.

458.

RA 1278/79 II n. 33 f. 137a. Nuovi Volumi di RA vol. I f. 48a. *Avellino 1279 Juli 2*

Eidem (iusticiario Capitinate). */1/* Cum pro opere castri, quod in Manfridonia fieri providimus, necessarium velimus fieri apparatum et pro deferendis et congregandis lapidibus ipsi operi necessariis a Siponto Veteri usque ad locum, ubi castrum ipsum fieri debet, barcas 10 ... providimus deputandas ... precipimus, quatinus una cum mag. Petro de Agnicuria[a]), quem proinde specialiter destinamus, barcas ipsas ... invenire debeas easque deputes ... in ipsis lapitibus deferendis .... */2/* volumus etiam et mandamus ..., ut ... eciam cum eodem mag. Petro provideas ..., qualiter melius ... 2000 salmarum calcis pro opere ipso ... inveniri valeant .... */3/* et quia mag. Petrus asseruit coram nobis, quod alias cum in dicta terra Manfridonie fieri fecit turrim, emit calcem in Pedemontis ad racionem de salmis 12 per unc. aur. 1: ... mandamus, quatinus, si calcem ipsam ad illud forum vel melius haberi poteris, sic[b]) eximie utilitatem nostre curie debeas procurare. Dat. Avellini II. iulii VII. ind.

a) *so Reg.* b) id.

459.

Melfi 1279 Juli 10

Siehe n. 307.

460.

Lagopesole 1279 Juli 1[illegible]

Siehe Castrum Ripe de Cornu *unter diesem Datum.*

461.

RA 1278/79 II n. 33 f. 186b. *Lagopesole 1279 Juli 31*

Eidem iusticiario (Terre Bari). *Befehl gemäß n. 404 I § 1.* Dat. apud Lacumpensilem die ultimo iulii VII. ind.

462.

RA 1277 I n. 28 f. 183b. *Lagopesole 1279 Juli 31*

I. Opicio de Gravina magistro aracciarum Capitinate. *Mandat gemäß n. 404 § 2.* Dat. apud Lacumpensilem die ultimo iulii.

II. Similes littere facte sunt Pantaleoni de Matera magistro aracciarum Basilicate. Dat. apud Lacumpensilem die ultimo iulii.

463.

RA 1277 I n. 28 f. 183b. *Lagopesole 1279 August 1*

Similes[2]) facte sunt Aldulcie comestabulo Acerontie magistro aracciarum in Policorio. Dat. apud Lacumpensilem die I. augusti.

[1]) *So statt* addendi. [2]) *Wie n. 462 I.*

464.

I. RA 1277 F n. 28 f. 183ab. *Lagopesole 1279 August 1.*

Iudici Benedicto de Manfridonia et Nicolao de Tranchedo de Fogia expensoribus operis portus Manfridonie. *[1]* Scire vos volumus, quod ... iusticiario Terre Bari[1]) ... precipimus, ut ... ad vos mittat carrettas 12 et tumbarellos 2 ferratos levibus ferris ... per vos in opere castri, quod in Manfridonia de novo fieri providimus, deputandos. quare ... precipimus, quatinus carrettas et tumbarellos ipsos ... recipiatis et ipsos deputetis in opere dicti castri ..., quas ... carettas et tumbarellos in deferendis et congregandis lapidibus ... secundum provisionem ... mag. Petri (de Angicuria) ... deputetis. *[2]* et ecce quod ... magistro araciarum nostrarum Capitinate[2]), ... magistro araciarum nostrarum Basilicate[3]) et ... magistro araciarum nostrarum in Policorio[4]) ... iniungimus, ut quilibet eorum iumenta 10 ... ad vos ... transmittat ..., que ... recipiatis et ea ... domari faciatis, ut ... deputetis ea[a]) in trahendis ipsis .... *[3]* ordeum vero pro annona ipsorum ... recipiatis ... a iusticiario Capitinate[5]), cui ... nostras litteras destinamus. *[4]* iniungimus ecciam ipsi iusticiario Capitinate, ut inveniat ... carreterios 14 ... et pro mercede ipsorum vobis ... neccessariam pecuniam ... largiatur .... Dat. aput Lacumpensilem die I. augusti.

[a]) eas.

II. RA 1278/79 H n. 33 f. 135a.

Iusticiario Capitinate. *Mandat gemäß n. I § 3 und 4.* Dat. aput Lacumpensilem I. augusti.

465. *Lagopesole 1279 August 27.*

Siehe n. 316.

466.

I. RA 1276 B n. 26 f. 233ab. *Lagopesole 1279 September 4.*

Iudici Benedicto de Manfridonia et Nicolao de Tancredo de Fogia expensoribus operis portus et castri Manfridonie. *[1]* Significavimus vobis pridem[6]) ..., quod ... iusticiario Terre Bari[7]) ... celsitudo nostra mandaverat, ut carretas 12 et tumbarellos 2 ferratos ... ad vos mitteret in opere castri, quod in Manfridonia fieri providimus, deputandos, necnon ... magistro araciarum nostrarum Capitinate[8]), ... magistro araciarum nostrarum Basilicate[9]) et ... magistro araciarum nostrarum in Policorio[10]), ut quilibet eorum iumenta 10 ... ad vos ... transmittant ..., et quod iniunxeramus ... iusticiario Capitinate[11]) ..., ut ordeum pro annona iumentorum ipsorum ... exhibere deberet ... et carrerios ... 14 ... vobis mittere procuraret .... *[2]* per quas eciam litteras vobis ... precepimus[12]), quod statim, quod predictos tumbarellos et carrettas ... receperitis, deputaretis eos in deferendis et congregandis lapidibus ad opus castri predicti iuxta provisionem et designacionem mag. Petri de Angicuria, qui ad vos proinde veniebat ...: ecce quod predicto iusticiario Terre Bari[13]) ... precipimus, ut predictos tumbarellos et carrettas ... statim mittat, et predicto iusticiario Capitinate[14]) ..., ut predictos ... carretterios statim ad vos mittat et predictum ordeum pro annona dictorum iumentorum ... debeat exhibere, ... mandantes ..., quatinus ... in congregandis predictis lapidibus diligentes ... existatis ...; dicto enim iusticiario Capitinate de faciendo apparatu calcis et aliorum necessariorum per predictas litteras nostras ... demandamus. predictos autem lapides congregandos recipi faciatis de lapidibus edificiorum terre Veteris Syponti et congregari in loco, ubi debet fieri castrum ipsum .... Dat. apud Lacumpensilem die IIII. septembris. VIII. ind.

II. RA 1279 A n. 34 f. 150ab.

Eidem (iusticiario Capitinate). *Mandat gemäß n. I § 2.* Dat. apud Lacumpensilem die IIII. septembris.

III. RA 1279 A n. 34 f. 190a.

Eidem (iusticiario Terre Bari). *Mandat gemäß n. I § 2.* Dat. ut supra.

467. *Melfi 1279 September 22.*

Siehe n. 319.

[1]) *n. 461.* [2]) *n. 462 I.* [3]) *n. 462 II.* [4]) *n. 463.* [5]) *n. II.* [6]) *n. 464 I.* [7]) *n. 461.* [8]) *n. 462 I.* [9]) *n. 462 II.* [10]) *n. 463.* [11]) *n. 464 II.* [12]) *n. 464 I § 1.* [13]) *n. III.* [14]) *n. II.*

468.

RA 1276 B n. 26 f. 251b. *Melfi[1]) 1279 Oktober 9.*

Magistro araciarum curie in Basilicata. Quia ... intimasti, quod habes ... stallones 7 inutiles ad montandum ...: ecce quod ... expensoribus operum nostrorum portus et castri Manfridonie ... ipsos ... volumus assignari .... Dat. Melfie VIIII. octubris VIII. ind.

469.

RA 1276 B n. 26 f. 251a. RA 1279/80 B n. 37 f. 5a. *Melfi 1279 Oktober 9.*

Opicio de Gravina magistro araziarum curie in Capitinata. Quia ... exposuisti, quod in procuratione sunt stallones 3 senes et inutiles ad montandum: ... precipimus, quatinus ipsos 3 stallones ... apud Manfridoniam mittere debeas et eos ibi expensoribus operis castri, quod de novo in terra ipsa fieri providimus, et portus eiusdem terre pro trahendis carrettis et tumbarellis ... facias assignari .... Dat. ut supra (Melfie VIIII. octubris VIII. ind.).

470.

RA 1276 B n. 26 f. 251a. RA 1279/80 B n. 37 f. 5a. *Foggia 1279 Oktober 9.*

Magistris marestallarum curie in Apulia et Calabria. Quia ... dixistis, quod in marestalla nostra s. Gervasii sunt stallones et guaraniones 3 inutiles ad montandum et pultri 2 ... inutiles ad equitandum ...: precipimus, quatinus ... ipsos ... aput Manfridoniam transmittatis et ... expensoribus operis castri ... et portus ... faciatis assignari .... Dat. Fogie VIIII. octubris.

471.

RA 1279 A n. 34 f. 193a. *Lucera 1279 Oktober 11.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). Mandavimus tibi olim ... per litteras nostras datas ultimo iulii VII. ind. apud Lacumpensilem[2]), ut ... fieri faceres pro opere castri, quod in Manfridonia fieri de novo providimus, ... carrettas 12 et tumbarellos 2 ... cum ... neccessario apparatu ...; set cum in faciendis fieri ... ipsis ... moram indebitam protraxeris ..., scire te volumus, quod ... defectum tuum ... non proponimus impune transire .... et ne fere infinita mandata nostra tibi directa super complemento palacii Terre Mole sic aure surda pertranseas et oculis semiclausis, cautum te reddimus, quod, si palacium ipsum in adventu nostro felici ad partes ipsas non fuerit ex omni parte omnibus habitaculis perconpletum ..., ut possimus ibi habiliter hospitari, expensas omnes factas et faciendas in eo volumus de tuo proprio curie nostre solvi. Dat. Lucerie die XI. octubris.

472.

RA 1279 A n. 31 f. 153a. *Lucera 1279 Oktober 12.*

Eidem (iusticiario Capitinate). ... precipimus, quatinus ... 10 alios magistros fabricatores ultra quantitatem magistrorum ad opera nostra Manfridonie deputatorum necnon manipulos ... necessarios ... ad predicta opera deputare procures .... Dat. Lucerie XII. octubris.

473.

RA 1279/80 B n. 37 f. 6b *Manfredonia 1279 Oktober 24.*

Nicolao comestabulo Precine militi et Huguetto de Palatredis marestalle sue valletis, magistris marestallarum curie in Apulia et Calabria. Quia iudex Benedictus de Manfridonia et Nicolaus de Franchedo de Fogia prepositi operum castri et portus eiusdem terre Manfridonie ... exposuerunt super excellencie nostre, quod 12 stallones assignati dudum eis ... pro trahendis carrettis ... sunt inutiles ...: mandamus ..., quatinus ... destinetis aput Manfridoniam 12 pultros .... Dat. Manfridonie, mense octubris, XXIIII. eiusdem.

474.

RA 1279 A n. 31 f. 155a. *Manfredonia 1279 Oktober 2[illegible].*

Eidem iusticiario (Capitinate). Ex parte subscriptorum 11 magistrorum fabricatorum iurediccionis[a]) tue laborantium in opere murorum circuitus terre Manfridonie ..., videlicet[3]) mag. Morandi, mag. Guer-

[a]) so Reg.

[1]) Die Reihenfolge der drei Mandate vom 9. Oktober (n. 468 bis 470) wird durch das Itinerar des Königs bedingt, der von Lagopesole kommend sich über Melfi und Foggia nach Lucera begab. Vgl. Durrieu II 184. [2]) n. 467. [3]) Für die Namen vgl. n. 453 I und n. 493 I.

rerii, mag. Saleni et mag. Mathei de Monte s. Angeli, mag. Pauli et mag. Nicolay de Roma de Manfridonia, mag. Iohannis Dominici, mag. Iohannis magistri Iacobi, mag. Luce de Reclusa et mag. Pascalis filii[a]) eius de s. Iohanne Rotundo, nostre fuit expositum maiestati, quod, licet olim . . . tibi . . . mandaverimus[1]), ut magistri principales in[b]) dicto opere laborantes numero 25 . . . essent . . . immunes ..., tamen super hiis per homines predictarum terrarum . . . molestantur . . .: precipimus, quatinus . . . immunitatem predictam magistris ipsis . . . osserves . . .. Dat. Manfridonie XXVI. mensis octubris.

a) fidelis; *in n. 453 I steht* et filius. b) *fehlt Reg.*

475.

I. RA 1276 B n. 26 f. 256b. *Manfredonia 1279 November 1.*

Mag. Symoni de Lanzano. Cum pro celeri complemento operis castri Manfridonie, quod fieri facimus, magistros fabricatores 15 . . . in eodem opere providerimus adiungendos, quorum te credimus et scimus plenam habere noticiam et bene scire, qui de terra Lanzani et aliis locis circumadiacentibus in arte huiusmodi sint experti: . . . precipimus, quatinus . . . significes . . . iusticiario Aprucii[2]) . . . nomina et cognomina predictorum 15 magistrorum . . . et loca etiam, unde fuerint, ut idem iusticiarius . . . magistros ipsos inveniat et ad dictum opus transmittat, prout sibi damus per nostras litteras in mandatis . . .. Dat. Manfridonie die I. novembris.

II. RA 1276 B n. 26 f. 256b.

Mag. Leonardo de Barulo. Cum pro facienda calce ad opus castri Manfridonie, quod fieri facimus, homines 12 ad hoc bene experti preter illos, qui deputati sunt in facienda calce pro eodem opere, necessarii sint ad presens, quorum te credimus plenam habere noticiam et bene scire, qui in arte huiusmodi sint experti: . . . precipimus, quatinus . . . assignes . . . iusticiario Terre Bari[3]) . . . nomina et cognomina predictorum 12 hominum . . . et loca etiam, unde fuerint, ut idem iusticiarius . . . dictos homines ad opus ipsum transmittat, prout (etc. ut supra)[4]). Dat. ut supra.

III. RA 1279 A n. 34 f. 195b.

Eidem iusticiario (Terre Bari). *Mandat gemäß n. II.* Dat. Manfridonie I. novembris.

476.

RA 1279 A n. 34 f. 197a. *Manfredonia 1279 November 1.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). *Mandat gemäß n. 477 II § 3.* Dat. Manfridonie I. novembris VIII. ind.

477.

I. RA 1276 B n. 26 f. 257b. *Manfredonia 1279 November 2.*

Mag. Symoni de Lanzano et mag. [5]). Licet tibi, mag. Symoni, datum fuisset per alias nostras litteras[6]) in mandatis, ut de nominibus et cognominibus 15 magistrorum fabricatorum, scappatorum lapidum 13 et incisorum lapidum 10 . . ., quos in opere castri Manfridonie addi mandavimus, ... iusticiarium Aprucii ... informares, ut ... ipsos inveniret et ad opus ipsum celeriter destinaret, prout sibi duximus iniungendum[7]), tamen, quia 6 alios magistros fabricatores et scappatorem lapidum 1 ... providimus adiungendos: ... precipimus, quatinus .... de nominibus et cognominibus predictorum omnium ... predictum iusticiarium ... informetis, ut ... ipsos ... ad predictum opus destinare procuret .... Dat. Manfridonie II. novembris.

II. RA 1276 B n. 26 f. 257b.

Expensoribus operis castri Manfridonie. *[1]* Scire volumus fidelitatem vestram, quod . . . iusticiario Aprucii[8]) ... dedimus in mandatis, ut primo magistros fabricatores 15 scappatores lapidum 13 et incisores lapidum 10 ... et subsequenter[9]) ... alios magistros fabricatores 6 et 1 alium scappatorem lapidum ... invenire studeat ... vobis in eodem opere presentandos .... *[2]* mandavimus insuper ... iusticiario Terre Bari[10]) ..., ut currus 4 ferratos ... ad deferendum ... lapides et alia ... ad predictum opus destinare procuret ...: quocirca ... precipimus, quatinus predictos magistros ... exolvatis ..., predictos vero currus ... in serviciis dicti operis deputetis .... *[3]* mandamus etiam dicto iusticiario Terre Bari[11]), ut ... carrettas 4, quamlibet ad 2 equos, ferratas levibus ferris et tumbarellos 2 ... transmittat vobis .... Dat. Manfridonie II. novenbris.

1) *n. 453 I.* 2) *Vgl. n. 477 V.* 3) *n. III.* 4) *Wie n. I.* 5) *Im Register ist eine Lücke für den Namen gelassen.* 6) *n. 475 I.* 7) *Vgl. n. V.* 8) *Vgl. n. V.* 9) *n. V.* 10) *n. IV.* 11) *n. 476.*

III. RA 1279 A n. 34 f. 156b.

Eidem (iusticiario Capitinate). Iudex Benedictus de Manfridonia et Nicolaus de Tancredo de Fogia expensores operis portus ipsius terre Manfridonie nostre celsitudini [...][a]), quod de bubus iumentis et equis eis olim pro serviciis tam ipsius operis portus, quam novi castri, quod in eadem terra Manfridonia construi facimus, [...][a]) boves 4 iumenta 3 et equus 1 mortui sunt, quorum coria ... asserunt se habere ...: **precipimus, quatinus coria omnia ... inspicias ..., si mercata fuerint ... mercis nostris ad florem de lisa ...,** ea de eisdem coriis incidi facias et ... magistris racionalibus mittas .... Dat. Manfridonie die **II. novembris.**

[a]) *Lücke durch Verletzung des Blattes.*

IV. RA 1279 A n. 34 f. 197a.

Eidem iusticiario (Terre Bari). *Mandat gemäß n. II § 2.* Dat. Manfridonie 1279, mense novembris, **II. eiusdem, VIII. ind.**

V. RA 1278 D n. 30 f. 158b.

Eidem (iusticiario Aprucii). *Schreiben gemäß n. I und n. 478.* **Dat. Manfridonie II. novembris.**

478.

Salpi 1279 November 4.

I. RA 1276 B n. 26 f. 265b bis 266b. RA 1279/80 B n. 37 f. 9ab. Beide Texte sind stark beschädigt, ergänzen sich aber gegenseitig.

Iudici Felicio de Vestis, Iohanni Bruno et Iohanni dicto Bullono vallectis. De fide prudencia et legalitate vestra fiduciam obtinentes, te, iudicem Felicium, expensorem et vos, vallectos, credenzerios operis castri novi, quod in Manfridonia fieri facimus, usque ad beneplacitum nostrum duximus statuendos. ideoque ... precipimus, quatinus ad opus ipsum vos personaliter conferatis, ibi continue, donec de beneplacito nostro fuerit, moraturi. et omnes expensas neccessarias iustas et moderatas pro opere ipso tu, expensor, cum plena noticia et consciencia ipsorum credenzeriorum studiose et legaliter facias, nichil penitus in pecunia et rebus aliis quibuscumque ipsis inscis absentibus et ignaris recipiens vel expendens nec agas vel expendas absque plena noticia et consciencia eorundem credenzeriorum aliquid de omnibus et singulis, que negocium ipsum tangunt, set omnes expensas huiusmodi et alia omnia et singula negocium ipsum tangencia ipsis credenzeriis presentibus plene scientibus facias et expendas diligenter ... ita tamen, quod per manus vestrum credenzeriorum nichil de pecunia aut rebus ipsis dicto opere oportunis recipi debeat vel expendi, set ea omnia recipiantur et expendantur per expensorem eundem; facturis de pecunia animalibus curribus carrectis tumbarellis et rebus aliis quibuscumque recipiendis et expendendis pro eodem opere quaternis 2 consimilibus, continentibus ea omnia, prout de die in diem recipi et expendi contigerit, particulariter et distincte, cum nominibus et cognominibus magistrorum manipulorum et aliarum quarumlibet personarum deputandarum in dicto opere, diebus, in quibus continue laborabunt, defectibus quibuslibet per eorum singulos in processu ipsius operis committendis, quantitate pecunie, quam singuli eorum pro mercede ipsorum receperint, et que ipsis de mercede huiusmodi pro eisdem defectibus deducetur, necnon cum numero curruum carrectarum et tumbarellorum, qui ibi fuerint, ac numero etiam equitaturarum boum et asinorum, qui deputabuntur et erunt in trahendis curribus carrectis et tumbarellis eisdem, ac declaracionem et specificacionem omnium et singularum rerum, quas pro dicto opere recipi contigerit et expendi, et quarumlibet eciam expensarum, que qualitercumque et quomodocumque pro negocio ipso fient; in quibus quaternis predicta omnia et singula particulariter redigantur per speciem distinguenda; quorum unus fiet per te expensorem sigillandus sigillis ipsorum credenzeriorum et alter per vos credenzerios sigillandus sigillo tui expensoris, ut suo loco et tempore debita fiat collacio de utroque. et nichilominus tu expensor de omnibus et singulis expensis ipsis proinde faciendis recipias ad tui cautelam ydoneas apodixas. et insuper mense quolibet in fine ipsius mensis quaternum unum de omnibus, que recipientur et expendentur pro dicto opere, sub sigillis omnium vestrum celsitudini nostre et magistris racionalibus magne nostre curie destinetis.

et ut in dicto opere cum omni studio et continua sollicitudine summo opere procedatur, scire vos volumus, quod nuper in opere ipso presentes statuimus, quod sint et laborent ibi continue magistri manipuli et persone alie currus tumbarelli carrette et animalia in numero infrascripto, pro quibus necessaria est per totam presentem yemem pro mercede eorum mense quolibet, computando de diebus 24 laboratoriis tantum, exclusis diebus dominicis et festivis, ad rationem subscriptam pecunie quantitas in-

ferius declarata, salvis defectibus, qui propter pluvias et imbres supervenientes ac alias asperitates temporis yemalis pluries intervenire possunt in processu predicti operis, per quos diete magistrorum et aliorum in opere ipso laborancium interrumpuntur nec continuari possunt, sicut fit tempore estivali; et ob id etiam, quod interdum maliciose vel fraudulenter aliqui se absentant, aliqui etiam ob infirmitatis supervenientis impedimentum ab ipso opere desistunt, aliqui etiam desidia vel inobediencia tepidi aut remissi seu forsitan indevoti hora competenti ad opus predictum non veniunt et ante horam debitam inlicentiati recedunt, pro quibus defectibus deducatur et retineatur pro parte curie nostre, quicquid proporcionaliter pro rata ipsorum defectuum fuerit deducendum: *[1]* videlicet magistri fabricatores 21, quorum singuli 3 debent facere, iuxta quod provisum est comode posse fieri, die qualibet cannam unam muri mensurandam per quatratum, prout in aliis nostris operibus mensuratur; pro qua canna debent eis dari tar. aur. 2 et gr. 5; et sic fient per omnes ipsos magistros die quolibet ipsius muri canne 7; pro quibus dabuntur eis ad racionem eandem die quolibet tar. 15 et gr. 15; et quolibet mense predicto fiant secundum racionem eandem canne 168, pro quibus contingunt pro 1 mense unc. 12 et tar. 18. *[2]* item cum eisdem magistris debent esse manipuli 63, videlicet cum quolibet eorum manipuli 3, silicet 2 pro portandis lapidibus, et alius pro deferenda calce; pro quibus contingant pro mense, ad racionem de gr. aur. 6 pro quolibet eorum per diem, unc. 15 tar. 3 et gr. 12. *[3]* item incisores lapidum 15 et ruptores lapidum 6, pro quibus contingunt pro 1 mense, ad racionem de gr. 12 pro quolibet eorum per diem, unc. 10 tar. 2 et gr. 8 .... *[4]* item pro extrahendis ex petraria[a]) lapidibus scappandis manipuli 6, pro quibus contingunt per mensem, ad racionem predictam de gr. 6 pro quolibet eorum per diem, unc. 1 tar. 13 et gr. 4 .... *[5]* item pro dirruendis lapidibus de muris et edificiis terre Syponti deferendis et congregandis ipsis ad loca, ubi honerari debent in carreptis[b]) ... deferentibus lapides ipsos, ac onerandis ipsis in eisdem carrettis deputandi sunt manipuli 30, pro quibus contingunt, ad racionem de gr. 6 pro quolibet eorum per diem, pro mense unc. 7 et tar. 6. per quos ... ecciam manipulos magni lapides eligantur et honerentur in dicto opere fabricando, ad hoc, quod minor quantitas calcis et arene sufficiat operi supradicto. *[6]* item pro deferendis ... lapidibus ipsis ab ipsa terra Syponti usque ad dictum opus carrettas 16, pro deferenda ipsa calce et arena tumbarellos 4; pro quibus carrectis et tumbarellis ducendis necessarii sunt ductores 20, ad racionem de ductore 1 pro quolibet tumbarello seu carretta; pro quibus ductoribus .... contingunt, ad racionem de augustali 1 pro quolibet eorum pro ipso mense, unc. 5. *[7]* item pro trahendis tam ipsis carrettis quam tumbarellis necessarie sunt equitature 36, ad rationem de equitaturis 2 pro qualibet carretta et equitatura 1 pro quolibet tumbarello, et ultra ipsum numerum alie superflue equitature 4 ..., tam pro deferenda palea neccessaria omnibus equitaturis ipsis quam ad substituendum loco aliquarum forte ex eis deficiencium, prout fuerit oportunum; pro quarum omnium 40 ... equitaturarum annona neccessarie sunt mense quolibet integro[1]), ad racionem de tercia parte thumini pro qualibet earum per noctem, ordei salme 50. *[8]* item pro deferendis cantonibus ... et magnis lapidibus a petrale usque ad dictum opus currus 4 cum bubus 16, ad racionem de bubus 4 pro quolibet curru, pro quibus ducendis necessarii sunt ductores 4 recipientes mense quolibet, ad racionem ... predictam de augustale 1 pro quolibet eorum, unc. 1. *[9]* item pro deferenda aqua cum vegeticulis pro temperanda calce tumbarelli 6, trahendi cum asinis, ad racionem de asinis 2 pro quolibet tumbarellorum ipsorum, pro quibus ducendis deputentur ductores 6; pro deferenda aqua pro potu magistrorum et manipulorum et aliarum personarum in eodem opere laborancium cum barilibus alii ... asini 4, pro quibus ducendis deputentur ductores 2; pro quibus ductoribus numero 8 necessarie sunt mense quolibet, ad racionem ... predictam de augustali 1 pro quolibet, unc. 2; et pro annona omnium predictorum 16 asinorum, ad racionem de quarta parte thumini pro quolibet ipsorum per noctem, necessarie sunt mense quolibet[2]) ordei salme ... 15. *[10]* item pro faciendis aucellis pro portanda calce ..., faciendis baiardis argatis[c]) et aliis operibus lignaminum magistri carpenterii 2, pro quibus contingunt, ad racionem predictam de gr. 12 pro quolibet eorum per diem, pro predicto mense tar. 28 et gr. 16; et pro aptandis ferramentis magister faber 1 cum dissipulo[d]) 1, pro quorum mercede necessarii sunt mense quolibet, ad racionem de gr. 12 pro magistro et gr. 6 pro dissipulo per diem, tar. 21 et gr. 12.

que tota predicta pecunia contingens pro mense uno modo prescripto est in summa: unc. 56 tar. 3 et gr. 12 ponderis generalis[3]); salvis predictis defectibus deducendis.

a) pertaria. b) *so Reg.* c) *im Register n. 26 irrig:* laborandis. d) *so Reg.*

1) *Der Monat ist hier zu 30 Tagen gerechnet.* 2) *Auch hier ist in der Berechnung der Monat mit 30 Tagen angesetzt.*
3) *Die gesamte Berechnung stimmt ganz genau.*

quam pecunie summam necnon et preter pecuniam ipsam alias unc. aur. 3 pro emendo ferro cordis et aliis rebus minutis dicto operi oportunis et predictas salmas ordei 65 pro omnibus predictis equitaturis et asinis tibi expensori mense quolibet a die, quo omnes predicte persone et omnes predicte equitature et asini in dictis serviciis fuerint, per Guidonem de Alamania iusticiarium Capitinate[1]) . . . per litteras nostras precipimus exhiberi; que omnia ab eo requiras et recipias, temporibus oportunis dicto modo predictis personis et equitaturis et asinis, dum in serviciis predictis continue fuerint, exhibenda; ita tamen, quod de predictis omnibus defectibus diligenter et fideliter advertaris et quicquid racione cuiuslibet ipsorum defectuum proporcionaliter deducendum fuerit, de mercede eorum integre deducatis et tu expensor penes te retineas et in quaternis predictis redigatis particulariter et distincte, ut specialem de hiis omnibus tu expensor redere debeas racionem. pro predictis vero magistris fabricatoribus 21 necnon magistris fractoribus lapidum 15 et incisoribus lapidum 10 ad opus predictum mittendis Guilelmo Brunelli iusticiario Aprucii[2]) nostre littere diriguntur, iniuncto ei per litteras ipsas, quod cuilibet ipsorum tar. 3 et gr. 15 nomine mutui debeat exhibere, computandos eis per te expensorem in mercede eorum, quam erunt a te pro tempore, per quod in opere ipso fuerint, recepturi. quorum nomina et cognomina cum declaracione ipsius pecunie ipsorum cuilibet mutuande tibi per litteras suas scribat. [illegible] ecciam iudici Benedicto de predicta terra Manfridonie et Nicolao de Tancredo de Fogia expensoribus operis portus[3]) ipsius terre Manfridonie, ut carrettas ferratas 12 et tumbarellos ferratos 4 deputatos in dicto opere cum equitaturis 28 deputatis ad trahendum carrettas et tumbarellos ipsos et apparatibus eorum et 2 aliis equitaturis superfluis assignatis eis pro deferenda palea pro omnibus equitaturis ipsis et ad substituendas eas loco aliquarum forte ex eis deficiencium vobis debeant assignare; necnon et Petro de Hugot[4]) marestalle nostre magistro, ut reliquas 10 equitaturas ad supplendum numerum predictarum 40 equitaturarum de equitaturis ipsius marestalle ad hoc ydoneas[a]) similiter tibi expensori assignet. item fieri mandamus et assignari tibi ecciam expensori in dicto opere per dictum iusticiarium Capitinate[5]) alios tumbarellos 6, ut sint ibi omnes predicti tumbarelli 10, quos, ut supra dictum est, in dicto opere mandavimus tam ad trahendum cum equitaturis quam cum asinis deputari. [illegible] vero asinos 12 necessarios pro trahendis predictis 6 tumbarellis deputandis ad portandam aquam cum vegeticulis pro temperanda calce et reliquos 4 asinos deputandos ad portandam aquam pro [illegible] rum personarum cum barrilibus, ut est dictum, qui omnes asini sunt numero 16, per predictum eciam iusticiarium Aprucii ad opus predictum precipimus destinari et tibi expensori similiter assignari. et iniungimus Fulconi de Roccafolia iusticiario Terre Bari, ut supradictos 4 currus ferratos deputandos in dicto opere pro deferendis cum bubus cantonibus et lapidibus, ut est dictum, et 4 eciam carrettas ferratas deficientes de predicto numero 16 carrettarum, que debent continue in opere ipso esse, fieri faciat et ad opus ipsum transmittat et tibi expensori faciat assignari. iniungimus insuper Alexandro[6]) de Baro[7]) magistro massario Capitinate, ut predictos boves 16 necessarios pro trahendis predictis curribus de bobus videlicet interceptis olim in passibus Aprucii per quondam Rogerium de Amicis magistrum ipsorum passuum mittendis eidem magistro massario per predictum iusticiarium Aprucii tibi expensori debeat assignare. calcem ecciam oportunam pro dicto opere requiras et recipias a predicto iusticiario Capitinate[8]) de calce empta per eum pro opere ipso de mandato nostro, qui super hoc mandatum celsitudinis nostre habet; et cetera alia recipias tu expensor a singulis predictorum, sicut de singulis superius est distinctum, facturus eis de hiis, que receperis, apodixas ydoneas ad cautelam. et ne defectu equitaturarum, si quando forte alique ex predictis defecerint aut affollate fuerint, quod non possent in ipso opere laborare, requiras et recipias tu . . . expensor a Nicolao de Precina milite et Huguetto de Palatrelis magistris marestallarum nostrarum in Apulia et Calabrya[b]) . . . alias equitaturas . . . necessarias in locum ipsarum forte deficiencium aut affollandarum, prout expedierit, deputandas, quibus de exhibendis ipsis equitaturis mandatum nostre celsitudinis destinatur . . . . et quia vos nolumus [c]) in dicto servicio expensis propriis laborare, ecce quod predicto iusticiario Capitinate[9]) per litteras nostras iniungimus, ut tibi expensori mense quolibet quamdiu . . . in servicio ipso fueris, pro expensis tuis et unius scriptoris tui, quem pro scribendis racionibus tuis et faciendis predictis quaternis habeas, unc. aur. 1 . . . et tibi Iohanni Bruno pro te garcione uno et equis duobus unc. aur. 2, et tibi alteri Iohanni Bullono pro te et equo uno unc. aur. 1 . . . mense quolibet a presenti die sabbati IV. presentis mensis inantea, donec in serviciis ipsis eritis, de eadem

a) ydonea. b) so Reg. c) [illegible] im Register [illegible] ut. im Register [illegible] des Blattes.

1) n. 17. 2) n. [illegible] 3) n. III. 4) n. [illegible] 5) n. 17. 6) n. [illegible] 7) n. 17. 8) n. [illegible] 9) n. [illegible]

pecunia largiatur. ceterum ... precipimus ..., quatinus de equitaturis et animalibus supradictis diligentem curam et sollicitudinem habeatis et quolibet sero in exhibicione ... annone ipsarum intersitis ..., ita quod bene et salubriter custodiantur et tractentur et quod annona integra exhibeatur fideliter, cum vobis exinde incumbamus. Dat. apud Salpas die IIII. novembris VIII. ind.

II. RA 1276 B n. 26 f. 259ᵇ bis 260ᵃ. RA 1279/80 B n. 37 f. 7ᵇ bis 8ᵃ.

Magistro massario Capitinate. *Mandat gemäß n. I.* Dat. apud Salpas die IIII. novembris.

III. RA 1276 B n. 26 f. 260ᵃ. RA 1279/80 B n. 37 f. 7ᵇ.

Iudici Benedicto et Nicolao etc. expensoribus. *Mandat gemäß n. I.* Dat. apud Salpas die IIII. novembris.

IV. RA 1276 B n. 26 f. 260ᵃ. RA 1279/80 B n. 37 f. 7ᵇ.

Petro de Hugot. *Mandat gemäß n. II.* Dat. apud Salpas IIII. novembris.

V. RA 1276 B n. 26 f. 260ᵃ. RA 1279/80 B n. 37 f. 8ᵃ.

Magistris marestallarum Apulie et Calabrie. *Mandat gemäß n. I.* Dat. apud Salpas die IIII. novembris.

VI. RA 1279 A n. 34 f. 156ᵇ bis 157ᵃ.

Eidem iusticiario (Capitinate). *Mandat gemäß n. I.* Dat. apud Salpas IIII. novembris.

479.

RA 1279 A n. 34 f. 157ᵃ. *Barletta 1279 November 6*[1]).

Eidem iusticiario (Capitinate). Mag. Iordanus de Monte s. Angeli extallerius operis murorum Manfridonie ... maiestati nostre ... supplicavit, quod, cum pro celeriori processu ipsius operis sibi pecunia necessaria sit ad presens, de exhibitione ipsius nostra sibi serenitas provideret: ideoque ... precipimus, quatinus ... predicto mag. Iordano unc. aur. 50 ... exhibere procures .... Dat. Baroli VI.[a]) novembris.

[a]) II.

480. *Noia 1279 November 13.*

Siehe n. 331.

481. *Brindisi 1279 November 19.*

Siehe n. 332.

482.

RA 1279 A n. 34 f. 159ᵃ. RA 1279/80 A n. 36 f. 36ᵃ. *Brindisi 1279 November 21.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Cum confisi de fide et legalitate Raynaldi de Rarerio ... ipsum superastantem operis castri novi, quod in Manfridonia fieri facimus, ... duxerimus statuendum ipsumque in servicio ipso nolumus expensis propriis laborare: ... precipimus, quatinus eidem ... expensas suas ... ad racionem videlicet de tar. aur. 1, si equum habuerit, et, si equum non habuerit, gr. 15 ... per diem ... exhibere procures .... Dat. Brundusii die XXI. novembris.

483.

I. RA 1276 B n. 26 f. 268ᵃᵇ. *Monopoli 1279 November 27.*

Iudici Felicio de Vestis expensori, Iohanni Bruno, Iohanni dicto Bullono credenceriis operis castri novi, quod fit in Manfridonia. *[1]* Receptis et intellectis litteris vestris excellentie nostre missis, quia significastis per eas, quod infrascripti officiales nostri, per quos vobis mitti et assignari mandavimus[2]) pro predicto opere magistros pecuniam equitaturas animalia et res alias infrascriptas: videlicet Guilielmus Brunellus iusticiarius Aprucii[3]) magistros fabricatores 21, magistros fractores lapidum 15 et incisores lapidum 10 et somerios 16; Petrus de Hugot marestalle nostre magister[4]) equitaturas 10; Guido de Alamagna olim iusticiarius Capitinate[5]) mense quolibet pro mercede manipulorum magistrorum et aliarum personarum deputatarum in opere ipso unc. 56 tar. 3 et gr. 12, pro emendo ferro cordis et aliis rebus minutis necessariis eidem operi alias unc. aur. 3 necnon pro annona dictarum equitaturarum ordei salmas 65 similiter mense quolibet et tumbarellos 6; Fulco de Roccafolia iusticiarius Terre Bari[6])

[a]) *Lücke durch Verletzung des Blattes.*

[1]) *Das Itinerar erfordert diese Änderung.* II *und* VI *sind in der Schrift sehr ähnlich.* [2]) *n. 478 I.* [3]) *n. 477 V.* [4]) *n. 478 IV.* [5]) *n. 478 VI.* [6]) *n. 476 und n. 477 IV.*

currus ferratos 4 et carrectos ferratos 4; et Agralistus de Baro magister massariarum Capitinate[1]) boves 16, nondum vobis predicta omnia assignarunt, mirantes et moti inde non modicum: [illegible] quod singulis eorum super hiis omnibus mittendis et assignandis instanter sub certis et gravibus penis mandata nostra[2]) iussimus renovari, preter quam predicto Guidoni de Alamagna nunc amoto, set pro hiis, que ipse vobis assignare debuit, Petro de Sumvilla successori suo in dicto officio litteras nostras direximus et [illegible], quem statim exinde requiratis. [...] super aliis vero, que per easdem litteras [illegible], que in litteris commissionis vestre non continentur servicia infrascripta in dicto opere [illegible] et [illegible] qua [illegible] fiant expense proinde oportune: videlicet quod fiat calx et temperetur, pro qua [illegible] est manipulorum numerus oportunus; item quod fodiantur [...][a]) murorum; item quod fodiatur terra miscenda et temperanda cum calce; item quod purgetur terra extrahenda de fundamento pro [illegible], item quod ementur [...][a]) et alia lignamina pro faciendis ocellis [illegible] et [illegible]; item quod emantur ferramenta necessaria pro magistris scappatoribus lapidum; item quod emantur [...][a]) deferenda aqua cum tumbarellis ad temperandum calcem; item quod ematur et deferatur cum barcis arena miscenda cum calce; item quod emantur barde [...][a]) suis pro equitaturis defferentibus paleam; item quod emantur gabicti zappones et pale ferree et lignee ipsi operi[b]) oportune et pro diruendis lapidibus [...][a]) terre Syponti; item quod reparentur currus tumbarelli et carrecte, et quid de equitaturis affollatis [illegible] ac de qua pecunia ductores tumbarellorum [...][a]) operis sint solvendi: vobis taliter respondemus, quod visis et diligenter inspectis litteris nostris commissionis contineatur in eis, quod [illegible] [...][a]) habere debeat manipulos 3, videlicet[c]) 2 ex ipsis commode posse sufficere ad deferendum et porrigendum lapides et calcem et alias [...][a]) ipsa; et omnes magistri scappatores habeant et habere debeant ferramenta eorum propria; et pro reparanda tam ipsis quam aliis ferramentis dicti magistri [...][a]) [illegible] et pro faciendis ocellis et aliis operibus lignaminum ac reparandis eisdem magistri carpentarii [illegible]tentur; [...][a]) carrecte currus et tumbarelli predicti; et pro aliis predictis expensis, pro quibus pecuniam petitis, et pro aliis rebus minutis, que in dictis litteris [...][a]), superaddi et dari mandaverimus vobis mense quolibet alias unc. aur. 3: super quibus omnibus nostram non debuistis celsitudinem [...][a]) inaniter, de defectu et negligencia per vos in opere ipsius commissionis ex consultacione huiusmodi ex [...][a]) vos fraudulenter et minus bene procedere, dum circa requirendas expensas superfluas et inveniend [...][a]) impedimenta frivola curiam nostram circumvenire intenditis, contra vos iusta et racionabili causa movemur; impune nichilominus [...][a]) olim IV. die presentis mensis novembris, quo die feliciter de opere ipso recessimus, per nos extitit [...][a]) opere ipso muri canne 7 mensurate per quadratum, secundum quod in aliis operibus nostris fit, quod, si [...][a]) operis adhibuissetis eam, quam debuistis, sollicitudinem efficacem, scire vos volumus, quod in reditu nostro ad terram ipsam, in cuius procinctu sumus, qui ... erit in brevi, quicquid processum est in opere ipso post recessum nostrum, ipso modo mensurare mandabimus. et totum defectum, si quis in opere ipso invenietur, secundum mensuras huiusmodi vobis volumus imputari et suppleri et fieri ad expensas vestras de propriis [illegible] tamen quousque illuc venerimus, ad tollendum vobis omnem excusationis materiam volumus et mandamus, ut, quicquid pro necessariis et utilibus expensis dicti operis necessarium [illegible] de propriis [illegible] vel invenias mutuo ab amicis tuis et in opus ipsum convertas, ut in eo defectus aliquis non existat, quod in ipso adventu nostro, qui erit VII. decembris proximo futuri ad tardius ..., restitui faciemus. [3] super equitaturis vero, quas affollari contigeret, de quibus, ut dictum est, similiter consultastis: ... mandamus, quod eas assignare debeatis Nicolao de Precina militi et Hugueto de Palafredi magistris marescallarum nostrarum Apulie et Calabrie[3]) et totidem convenientes et bonas [illegible] et [illegible] ad [illegible] in eodem opere deputandas, quibus super hoc mandatum nostrum pridem direximus et ad presens [illegible] destinamus. Dat. Monopoli die XXVII. novembris VIII. ind.

[a]) *Lücke durch Verletzung des Blattes.* [b]) opere. [c]) videntur. [d]) necessaria.

II. RA 1278 B n. 30 f. 180

Eidem (iusticiario Aprucii). *Gemäß n. I § 1.* Dat. Monopoli die XXVII. novembris.

III. RA 1270 B n. 20 f. 208

Petro de Hugot. *Gemäß n. I § 1.* Dat. ut supra.

IV. RA 1270 A n. 11 f. 150

Eidem (iusticiario Capitinate). *Gemäß n. I § 1.* Dat. Monopoli XXVII. novembris.

[1]) *n. 178 II.* [2]) *n. II bis I.* [3]) *n. I II.*

V. RA 1278 B n. 30 f. 151b.

Eidem (iusticiario Terre Bari). *Gemäß n. I § 1.* Dat. Monopoli, mense novembris, XXVII. eiusdem, VIII. ind.

VI. RA 1276 B n. 26 f. 268b.

[Agralis]to[a]) de Baro magistro massario Capitinate. *Gemäß n. I § 1.* Dat. Monopoli die XXVII. novembris.

[a]) *Das Blatt ist am Rande beschädigt.*

VII. RA 1276 B n. 26 f. 268b.

Magistris marestallarum Apulie et Calabrie. *Gemäß n. I § 3.* Dat. Monopoli die XXVII. novembris.

484.

RA 1302 X n. 127 f. 128ab. *Manfredonia 1279 Dezember 8.*

Eidem iusticiario (Aprucii). Dudum tibi ... mandatum nostrum direximus, quod ad opera nostra Manfridonie certum numerum magistrorum incisorum lapidum et scappatorum ... transmitteres ..., ita quod exinde ... haberes litteras responsales; quibus non habitis eos caperes ... in vinculis ad ipsa opera destinandos et, si forte ipsos invenire nequires, uxores et filios eorum caperes, domos dirui et vineas faceres extirpari, ita quod exinde clamor ad nostram audienciam duceretur .... cumque nuper in operibus ipsis presentes nec aliquos ibi de magistris predictis invenerimus nec saltim a te inde habuerimus responsales, aperte cognovimus, quod ... mandatum nostrum contempnis ...: precipimus, quatinus ... predictum numerum magistrorum ... mittere ... debeas ..., ita quod per totum XV. diem post festum nativitatis dominice in operibus ipsis penitus habeantur .... volumus preterea ... et mandamus tibi ..., quod subscriptos magistros ... ad opus castri novi, quod in dicta terra Manfridonie fieri facimus, mittere debeas ..., videlicet: *(es folgen die Namen).* Dat. Manfridonie VIII. decembris.

485.

RA 1279 A n. 34 f. 161a. RA 1279/80 A n. 36 f. 37a. *Manfredonia 1279 Dezember 10.*

Eidem (iusticiario Capitinate). ... precipimus, quatinus ... boves ... 18 ... assignes ... iudici Felicio de Vestis expensori et Iohanni Bruno ac Iohanni Bullono credenzeriis operis castri novi, quod in Manfridonia fieri facimus .... Dat. Manfridonie X. decembris.

486.

I. RA 1279 A n. 34 f. 123b. *Manfredonia 1279 Dezember 11.*

Eidem iusticiario (Terre Bari)[1]). Cum pro opere castri novi, quod in Manfridonia fieri facimus, ferri 2000, de aczaro virge 200, pale de ferro 100 et picones 50 necessaria reputentur: ... precipimus, quatinus ... predictum ferrum et aczarum, palas et picones ... pro rumpendis lapidibus ... ad predictum opus mittere debeas, assignanda Leonasio comestabulo Fogie, iudici Felici de Vestis expensoribus, Iohanni Bruno ac Iohanni Bullono credenzeriis dicti operis .... Dat. Manfridonie XI. decembris.

II. RA 1279 A n. 34 f. 161a. RA 1279/80 A n. 36 f. 37a.

Eidem (iusticiario Capitinate). *[1]* Ut in opere castri novi, quod fit in Manfridonia, efficaciter procedatur ..., precipimus, quatinus ... facias ibi iuxta provisionem et ordinacionem mag. Petri de Angicuria ... logiam unam cohopertam, in qua incisores lapidum et alii magistri eiusdem operis laborare valeant sub cohoperto .... *[2]* etiam ... emas heiatas[a]) 50 et tabulas serraticias pro faciendis aucellis 50 et eas assignes Leonasio comestabulo Fogie et iudici Felicio de Vestis expensoribus ac Iohanni Bullono et Iohanni Bruno credenzeriis ipsius operis. *[3]* et licet tam de assignanda pecunia, bobus, ordeo et aliis rebus ... dicto iudici Felicio et predictis credenzeriis tantum mandatum habeas, volumus tamen, quod omnia, que ... iudici Felicio assignare debebas, assignes ... tam sibi quam dicto Leonasio, quem ei in hoc duximus adiungendum ...[2]). *[4]* et quia eundem Leonasium in servicio ipso expensis propriis esse nolumus: ... mandamus tibi, quod ... exhibeas sibi expensas suas ... ad racionem videlicet de tar. aur. 1 ... per diem. Dat. Manfridonie die XI. decembris.

[a]) *Im RA 1279/80 B n. 37 f. 12a und f. 26b (unten n. IV) steht an beiden Stellen deutlich* hoians.

[1]) *Im Reg.:* Terre Laboris. *Allein in n. IV findet sich der ganze Inhalt dieses Briefes angeführt als Schreiben an den* iusticiarius Terre Bari. *Es liegt also ein Kanzleiversehen vor.* [2]) *n. III.*

III. RA 1276 B n. 26 f. 273b.

Leonasio comestabulo Fogie. Cum confisi de fide et legalitate tua te expensorem operis castri novi de Manfridonia una cum iudice Felici de Vestis, qui nunc in officio est, ... duximus statuendum: ... precipimus, quatinus ... ad predictum opus te personaliter conferas .... et quia te tibi expensis propriis nolumus laborare ..., iusticiario Capitinate[1]) de exhibendis expensis tibi ad racionem de tar. aur. 1 ... nostras litteras destinamus. Dat. Manfridonie XI. decembris.

IV. RA 1279/80 B n. 37 f. 12a; ibid. f. 26b. Das Blatt ist verletzt.

Leonasio comestabulo Fogie et iudicii Felicio de Vestis expensoribus, Iohanni Bullono et Iohanni Bruno credenzeriis castri novi de Manfridonia. *Schreiben gemäß n. I und II.* Dat. Manfridonia die [XI. decembris][a])[2]).

[a]) *Lücke durch Verletzung des Blattes.*

487.

RA 1279/80 A n. 36 f. 37a. Am Rande beschädigt. *Manfredonia 1279 Dezember 11.*

Iusticiario Capitinate. */1/* Placet [...][a]) Manfridonie ... deputare debeas [...][a]) ad mercedem eis per te exhibendam .... */2/* preterea cum Iohannucium vallectum forgie nostre [...][a]) castri novi et portus Manfridonie duxerimus deputandum: ... mandamus, quod expensas suas ... ad racionem de gr. aur. 10 per diem ... exhibeas ... expensoribus et[b]) ... credenceriis dicti operis castri novi, deinde sibi per eos ... exhibendas .... Dat. Manfridonie die XI. decembris.

[a]) *Lücke durch Verletzung des Blattes.* [b]) *fehlt Reg.*

488.

RA 1276 B n. 26 f. 270'b. RA 1279/80 B n. 37 f. 12b. *Lucera 1279 Dezember 15.*

Magistris marestallarum Apulie et Calabrie. Cum in opere castri novi de Manfridonia ultra equos, qui ibi sunt, equos 6 pro trahendis tumbarellis de novo providerimus [deputandos][a]): ... precipimus, quatinus ... predictos equos 6 ... Leonasio comestabulo Fogie et iudici Felicio de Vestis expensoribus, Iohanni Bullono et Iohanni Bruno credenceriis ... assignare curetis .... Dat. Lucerie XV. decembris.

[a]) *Das Blatt ist am Rande verletzt.*

489.

RA 1279 A n. 34 f. 163a. RA 1279/80 A n. 36 f. 39b bis 40a. *Troia 1279 Dezember 17.*

Eidem (iusticiario Capitinate). ... precipimus, quatinus ... fieri facias et emas ...: */1/* palangas de ferro 6, quamlibet longitudinis palmorum 6, et sint crosse, quas in opere castri Manfridonie assignare debeas Leonasio comestabulo Fogie, iudici Felicio de Vestis expensoribus et Iohanni Bullono ac Iohanni Bruno credenzeriis ipsius operis per eos in opere ipso, sicut oportunum fuerit, deputandas. */2/* in quo etiam opere fieri facias de eadem pecunia argatas de vinclis et trabibus, quarum quelibet sit longitudinis palmorum 8 et amplitudinis palmorum 6, in ea quantitate, quam pro opere ipso provideris oportunam .... Dat. Troye XVII. decembris.

490.

RA 1279 A n. 34 f. 163b. RA 1279/80 A n. 36 f. 38b. *Troia 1279 Dezember 17.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Scripsimus inter alia pridem ... tuo ... precessori, ut Iohanni Bullono et Iohanni Bruno ... credenceriis operis castri nostri Manfridonie expensas ad certam racionem ... exhiberet, quod mandatum assignatum tibi fuisse credimus ..., propter quod ... precipimus, quatinus expensas ipsas dictis ... exhibeas ..., ad racionem videlicet de tar. aur. 2 pro predicto Iohanne Bruno et tar. 1 pro predicto Iohanne Bullono per diem .... Dat. Troye die XVII. decembris.

491.

I. RA 1276 B n. 26 f. 286a. RA 1279/80 B n. 37 f. 24b. *Neapel 1280 Januar 18.*

Angelo Sanelle, olim magistro procuratori et portulano Apulie et Aprucii. Quia intelleximus, quod inter alia bona quondam Petri de Boscellis per te pro parte curie nostre capta ... cepisti boves 30 ... precipimus, quatinus ... boves ipsos apud Manfridoniam mittere debeas et eos ibi ... expensoribus operis castri[3]) ... facias assignari .... Dat. Neapoli XVIII. ianuarii VIII. ind.

[1]) *n. II § 4.* [2]) *Die Ergänzung des Datums ist durch die Beziehung zu n. I gewährt.* [3]) *n. 482 § 2.*

II. RA 1279 A n. 34 f. 166ª. RA 1279/80 A n. 36 f. 41ª.

Eidem (iusticiario Capitinate). *Mandat gemäß n. 492 § 2.* Dat. Neapoli XVIII. ianuarii VIII. ind.

III. RA 1278 B n. 30 f. 153ᵇ. RA 1279/80 A n. 36 f. 54ᵇ.

Iusticiario Terre Bari. *Mandat gemäß n. 492 § 1.* Dat. Neapoli XVIII. ianuarii.

492.

RA 1276 B n. 26 f. 286ᵃᵇ. RA 1279/80 B n. 37 f. 24ᵇ. *Neapel 1280 Januar 19.*

Leonasio de Fogia et iudici Felicio de Vestis expensoribus castri Manfridonie. *[1]* Scire vos volumus, quod ... iusticiario Terre Bari[1]) ... precipimus, quod currus 12 ... ad trahendum cum bubus ferratos levibus ferris ... vobis ... transmittat. *[2]* iniungimus eciam ... Angelo Sennele[2]) ..., ut boves 30 ..., et ... iusticiario Capitinate[3]), ut boves 20 ... vobis mittat, ... mandantes, quatinus currus et boves ipsos ... in dicto opere deputetis .... Data Neapoli XVIIII. ianuarii.

493.

RA 1279 A n. 34 f. 166ᵃᵇ. *Neapel 1280 Januar 22.*

I. Eidem iusticiario (Capitinate). Mag. Iordanus de Monte s. Angeli extallerius operis murorum Manfridonie ... nostre exposuit maiestati, quod, cum quidam e subscriptis magistris sociis suis in eodem opere ad opus murorum ipsorum per nostram curiam deputatis pluries ab eodem opere recedentes ad ipsorum propria revertantur, ad opus ipsum postmodum reddire denegant ..., propter quod perfecio eiusdem operis retardatur, ... et quod tam tu quam subofficiales tui eundem mag. Iordanum et subscriptos magistros in generalibus subvencionibus ... molestatis: ... precipimus, quatinus ad requisicionem predicti mag. Iordani ... eos ad laborandum in eodem opere reddire compellas ... et tam predicto mag. Iordano quam predictis magistris ... immunitatem serves .... nomina vero ipsorum magistrorum ... sunt hec: videlicet[4]) mag. Iordanus, mag. Maraldus, mag. Guerrerius, mag. Mattheus et mag. Salenus de Monte s. Angeli, mag. Paulus et mag. Nicolaus Romanus de Manfridonia, mag. Iohannes de Dominico, mag. Iohannes de magistro Iacobo, mag. Lucas de Recusa et mag. Pascalis filius eius de s. Iohanne Rotundo. Dat. Neapoli XXII. ianuarii.

II. Similes facte sunt iusticiario Terre Bari. nomina vero ipsorum magistrorum sunt hec: videlicet[5]) mag. Bar(tholomeus), mag. Rogerius, et mag. Pascalis de Benio (?)[6]). Dat. ut supra.

494.

I. RA 1279 A n. 34 f. 198ª. RA 1279/80 A n. 36 f. 55ª. *Neapel 1280 Februar 2.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). Recolit excellencia nostra dedisse olim ... tuo ... precessori ... in mandatis[7]), ut certa ferramenta pro opere castri nostri Manfridonie ... ad castrum ipsum transmitteret .... set quia huiusmodi ferramenta ... nondum misit, eidem ... iterato precipimus, quatinus ... mittat ea statim ad opus ipsum ... et, si nondum per eum empta fuerint, assignet tibi ... formam ipsius mandati .... quare ... precipimus, quatinus ..., si mandatum ipsum dictus precessor tuus exequcioni debite non mandavit, illud ... exequaris .... Dat. Neapoli die II. februarii.

II. RA 1279 A n. 34 f. 167ᵇ bis 168ª. RA 1279/80 A n. 36 f. 42ª.

Iusticiario Capitinate. ... mandamus, quod tam ipsis expensoribus quam aliis expensoribus operum nostrorum Lucerie et Manfridonie, forsan aliquando aliquos de bubus, quos in operibus ipsis habent mori vel affollari aut inutiles pro operibus ipsis reddi quoquo modo contigerit, ... eis loco ipsorum boum ... de bubus curie nostre ... debeas ipsis expensoribus exhibere .... Dat. Neapoli die II. februarii.

495.

I. RA 1276 B n. 26 f. 295ᵇ. RA 1279/80 B n. 37 f. 29ᵇ. *Neapel 1280 Februar 7.*

Expensoribus castri Manfridonie. Quia significastis celsitudini nostre, quod pro eo, quod muri predicti castri in altum incipiunt elevari, non sufficiunt manipuli 3 pro quolibet magistrorum fabricatorum iuxta mandatum nostrum per commissionis vestre litteras[8]) vobis factum, nolentes propterea opus ipsum aliquatenus prorogari: ... mandamus, quod, si ipsi manipuli 3 pro quolibet dictorum magistrorum fabricatorum insufficientes existunt, superadatis et retineatis quartum manipulum pro quolibet fabricatorum

[1]) *n. 491 III.* [2]) *n. 491 I.* [3]) *n. 491 II.* [4]) *Für die Namen vgl. n. 453 I und n. 474.* [5]) *Für die Namen vgl. n. 453 I.* [6]) *Statt* Roma? [7]) *n. 486 I.* [8]) *n. 478 I.*

ipsorum; exhibituri manipulis ipsis superadendis[a]) mercedem statutam .... sicut aliis manipulis .... et si forte ipsi manipuli 4 pro quolibet magistro fabricatore superflui viderentur, superfluos ne vacent, ad cavandum fundamenta et alia servicia dicti operis deputetis. pro quibus manipulis superaddendis numero 21 secundum numerum magistrorum fabricatorum quos ibi mandavimus deputari, pecuniam necessariam iuxta predictum statutum curie nostre per ... iusticiarium Capitinate[1]) vobis precipimus exhiberi. Dat. Neapoli die VII. februarii.

[a]) superatendis.

II. RA 1279 A n. 34 f. 174a. RA 1279/80 A n. 36 f. 42b.

Eidem (iusticiario Capitinate). *Mandat gemäß n. I.* Dat. Neapoli 1280 die VII. februarii.

496.

Neapel 1280 Februar 24.

RA 1279/80 A n. 36 f. 23a. Das Blatt ist an der Ecke stark beschädigt. Inseriert: ibid. f. 23a (unten n. 497); ibid. f. 28ab und RA 1270 B n. 8 f. 101b bis 102a (unten n. 497; inseriert in n. 500 III).

Iusticiario Basilicate. Nicolaus de Precina miles et Hugettus de Palatiolis ... (magistri marescallarum) nostrarum Apulie et Calabrie ... exposuerunt nuper excellencie nostre, quod olim XII. ... decembris VIII. ind. ... aput Tres Sanctos receperunt a iudice Felicio de Vestis expensore operis castri novi, quod ... construitur aput Manfridoniam, Iohanne Bruno et Iohanne dicto Bullono ... credenceriis ipsius operis de equitaturis affollatis ... roncinos 4 et pultros 2 et iumenta 4, et ultimo ... decembris receperunt a Leonasio de Petraficta et predicto iudice Felicio de Vestis expensoribus dicti operis aput Tres Sanctos ... roncinos 4 et iumenta 2, necnon et quod receperunt XVIII. ... ianuarii ... VIII. ind. ... ibidem ab eodem Leonasio et sociis de eisdem equitaturis affollatis pultros 6 equos 6 et roncinos 3, ... in summa: 31, et pro custodia ipsorum animalium eosdem magistros retinere oportuerit scuterios 10 ..., et humiliter supplicarunt, ut de expensis ... providere ... dignaremur: ... precipimus, quatinus ... de pecunia ... et de frumento ... debeas exhibere eisdem .... Dat. Neapoli die XXIIII. februarii.

497.

bei Capua 1280 März 5.

RA 1279/80 A n. 36 f. 23a. Inseriert: RA 1270 B n. 8 f. 101b bis 102a und RA 1279/80 A n. 36 f. 28ab (unten n. 500 III).

Iusticiario Basilicate. Dudum ... mandatum tibi directum de curia nostra recolimus emanasse continencie infrascripte: *(s. oben n. 496).* verum quia pro parte ipsorum magistrorum marescallarum ipsarum celsitudini nostre fuit expositum, quod predictum mandatum nostrum ... [illegible] ... mandamus, quatinus ... mandatum ipsum ... exequaris .... Dat. aput turrim s. Herasmi prope Capuam V. marcii VIII. ind.

498.

RA 1278 B n. 30 f. 210b. RA 1279/80 B n. 37 f. 16a. *bei Capua 1280 März 27.*

Leonasio comestabulo Fogie et iudici Felicio de Vestis expensoribus et Iohanni Bruno et Iohanni Bullono credenceriis operis castri Manfridonie. Pro parte magistrorum ma[illegible], scapatorum et [illegible] lapidum in opere ipso laborantium celsitudini nostre fuit humiliter supplicatum, quod, cum a I. die ... martii in eodem opere ... laborent vosque ipsis mercedem eorum solvere [illegible] ad rationem tantum de gr. 12 pro quolibet eorum per diem, eis super hoc providere ... dignaremur ... precipimus, quatinus magistris ipsis mercedem eorum debitam ... ad rationem de gr. aur. 15 ..., et a I. optubris[a]) usque per totum mensem februarii ... IX. ind., eo quod ex tunc dies decrescere incipiunt, ad rationem de gr. aur. 12 ... exhibere curetis. Dat. aput turrim s. Herasmi prope Capuam die XXVII. marcii VIII. ind.

[a]) *so Reg.*

499.

bei Capua 1280 März 2[illegible].

Siehe n. 352.

500.

I. RA 1270 B n. 8 f. 80a. RA 1279/80 A n. 36 f. 40b. *bei Capua 1280 April [illegible].*

Iusticiario Capitinate. [1] Intellecto nuper per litteras iudicis Felicii de Vestis expensoris operis castri novi de Manfridonia, quod Leonasius comestabulus Fogie, suus in officio ipso socius, diem suum

[1]) *n. II.*

clausit extremum, nolentes occasione mortis sue aliquem in ipso opere evenire defectum: ... precipimus, quatinus ... aliquem de iurisdictione tua sufficientem divitem ydoneum et fidelem, ... in opere dicti castri loco eiusdem Leonasii una cum predicto iudice Felicio statuas expensorem ...; a quo exinde corporale recipias ... iuramentum. et tam predictis iudici Felicio et Iohanni Bruno ac Iohanni Bullono credenzeriis eiusdem operis a tempore, quo de eorum gagiis non satisfecisti eisdem, quam predicto statuendo per te ab eo tempore, a quo ibi esse incipiet et inantea, donec omnes de mandato nostro in officiis ipsis erunt, gagia ... exhibere procures .... et nomen illius, quem predicto modo statueris, et unde fuerit, nobis et magistris racionalibus magne curie nostre in continenti per litteras tuas scribas. *[2]* preterea quia predictus iudex Felicius et credencerii nobis per eorum litteras intimarunt, quod in duabus turribus medianis eiusdem castri in tantum processum est, quod inantea procedi non potest, nisi, sicut necessario expedit, marramentur: ... precipimus, quatinus in continenti de marraminibus propterea oportunis diligenter provideas et provisa emas ... ac predictis expensoribus et credenzeriis assignes in predictis servitiis convertenda. *[3]* significavit insuper nobis dictus iudex Felicius, quod penes eum sunt quedam coria animalium curie nostre in servitio eiusdem operis mortuorum, que corroduntur a carvulis et, nisi de eis utilitas procuretur, in brevi in dampnum curie nostre poterint devastari: ... precipimus, ut ... merca et signa ... de coriis ipsis incidi facias ... et incisa sub sigillo tuo magistris racionalibus magne curie nostre mittas, per eos, sicut consuetum est hactenus, comburenda. et coria ipsa vendas meliori, quo poteris, pro curia nostra foro.... **Dat. apud turrim s. Herasmi X. aprelis VIII. ind.**

II. RA 1270 B n. 8 f. 139a. RA 1279 B n. 35 f. 18a.

Mauro Pironto et Nicolao Castaldo magistris procuratoribus et portulanis Apulie et Aprucii. Cum in opere castri novi de Manfridonia subscripta lignamina necessaria reputentur: ... precipimus, quatinus ... lignamina ipsa — que talia, sunt: videlicet trabes 400 de abiete, quelibet longitudinis cannarum 4 et amplitudinis ex omni facie palmi 1; trabes grosse pro sumeriis 20, quilibet longitudinis cannarum 4 et amplitudinis ex omni facie palmi $1^1/_2$; et tabule serraticie 400, quelibet longitudinis cannarum 3 et grossitudinis digitorum 2 — in predicta terra Manfridonie vel in aliis terris vicinioribus ipsi terre, ubi melius et comodius haberi poterunt, et de quibus illuc cum minoribus sumptibus deferantur, emere debeatis, precio quo poteritis pro nostra curia meliori, ... et empta in eadem terra Manfridonie, usque ad quam deferri faciatis ea, si alibi emi contigerit, ... iudici Felicio de Vestis et socio expensoribus et Iohanni Bruno ac Iohanni Bullono credenzeriis dicti operis assignetis ..., convertenda per eos in eodem opere, sicut fuerit oportunum .... super quorum lignaminum emptione procedatis cum presentia et plena notitia et conscientia ac consilio mag. Petri de Angicuria et mag. Iohannis de Tullo ... vel eorum alterius, qui poterit esse presens. **Dat. apud turrim s. Herasmi X. aprelis VIII. ind.**

III. RA 1270 B n. 8 f. 101b bis 102a. RA 1279/80 A n. 36 f. 28ab.

Iusticiario Basilicate. *(Es folgt n. 497 und darin inseriert n. 496).* ad cuius exequcionem mandati nostri predictus Hugettus ... asseruit te super solucione predicte pecunie processisse .... dixit quoque super exhibendo predicto frumento ..., te minime processisse: ... mandamus, quatinus ... integram quantitatem frumenti ... predictis Nicolao et Hugetto ... exhibeas .... **Dat. aput turrim s. Herasmi prope Capuam X. aprelis VIII. ind.**

IV. RA 1270 B n. 8 f. 50a.

Eidem iusticiario (Aprucii). Cum in opere castri novi de Manfridonia ultra numerum magistrorum ibi laborantium magistros incisores lapidum 15 de novo providimus adiungendos: ... precipimus, quatinus ... magistros ipsos 15 ... ad predictum opus transmittas, iudici Felicio de Vestis et socio ac Iohanni Bruno et Iohanni Bullono credenceriis eiusdem operis presentandos ad tardius per totum presentem mensem aprilis .... **Dat. apud turrim die X. aprilis.**

501.

RA 1270 B n. 8 f. 100b bis 101a. *bei Capua 1280 April 11.*

Iusticiario Basilicate. Significaverunt excellencie nostre Nicolaus comestabulus miles de Precina et Hugettus de Palafredis magistri marestallarum nostrarum Apulie et Calabrie ..., quod ... expensas ... nondum receperunt .... quare ... precipimus, quatinus ... ab ... I. decembris usque per totum mensem februarium ... expensas ... eis ... exhibere procures ...: videlicet *[1]* pro scuteriis 11 deputatis ad cu-

stodiam pultrorum 28 ... et aliorum ... 4 ... in marestalla s. Gervasii a I. ... decembris usque per totum XIX. ... ianuarii ... ad ... racionem de tar. aur. 3 et gr. 15 parvi ponderis pro quolibet eorum per mensem, eodem parvo pondere converso ad generale sunt tar. aur. 3 et gr. $7^1/_2$[1]: unc. 2 et gr. 13 .... item pro scuteriis 10 ex predictis 11 custodientibus pultros 26 de predictis 28 ... et predictos alios pultros 4 a ... XX. ... ianuarii usque per totum ... mensem februarii, quia reliqui ex predictis pultris 28 assignati fuerunt iudici Felicio de Vestis et Leonasio de Fogia expensoribus castri novi de Manfridonia pro trahendis carretis et tumbarellis eiusdem operis ...: unc. 1 et tar. 15. [2] item pro scuteriis aliis 25 custodientibus pultros 76 ...[a]) in marestalla Corneti dicti mensis decembris usque per totum XIII.[b]) eiusdem ...: unc. aur. 1 et tar. aur. 6 et gr. 12. item pro scuteriis 23 de predictis custodientibus pultros 69 a XIV. ... decembris usque per totum ultimum ipsius, quia dicto XIV. ... decembris 7 pultri reliqui ... assignati fuerunt dicto iudici Felicio ...: unc. 1 et tar. 14. item pro scuteriis 22 de predictis custodientibus pultros 67[c]) a I. ... ianuarii usque per totum XIX. eiusdem, quia dicto I. ianuarii 2 reliqui ... assignati fuerunt Leonasio de Petrafficta et iudici Felicio de Vestis ...: unc. aur 1 et tar. 17 et gr. 7. item pro scuteriis 19 de prefatis custodientibus pultros 56 ... a ... XX. ... ianuarii usque per totum ... mensem februarii, quia dicto XX. ianuarii pultri 11 reliqui ... assignati fuerunt predictis expensoribus ...: unc. aur. 2 tar. 25 et gr. 9. [3] item pro scuteriis 8 custodientibus pultros 23 ... in marestalla Catere[2]) a I. ... decembris usque per totum XIII. eiusdem ...: tar. aur. 11 et gr. 14. item pro scuteriis 7 de predictis custodientibus pultros 22 ... a XIV. ... decembris usque per totum ultimum ipsius, quia dicto XIV. eiusdem assignatus fuit reliquus pultrus 1 ... pro predicto opere Manfridonie ... expensori prefato, ...: tar. aur. 13 et gr. 7. item pro predictis 7 scuteriis custodientibus pultros 20 ... a 1. ianuarii usque per totum XIX. eiusdem, quia ... I. ianuarii pultri 2 reliqui ... assignati fuerunt ... dictis Leonasio et iudici Felicio ...: tar. aur. 14 et gr. 18. item pro scuteriis 6 de predictis custodientibus pultros 18 ... a ... XX. ianuarii usque per totum mensem februarii, quia dicto XX. ianuarii 2 pultri reliqui ... assignati fuerunt dictis expensoribus ...: unc. 1 et gr. 7. [4] item pro scuteriis 8 custodientibus pultros 24 ... in domibus Orte a I. ... decembris ... usque ... XIII. eiusdem et a ... XIV. ipsius pultros 23 de predictis usque ... ultimum ipsius, quia ... XIV. pultrus 1 reliquus ... assignatus fuit ... iudici Felicio ...: tar. aur. 27. item pro scuteriis 7 de predictis custodientibus pultros 20 ... a I. ... ianuarii usque ... XXII. eiusdem, quia ... I. ianuarii assignati fuerunt pultri 3 ... prefatis ... expensoribus ...: tar. aur. $17^1/_2$. item pro scuteriis 5 ... custodientibus pultros 14 de prefatis a XXIII. ... ianuarii usque per totum ... mensem februarii, quia ... XXIII. assignati fuerunt pultri 6 reliqui ... prefatis expensoribus ...: tar. aur. 21. [5] item pro scuterio 1 custodienti pultros 4 ... in dictis domibus Orte a ... I. decembris usque ... XIII. eiusdem et pultros 3 de predictis a ... XIV. eiusdem ... usque ... ultimum ipsius, quia ... XIV. pultrus unus reliquus ... assignatus fuit ... iudici Felicio ..., et pultros 2 ... de predictis a ... I. ianuarii usque per totum ... mensem februarii, quia ... I. ianuarii assignatus fuit pultrus 1 ... prefatis ... expensoribus ...: tar. aur. 10 et gr. $2^1/_2$. [6] item pro scuteriis 16 custodientibus pultros 47 ... a I. ... decembris usque per totum ... mensem februarii in marestalla Trium Sanctorum ...: unc. aur. 5 tar. 12. [7] item pro scuteriis 12 ... in marestalla vivarii s. Laurencii ...: unc. 7 tar. 12 et gr. 15. [8] item pro scuteriis 10 ... in marestalla s. Gervasii ...: unc. aur. 3 tar. aur. 11 et gr. 5. [9] item pro senescalco 1 et scriptore 1 deputato cum eo ... et marescalco 1 ... ac eciam preposito 1 marestallarum Capitinate et alio preposito marestallarum Basilicate ...: unc. aur. 4 tar. 21 et gr. 15. [10] item pro expensis predictorum Nicolai et Hugetti et pro 1 notario deputato cum eis ...: unc. 15 .... Dat. aput turrim s. Herasmi prope Capuam XI. aprelis VIII. ind.

a) 86. b) X. c) 87.

502.

I. RA 1270 B n. 8 f. 90b. RA 1270-80 A n. 36 f. 47ab — *bei Capua 1270 April [illegible]*

Eidem (iusticiario Capitinate). Exposuit excellencie nostre mag. Iordanus de Monte s. Angeli extallerius murorum circuitus terre Manfridonie ..., quod tu occasionem sibi pretendens, mutuatas fuisse ei per tuum ... precessorem unc. 80 pro emendis curribus bubus et alio suo necessario apparatu, illasque intendens sibi ad presens in pecunia, quam pro extalio ipso recipere debet a nostra curia, computare, pecuniam pro opere ipso sibi exhibere recusas ... cum ... beneplaciti nostri sit, quod pecunia ipsa

1) *Hieraus ergibt sich, daß* 1 unc. *nach dem* parvum pondus 3 tar. *[illegible]* 1 unc. *[illegible]* pondus generale. 2) *Statt* Matere?

... in fine ipsius extalii computetur, ... precipimus, quatinus ... visa et mensurata tota quantitate murorum facta et laborata per eum ..., si per eum factam ... inveneris illam quantitatem murorum, quam facere debuerit, ... dicto mag. Iordano ... unc. aur. 50 ... exhibere procures .... Dat. aput turrim s. Herasmi die XV. aprelis.

II. RA 1279/80 B n. 37 f. 54b. RA 1280 B n. 39 f. 34a.

Iudici Felicio de Vestis et socio expensori operis castri novi de Manfridonia. Ut in eodem opere ... efficacius procedatur, magistros 15 incisores lapidum mittendos ad vos per ... iusticiarium Aprucii ... in eo providimus adiungendos[1] .... Dat. aput turrim s. Herasmi prope Capuam die XV. aprelis.

503.

RA 1270 B n. 8 f. 105b. *bei Capua 1280 April 17.*

Iusticiario Terre Bari. ... magistri racionales ... receperunt ... XIII. ... aprelis aput turrim s. Herasmi prope Capuam tuas litteras continentes, te fieri fecisse ... currus 12 ... et assignasse ipsos iudici Felicio de Vestis et quondam Leonasio de Fogia expensoribus operis castri nostri Manfridonie pro opere ipso ...: quod excellencie nostre placet .... Dat. aput turrim s. Herasmi XVII. aprelis.

504.

RA 1270 B n. 8 f. 142b. RA 1279 B n. 35 f. 20a. *bei Capua 1280 April 27.*

Mauro Pironto et Nicolao Castaldo magistris portulanis et procuratoribus Apulie et Aprucii. Recepimus ... litteras vestras ... super negocio lignaminum, que per vos pridem in partibus iurisdictionis vestre emi et ad opus castri novi de Manfridonia mitti mandavimus[2]: ad quarum significata vobis taliter respondemus, quod id, quod scripsistis, in partibus ipsis lignamina huiusmodi secundum qualitates quantitates et mensuras in mandato nostro vobis propterea directo distintas venalia inveniri non posse, prorsus incredibile reputamus, cum in eisdem partibus lignaminum copia semper consueverit inveniri. ideoque precipimus, quatinus ... habita diligenti consideratione et provisione, si in nemoribus Matinate vel aliis vicinis dicte terre Manfridonie inveniri et incidi poterunt, illa ibi, si in eis inveniri contigerit, incidi faciatis et ad opus ipsum deferri cum iustis neccessariis et moderatis expensis faciendis per vos de pecunia curie nostre ...; assignanda ibidem expensoribus eiusdem operis iuxta predictorum priorum nostrarum continentiam litterarum. et si forte sive in partibus ipsis venalia sive in predictis nemoribus incidenda sic in brevi, quod non credimus, inveniri non possent, ita quod pro ipsis habendis mitti neccessario expediret ad partes Sclavonie, prout ipse vestre littere continebant, ea ibidem inveniri et emi et ad predictam terram Manfridonie deferri cum expensis iustis et moderatis de predicta pecunia faciatis, ita quod in breviori termino, quam per totum mensem iulii proximo futurum, usque ad quem ea de predictis partibus Sclavonie haberi posse scripsistis, si umquam fieri poterit, vel in eodem termino ad plus in opere ipso penitus habeantur .... Dat. aput turrim s. Herasmi prope Capuam die XXVII. aprelis VIII. ind.

505.

RA 1279/80 B n. 37 f. 63b bis 64a. RA 1280 B n. 39 f. 14a. *Neapel 1280 Mai 18.*

Iudici Nicolao Peregrini de Salpis magistro massario Capitinate. Per litteras iudicis Felicii de Vestis expensoris, Iohannis Bruni et Iohannis Boulloni credenzeriorum operis castri novi, quod in Manfridonia fieri facimus, nostra nuper serenitas intellexit, quod ..., iniuncto ... iusticiario Capitinate, quod ordeum pro annona ... dictis expensori et credenceriis exhiberet, idem iusticiarius ... nichil inde ipsis exhibuit ..., propter quod ipsi ordeum pro annona huiusmodi a certis personis ... mutuo receperunt: unde ... precipimus, quatinus ... totam quantitatem ordei ... per eos receptam mutuo ... illis, a quibus mutuo recepta est, ... restituere debeas ... et deinde inantea de ordeo exhibere debeas dictis expensori et credenceriis sufficientem quantitatem pro annona ... equitaturarum .... Dat. Neapoli die XVIII.[3] maii.

506.

RA 1279/80 B n. 37 f. 65b. RA 1280 B n. 39 f. 58b. *Neapel 1280 Mai 21.*

Iudici Felicio de Vestis expensori, Iohanni Bruno et Iohanni Boullono credenceriis operis castri novi de Manfridonia. Licet habeatis per nostras litteras in mandatis, quod, si singuli 3 magistri fabricatores

[1]) *n. 500 IV.* [2]) *n. 500 II.* [3]) *Im Register n. 39 ist das Datum* XVIIII.

die quolibet non fabricaverint de opere murorum cannam 1, totum id, quod minus laboraverint, deducatis de mercede ipsorum, quia tamen, sicut vos etiam nuper nostram celsitudinem consultastis, magistri, qui fabricant arcus pileria cantones et fenestras secundum eandem racionem bono modo die quolibet laborare non possunt, eo quod maior in hiis difficultas et labor expetit, quam in alia fabrica dicti castri: ... precipimus, quatinus in fabrica pileriorum arcuum cantonum et fenestrarum, ad hoc quod studiose decenter et bene fiant, faciatis ad credenciam laborari per magistros eosdem, adhibita semper bona et diligenti cura, quod tota die laborent et ad laborandum summo mane veniant et ante competentem horam abinde non discedant. et si in continuo labore tocius diete aliquem defectum commiserint, illum de mercede ipsorum, sicut deducendum fuerit, deducatis; quibus magistris pro illis diebus, qui continue laborarint, tu expensor mercedem eorum solvas ad racionem de gr. aur. 15 in estate, videlicet usque per totum mensem septembris proximo future IX. ind., et de gr. aur. 12 in hyeme, videlicet a I. octubris usque per totum mensem februarii eiusdem IX. ind., pro quolibet eorum per diem. Dat. Neapoli **XXI. maii.**

507.

RA 1280 B n. 39 f. 59a. *Neapel 1280 Mai 23.*

Mag. Petro de Angicuria. Scire te volumus, quod turris dicta Lucaballus, que de mandato nostro fiebat in Brundusio, pridem, sicud[a]) per litteras Patricii de Chaurs iusticiarii Terre Ydronti accepimus, a summo usque deorsum corruit, sive ob maliciam veteris fundamenti sive novi operis ipsius, quod tantum fuerat in eadem: de quo indignantes admodum nec indigne, ... precipimus, quod sic super [illegible] ultimo plancu turris portus Manfridonie, quam[b]) ad estalium facere pro parte curie nostre habes, curam adhibeas et adhiberi facias diligentem, quod nullum ex ea, quod absit, sinistrum valeat evenire, quia, si forsitan eveniret, ferre modo quolibet non possemus, quin pro ipsius emendanda[c]) recursum ad te et bona tua omnia penitus haberemus, curia nostra indempni exinde conservata; attentius provisuros, quod fundamentum dicte turris adeo sit firmum et solidum, quod opus super ipsum elevatum et elevandum tutum et durabile sit nec ex eo sit modo quolibet dubitandum. Data Neapoli die XXIII. madii

a) *so Reg.* b) tam. c) emenda.

508.

RA 1270 B n. 8 f. 59a. *Lagopesole 1280 Juli 28.*

Eidem iusticiario (Aprucii). Iudex Felicius de Vestis expensor, Iohannes Brunus et Iohannes dictus Bullonus credencerii[a]) operis castri nostri Manfridonie nuper excellentie nostre suis litteris intimarunt, quod 6 magistri incisores lapidum per te de mandato nostro ad opus dicti castri de iurisdictionis tue partibus destinati a servicio dicti operis se per fuge subsidium absentarunt: ... precipimus, quatinus ipsos magistros ... capias et in bonis compedibus ad laborandum in eodem opere ad predictos expensorem et credencerios destinare procures. si vero illos invenire nequiveris, captis ad opus curie nostre bonis omnibus eorundem, alios 6 bonos magistros incisores lapidum in predicta iurisdictione tua invenias et ad opus predictum ipsius castri Manfridonie[b]) ad prenominatos expensorem et credencerios cum litteris tuis mittas.... **Dat. apud Lacumpensilem XXVIII. iulii.**

a) credenterius. b) Macfridonie.

509.

I. RA 1270 B n. 8 f. 95b. RA 1279/80 A n. 36 f. 90b. *Lagopesole 1280 Juli 28.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Significaverunt excellentie nostre iudex Felicius de Vestis expensor, Iohannes Brunus et Iohannes dictus Bullonus credencerii operis castri novi nostri Manfridonie, quod pro eodem opere quedam quantitas plumbi ferri et aczari ad presens necessaria reputatur, cumque Ade Lufart militi castellano castri nostri Lucerie nostris demus litteris in mandatis[1]), ut ad tui requisitionem de plumbo curie nostre, quod in predicto castro sub custodia sua est, quantitatem necessariam tibi pro eodem opere debeat assignare: ... precipimus, quatinus provisa simul cum predictis expensore et credenceriis quantitate ipsius plumbi necnon ferri et aczari, que necessaria videtur ad presens pro opere supradicto, tu provisam ipsius plumbi quantitatem ab eodem castellano in dicto castro recipias, et tam predictam quantitatem plumbi quam quantitatem ferri et aczari, quam simul cum predictis ex-

1) *n. II.*

pensore et credenceriis neccessariam esse provideris — si de ferro et aczaro curie nostre habes, vel in ipsorum deffectu, que emas de quacumque fiscali pecunia curie nostre, — ... aput Manfridoniam destinare procures .... Dat. aput Lacumpensilem XXVIII. iulii.

II. RA 1279/80 B n. 37 f. 85b. RA 1280 B n. 39 f. 101b.

Ade Lufart militi castellano castri Lucerie Sarracenorum. *Befehl gemäß n. I.* Dat. apud Lacumpensilem die XXVIII. iulii.

510.

I. RA 1280 B n. 39 f. 104a. *Lagopesole 1280 Juli 31.*

Iudici Benedicto de Manfridonia et Nicholao de Tancredo de Fogia expensoribus operis portus Manfridonie. ... precipimus etiam per alias litteras nostras ad intimationem vestram ..., quod ... iusticiarius Capitinate vobis ordeum non dedit a proximo preterito mense madii ..., magistro massario Capitinate[1]) ..., ut certificatus per litteras ipsius iusticiarii de tempore, a quo vobis ordeum ... non exhibuit, et per iudicem Felicium de Vestis et socios expensores operis castri nostri dicte terre Manfridonie de tempore, quo assignaverint vobis ... 4 roncinos cum totidem tumbarellis ..., vobis ordeum sufficiens ... debeat exhibere .... Dat. aput Lucumpensilem die ultimo iulii VIII. ind.

II. RA 1280 B n. 39 f. 105ab.

Iudici Nicolao de Salpis magistro massario Capitinate. *Befehl gemäß n. I.* Dat. aput Lacumpensilem die ultimo iulii VIII. ind.

511.

I. RA 1270 B n. 8 f. 97a. RA 1279/80 A n. 36 f. 51b. *Lagopesole 1280 August 15.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Per litteras iudicis Felicii de Vestis, Iohannis Bruni et Iohannis Bulloni credenzeriorum operis castri novi de Manfridonia ... nostra nuper accepit serenitas, quod iudex Nicolaus Peregrini de Salpis magister massariarum curie Capitinate, qui de exhibendo eis ordeo pro annona equitaturarum curie nostre deputatarum ad trahendum carrettos et tumbarellos in opere supradicto mandatum nostre celsitudinis habuit[2]), non nisi ordeum eis exhibuit pro annona equitaturarum ipsarum a XXI. mensis maii nuper preteriti et usque per totum XIX. presentis mensis augusti huius VIII. ind., asserens se plus ex eo ipsis dare non posse defectu ordei, quem pretendit: ... precipimus, quatinus ... tu a XX. eiusdem mensis augusti et inantea, donec dicte equitature in predicto servicio fuerint, ordeum sufficiens ... de ordeo curie nostre terragiorum Lucerie Sarracenorum tibi dudum per Ursonem Rufulum cabellotum baiulationis eiusdem terre Lucerie de mandato nostre curie assignato apud Candelariam[a]), usque quo illud deferri facias et ordines de Luceria cum curribus ituris illuc pro tufis abinde deferendis ad opera fortellicie nostre eiusdem terre, dictis expensori et credenzeriis ... assignes .... Dat. apud Lacumpensilem XV. agusti.

[a]) *im RA n. 8:* Candelarium.

II. RA 1279/80 B n. 37 f. 98a. RA 1280 B n. 39 f. 122a.

Iudici Felicio de Vestis expensori et Iohanni de Bruno ac Iohanni Bullono credenceriis operis castri Manfridonie. *Entsprechendes Schreiben.* Dat. aput Lacumpensilem die XV. augusti.

512.

I. RA 1270 B n. 8 f. 117b. *Lagopesole 1280 August 27.*

Eidem (iusticiario Terre Bari). Iudex Felicius de Vestis expensor operis castri Manfridonie nuper inter alia nobis exposuit, quod necessario sunt addendi in eodem opere ultra magistros sappatores[3]) lapidum, qui laborant ibidem, alii sappatores 6, quod opportuna sunt ei pro eodem opere ferri 2000 et azari lamie 200; de quibus sibi exhibendis per curiam nostram petiit provideri. nos autem, qui celere complementum predicti operis attencius affectamus, ... precipimus, quatinus ... 6 magistros sappatores lapidum bonos fortes et sufficientes in Andria ... invenias et ad opus predictum transmittas, de illis silicet, qui non sunt aliis nostris operibus deputati .... emas ecciam sine mora in Trano vel Barulo ... predictam quantitatem ferri et azari ... et emptam ... ad predictum opus destinare procures .... Dat. apud Lacumpensulem XXVII. agusti.

[1]) *n. II.* [2]) *n. 510 II.* [3]) *Der Schreiber dieses Aktenstückes schreibt überall* sappatores *statt* scappatores.

II. RA 1279/80 B n. 37 f. 102b. RA 1280 B n. 39 f. 122b.

Iudici Benedicto de Manfridonia. Iudex Felicius de Vestis expensor operis castri Manfridonie nuper inter alia nobis exposuit, quod necessaria sunt ei pro eodem opere plumbi degalatra 50. que sibi per vos peciit[a]) exhiberi: ... precipimus, quatinus in continenti ... quantitatem ipsam plumbi ... dicto expensori ... debeas assignare .... Dat. aput Lacumpensilem die XXVII. agusti.

[a]) *so Reg.*

III. RA 1279/80 B n. 37 f. 103a. RA 1280 B n. 39 f. 125a.

Iudici Felicio de Vestis expensori, Iohanni Bruno et Iohanni Bullono credenceriis operis castri Manfridonie. *Schreiben gemäß n. I und II.* Dat. aput Lacumpensilem die XXVII. agusti.

513.

RA 1281 B n. 42 f. 39b. *Melfi 1280 September 7.*

Eidem (iusticiario Capitinate). /1/ Supplicavit excellencie nostre mag. Iordanus de Monte S. Angeli extallerius operis murorum circuitus terre Manfridonie ..., quod, cum fieri faceret portam in muris eisdem muris ex parte portus eiusdem terre pro habendo aditu de terra ipsa ad eundem portum suis propriis sumptibus et expensis, nulla inde pecunie quantitate de curia nostra recepta, pecuniam, quam pro construccione ipsius porte expendit, sibi ... restitui mandaremus: ... precipimus, quatinus ... extimari facias ..., pro quanta quantitate pecunie porta ipsa fieri potuit ..., et ... quantitatem totam pecunie ... dicto mag. Iordano ... exhibere procures .... /2/ et quia idem mag. Iordanus nobis exposuit, quod tu, licet plures litteras nostras habueris de exhibenda sibi successive pecunia oportuna pro murorum opere supradicto, tamen in danda ei huiusmodi pecunia persepe difficilem te ostendis ...: precipimus, quatinus ... mensurato toto opere murorum ipsorum facto, ... eidem ... unc. aur. 50 ... et deinde inantea ... exhibere procures .... Dat. Melfie die VII. septembris VIIII. ind.

514.

I. RA 1281 B n. 42 f. 42b. *Melfi 1280 September 21.*

Iusticiario Capitinate. Quia iudex Felicius de Vestis et Iohannes de Philippo de Exculo expensores, Iohannes Brunus et Iohannes Bullonus vallecti nostri credenceriі operis nostri castri nov. Manfridonie ... celsitudini nostre ... intimarunt, quod, cum habueris nostris litteris in mandatis[1]), ut eis ... pro annona equitaturarum ... neccessariam quantitatem ordei a XX. mensis augusti ... VIII. ind. et inantea ... de ordeo curie nostre terragiorum Lucerie ... deferendo cum curribus deputatis ad opus fortellicie castri nostri Lucerie aput Candelariam et ibidem eis assignando, ad quem locum ibunt dicti currus pro ordeis abinde ad dictam fortelliciam deferendis, exhibere deberes, tu ... asserens, quod dicti currus non vadunt ad dictum locum Candelarie set ad tatariam Canusii ..., dictum ordeum ... non potes deferri facere ad predictum locum Candelarie cum curribus supradictis: ... precipimus, quatinus ... dictum ordeum ad dictum locum Candelarie deferri facias cum expensis curie nostre .... Dat. Melfie XXI. septembris VIIII. ind.

II. Siehe n. 382 II.

515. *Melfi 1280 September 2[illegible].*

Siehe n. 383 I.

516.

RA 1281 B n. 42 f. 45a. *Barletta 1280 Oktober 13.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Exposuerunt excellencie nostre ... expensores ... et credenceriі operis castri Manfridonie ..., quod, cum tibi pridem nostris dederimus litteris in mandatis[2]), ut a XX. mensis augusti ... VIII. ind. ordeum pro annona equitaturarum ... ipsis exhibere deberes, nichil inde dedisti ..., asserens de ipso ordeo non habere: ... precipimus, quatinus ... ordeum ... dictis expensoribus et credenceriis debeas exhibere ... de ... ordeo curie empto, quod in terris vicinioribus Manfridonie conservatur .... Dat. Baroli XIII. octubris VIIII. ind.

[1]) *n. 511 I.* [2]) *n. 511 I und n. 514 I.*

517.

I. RA 1280 A n. 38 f. 18b bis 19a. RA 1281 A n. 41 f. 61b. *Bari 1280 Oktober 17.*

Iudici Felicio de Vestis et Iohanni de Philippo de Esculo expensoribus, Iohanni Bruno et Iohanni Bullono credenceriis operis castri Manfridonie. Scire volumus fidelitatem vestram, quod pridie aput Manfridoniam feliciter existentes, ut in opere dicti castri efficacius procedatur:

|1| providimus, in eo fieri et erigi debere 6 ingenias de lignaminibus pro elevandis et deferendis in fabrica murorum lapidibus calce et aliis oportunis; quarum quelibet trahatur per boves 4; et in qualibet earundem deputentur manipuli 10, tam in temperanda calce, ducendis bubus, deferendis lapidibus calce et aliis neccessariis ad ingeniam et onerandis ac ponendis illis in ea, quam pro exonerandis eis superius in fabrica murorum et pro serviendo etiam magistris fabricatoribus, qui fabricaverint; quod in nostri presencia provisum est comode fieri posse; dato ... iusticiario Capitinate per nostras litteras in mandatis[1]), ut in continenti boves 24 necessarios pro trahendis predictis ingeniis ana 4 pro qualibet earundem bonos fortes iuvenes convenientes et ydoneos ac utiles pro servicio ipso emat et vobis pro parte curie nostre assignet. *|2|* item providimus, ut in fabrica murorum ipsorum deputentur ad fabricandum continue tam in turribus quam cortina magistri fabricatores 24; de quibus 16 ad presens in fabrica ipsa sunt; et reliquos 8 de magistris incisoribus lapidum 31 in opere ipso existentibus ab ipso servicio incidendi ammoveatis et in predicta fabrica deputetis, eos videlicet, qui ad fabricandum magis docti fuerint et experti, ita quod in incidendis tufis remaneant magistri incisores 23 et in fabrica murorum turrium et cortine magistri fabricatores 24 deputentur.

quare ... precipimus, quatinus ... adhibitis vobis mag. Sanctoro de Barolo mag. Raynaldo et mag. Iordano de Monte s. Angeli et aliis magistris in hiis expertis[2]) predictas ingenias cum eorum consilio de lignaminibus, que habetis in opere ipso, fieri et erigi faciatis, requirentes et recipientes in continenti a predicto iusticiario predictos boves 24 ... cum iugis subiuliis et corrigiis ac alio boum ipsorum neccessario apparatu, que omnia similiter per eundem iusticiarium emi et vobis assignari mandamus[3]). deputetis etiam in qualibet ingeniarum ipsarum manipulos 10 tam[a]) in temperanda calce, ducendis bubus, deferendis lapidibus calce et aliis neccessariis ad ingeniam onerandis et ponendis illis in ea, quam pro exonerandis eis superius in fabrica murorum et pro serviendis etiam magistris fabricatoribus, ut est dictum. credimus tamen, ut pro eo, quod lapides deferentur cum carrectis usque ad pedem ingenie, minor numerus manipulorum in qualibet earum esse debeat oportunus; super quo vos diligenter provideatis. et si in ingeniis ipsis minorem videritis expedire manipulorum numerum, quam predictum, utilitatem nostram in hoc, expensis curie nostre parcendo, quantumcumque plus poteritis, procuretis. in fabrica etiam murorum tam cortine quam turrium predictos magistros fabricatores 24 ad fabricandum continue deputetis .... et incontinenti nobis per vestras litteras rescribatis, si predicti magistri incisores 23 in incidendis tufis et predicti magistri fabricatores in fabrica murorum turrium et cortine satis sufficere videantur, vel si plures necessarii reputantur, quia nos de habendis ipsis providere curabimus absque mora. quod autem in constructione dicti operis caucius procedatis, ecce provisionem nostram de opere ipso factam vobis in scriptis per latorem presencium destinamus, quam recipiatis et in eo, quod de opere ipso faciendum restat, efficaciter compleatis. vos vero statim totum processum vestrum, quem in hiis habendum duxeritis, et diem, quo predictos boves cum eorum apparatibus a predicto iusticiario receperitis, nobis per litteras vestras intimare curetis. nos enim pro certo credimus, quod predicti magistri 23 incisores sufficere debeant in incidendis tufis pro eodem opere oportunis, eo quod ipsi maiorem quantitatem tuforum incident, quam dicti omnes 31 incisores lapidum incidere possint[4]). Dat. Bari die XVII. octubris IX. ind.

[a]) *fehlt Reg.*

II. RA 1281 B n. 42 f. 45a; inseriert: RA 1281 B n. 42 f. 45b (unten n. 518).

Eidem iusticiario (Capitinate). *Entsprechendes Schreiben.* Dat. Bari XVII. octubris.

III. RA 1281 A n. 41 f. 61ab.

Mag. Santoro de Barulo, mag. Raynaldo et mag. Iordano. *Entsprechendes Schreiben.* Dat. Bari XVII. octubris.

[1]) *n. II.* [2]) *n. III.* [3]) *n. II.* [4]) *Der Sinn dieses letzten Satzes scheint durch einen Irrtum gestört zu sein.*

518.

RA 1281 B n. 42 f. 45b. *Brindisi 1280 November 3.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Dudum tibi scripsimus in hec verba: *(s. folgt n. 517 II)* verum quia predictus iudex Felicius de Vestis et Iohannes de Philippo de Esculo expensores, Iohannes Brunus et Iohannes dictus Pullonus credencerii operis dicti castri nostri Manfridonie nuper ... nostre excellentie intimarunt, quod tu ... asseruisti eisdem, te non habere a nostra celsitudine in mandatis de predictis corredis et taliis emendis ac eis assignandis, et propterea ea sibi assignare minime voluisti, miramur non modicum: ... precipimus, quatinus ... predictum corredum et talias ... emere ..., et[a] eisdem ... assignare procures .... Dat. Brundusii III. novembris VIIII. ind.

[a]) *fehlt Reg.*

519.

Brindisi 1280 November 4.

Siehe n. 387.

520.

I. RA 1281 A n. 41 f. 81a. *Brindisi 1280 Dezember 30.*

Iudici Felicio de Vestis, Iohanni de Philippo de Esculo expensoribus, Iohanni Bruno, Iohanni dicto Bullyono credenceriis operis castri novi Manfridonie. Quia per litteras vestras ... nostre excellentie subplicastis, ut de pecunia necessaria pro eodem opere dicti castri providere nostra serenitas dignaretur: scire vos volumus, quod ... iusticiario Terre Bari[1]) ... damus nostris litteris in mandatis, ut ... unc. aur. 50 ... vobis ... debeat exibere .... Dat. Brundusii die XXX. decembris VIIII. ind.

II. RA 1281 B n. 42 f. 84a.

Eidem iusticiario (Terre Bari). *Entsprechendes Schreiben.* Dat. Brundusii die penultimo decembris VIIII. ind.

521.

RA 1281 B n. 42 f. 49b. *Brindisi 1281 Januar 8.*

Eidem (iusticiario Capitinate). ... mag. Iordanus extallerius operis murorum circuitus Manfridonie. ... asserens ... pecuniam pro eodem opere non habere, sibi de ipsius exhibicione per nos petiit provideri: precipimus, quatinus ... dicto mag. Iordano ... unc. aur. 50 ... exibere procures .... Dat. Brundusii, mense ianuarii, VIII. eiusdem.

522.

Brindisi 1281 Januar 11.

Siehe n. 390.

523.

I. RA 1280 A n. 38 f. 26b. RA 1281 A n. 41 f. 81b. *Bari 1281 Januar 23.*

Iudici Felicio de Vestis et sociis expensoribus murorum operis castri Manfridonie. Cum nuper providerimus de novo fieri massariam unam in loco massarie, que fuit quondam Thomasii de Tancredo de Fogia, que est infra s. Spiritum et locum Gultemanum, per iudicem Nicolaum Peregrinum de Salpis magistrum massariarum curie nostre in Capitinata: ... precipimus, quatinus ... boves 64 ... ad trahendum currus in opere dicti castri deputatos iudici Nicolao predicto ... assignare curetis .... cautos tamen vos redimus, quod de bubus deputatis ad trahendum ingenia de predicto opere aliquos non assignetis magistro massario supradicto. Dat. Bari die XXIII. ianuarii VIIII. ind.

II. RA 1281 A n. 41 f. 3b bis 4a.

Iudici Nicolao Peregrino de Salpis. *Entsprechendes Schreiben.* Dat. Bari XXIII. ianuarii.

524.

RA 1281 B n. 42 f. 55a. *Neapel 1281 März 16.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Cum, sicut ex intimacione ... expensorum operis castri nostri Manfridonie nuper accepimus, ... boves 70 pro trahendis curribus, aczari lambr 200, ferri 2000 pro opere ipso neccessaria reputantur: ... precipimus, quatinus ... predictos boves ... et dictam quantitatem ferri et aczari ... emere debeas et ... dictis expensoribus ... assignes ... ad tardius per totum VIII. diem ... aprilis .... Dat. Neapoli die XVI. marcii.

[1]) *n. II.*

525. *Orvieto 1281 Juni 3.*

Siehe n. 396.

526. *Orvieto 1281 Juli 5.*

Siehe n. 397.

527.

RA 1281 B n. 42 f. 62b. *Orvieto 1281 August 20.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Consueta benignitate recepimus litteras tuas: . . . *[1]* continebant preterea tue littere supradicte, quod in Barulo emi feceras lignamina oportuna pro solariis castri nostri Manfridonie, solutis pro ipsorum precio unc. 50: quod excellencie nostre placet, dummodo lignamina ipsa omnia propter hoc neccessaria fuerint et comuni foro sint empta . . . . *[2]* habebat insuper earundem series litterarum, quod magistri predicti operis providerunt astraca dicti castri et ciminedas fieri debere de gisso; alii tamen dicunt, quod astraca ipsa fiant de tigulis et calce et ciminede de tofis, eo quod in operibus gissi multo maior expensarum requiritur quantitas, quam in operibus tuforum, tigularum et calcis: super quo . . . mandamus, quod eadem astraca de tigulis et calce et ciminedas de tufis . . . fieri facias . . . . *[3]* addicimus insuper, quod tam mag. Petro de Angicuria, quam expensoribus, credenceriis, superastantibus et prothomagistris operum nostrorum iurisdictionis tue . . . iniungas, quod in operibus ipsis laborent et laborari faciant iuxta provisionem et ordinacionem de ipsis operibus per nos factam nichilque in eis addant minuant vel immittant[a]) absque mandato nostre celsitudinis speciali. si vero dictus mag. Petrus aliquid de provisione et ordinacione ipsa videat corrigendum, curiam nostram inde consultet . . . . Dat. aput Urbemveterem XX. augusti. IX. ind.

[a]) immittent.

528.

RA 1282 B n. 44 f. 56ab. — Auszug: Schulz IV 94 n. 254. *Orvieto 1281 Oktober 15.*

Eidem (iusticiario Capitinate). *[1]* Mag. Iordanus de Monte s. Angeli extallerius operis murorum circuitus Manfridonie . . . maiestati nostre nuper exposuit, quod post felicem recessum nostrum de Manfridonia nullam sibi pro eodem opere tribuisti pecunie quantitatem et etiam exhibere recusas, intendens ei in summa pecunie sibi pro extalio ipso debita computare unc. 80, quas dudum pro emendis animalibus, currubus, tumbarellis et aliis oportunis per . . . tuum . . . precessorem sibi mandavimus mutuari[a]) in fine sui extalei computandas[1]), non in fine ipsius extalei set ad presens . . . . quare, cum asserat, opus ipsum nondum esse in eo fine, quod excomputacio dictarum unc. 80 . . . fieri debeat, . . . eo quod faciende sunt adhuc de opere murorum canne 700 et plus: . . . precipimus, quatinus . . . predicto mag. Iordano pro procedendo in eodem opere unc. aur. 50 . . . debeas exhibere . . .; in fine tamen predicti sui extalei predictas unc. aur. 80 . . . sibi debeas computare. *[2]* et cum opus ipsum erit completum totaliter, illud una cum mag. Petro de Angicuria diligenter inspicias et mensures . . . . *[3]* adicimus insuper et mandamus, quatinus magistros alios consocios suos predicti extalei ad laborandum . . . efficaciter . . . debita cohercione compellas . . . . *[4]* volumus preterea et mandamus, quod sic opus ipsum acceleres, sic aput eundem extallerium et socios suos instes, quod totum opus predictum infra futurum primo festum resurrecionis dominice[2]) factum sit totaliter . . . . Dat. aput Urbemveterem XV. octubris X. ind.

[a]) nunciari.

529. *Orvieto 1281 November 26.*

Siehe n. 403 I.

530. *Orvieto 1281 Dezember 15.*

Siehe n. 405.

531.

RA 1280 B n. 39 f. 208a. *Orvieto 1281 Dezember 16.*

Iudici Felicio de Vestis et Iohanni de Philippo de Exculo expensoribus castri Manfridonie. Quia maiestati nostre . . . intimastis, quod de equis . . ., quos habetis in opere dicti castri, non sunt vobis ad presens neccessarii nisi 6 pro trahendis tumbarellis 5 in eodem opere deputatis: . . . mandamus, quatinus, retentis per vos eisdem 6 equis, reliquos omnes . . . magistris marestallarum nostrarum Apulie (et Calabrie)[a]) . . . resignetis . . . . Dat. aput Urbemveterem XVI. decembris X. ind.

[a]) et Calabrie *fehlt Reg.; doch vgl. n. 533 II.*

[1]) *Vgl. n. 502 I.* [2]) *1282 März 29.*

532. *Neapel 1282 Februar 25.*

Siehe n. 408.

533.

RA 1280 B n. 39 f. 211b. *Neapel 1282 Februar 27.*

I. Iudici Felicio de Vestis et Iohanni de Esculo expensoribus, Iohanni Bruno et Iohanni Bullono credenceriis operis castri novi Manfridonie. ... mandamus, quatinus brilias omnium equitaturarum deputatarum olim in predicto opere, que ad presens non laborant in eo, usque ad[a] numerum 36, necnon collarios 22 et sellas 11 cum toto alio apparatu 11 carrettarum ... expensori operis monasterii s. Marie de Victoria ... assignetis .... Dat. Neapoli penultimo februarii.

[a]) *fehlt Reg.*

II. Nicolao de Precina militi et Huguetto de Palafredis ... magistris marestallarum Apulie et Calabrie. Quia certum numerum tumbarellorum et carettarum in opere monasterii s. Marie de Victoria deputandum providimus, pro quibus trahendis 36 roncinos resignatos vobis olim per ... expensores operis castri novi de Manfridonia ... expensori operis predicti monasterii per vos volumus assignari: ... precipimus, quatinus ... 36 roncinos ... assignare curetis .... Dat. Neapoli penultimo februarii.

534.

RA 1282 B n. 44 f. 83a. — Schulz IV 98 n. 261. *Neapel 1282 März 3.*

Eidem iusticiario (Terre Bari). *[1]* Cum pro opere castri nostri Manfridonie infrascripta lignaminum quantitas ad presens necessaria reputetur: videlicet pro 5 terraciis palaciorum[1]) trabes 200, quodlibet longitudinis cannarum $3^1/_2$; pro terraciis palaciorum trabes 350, quodlibet longitudinis cannarum 4; pro solario primi stagii palacii ex parte civitatis trabes 60, quelibet longitudinis cannarum $4^1/_2$; pro 15 solariis turrium tabule serraticie 300, longitudinis cannarum 3, amplitudinis palmi $1^1/_2$ et grossitudinis digitorum 2; pro 4 solariis palaciorum tabule serraticie 800 predicte mensure ...; pro faciendis scalis seu gradibus palaciorum trabes 12, quelibet longitudinis cannarum 4; pro faciendis gradibus sive scalis turrium trabes 40 dicte longitudinis: ... precipimus, quatinus ... predicta omnia lignamina iuxta provisionem mag. Petri de Angicuria prepositi operum nostrorum ... emas et ad predictam terram Manfridonie per mare ... mittere et expensoribus ... assignare procures .... *[2]* et quia idem mag. Petrus nostre exposuit maiestati, quod in fenestris 40 et portis 14 diversarum turrium dicti castri ianue de lignaminibus sunt necessarie faciende, et in duabus portis magnis faciende sunt ianue de lignaminibus ferro plantande, et in eisdem portis alie porte due collaticie de lignaminibus munitis barris de ferro, ac in unoquoque crinello turrium dicti castri fiat uncus 1 de ferro pro scutis seu balistis ibidem suspendendis ... mandamus, ut ... emas ... lignamina necessaria, acutos de ferro, clavos stagnatos ceteraque alia necessaria ..., sicut dictus mag. Petrus te ... duxerit requirendum .... Dat. Neapoli III. marcii X. ind.

535.

RA 1280 B n. 39 f. 226a. *Neapel 1282 April 25.*

Iudici Felicio de Vestis, Iohanni de Philippo de Exculo expensoribus, Iohanni Bruno et Iohanni Bullono credençeriis operis castri Manfridonie. Litteras vestras ... recepimus ..., per quas significastis, quod de bubus ... 90 deputatis ad servicia dicti castri eo, quod castrum iam debitum incipit recipere complementum, sufficere possunt ... 50 tantum: ... mandamus, quatinus ... boves 40 ... magistro massario ... Capitinate ... assignetis .... Dat. Neapoli, mense aprelis, XXV. eiusdem, X. ind.

536.

RA 1284 B n. 48 f. 7b. *Regii 1282 Oktober 8.*

Eidem (iusticiario Capitinate). ... mandamus, quatinus ... omnes terracias in palaciis et turribus castri nostri Manfridonie, in quibus esse debent, fieri facias studiose iuxta provisionem magistri eiusdem operis, qui de mandato nostro in castro moratur eodem; in quibus terraciis faciendis diligentem et curiosum esse te volumus, ita quod nullus in eis defectus intersit, cum beneplaciti nostri sit, ut municiones castri predicti in domibus et turribus reponantur .... Dat. Regii VIII. octubris XI. ind.

537.

RA 1284 A n. 47 f. 9a; inseriert ibid. f. 39b (unten n. 540). *Neapel 1283 September 9.*

Landulfo de Auferio militi et Mauro Fezario de Ravello secretis.[2]) ... mag. Petrus de Angicuria ... nobis exposuit ..., quod in castro eiusdem terre Manfridonie, tam silicet in duobus palaciis quam s

[1]) *Ist* palaciorum *etwa ein Irrtum der Kanzlei statt* turrium? *Vgl. n.* [illegible]. [2]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.*

turribus eius, in tabulamentis superioribus sunt terracie faciende quodque in anditibus murorum circuitus dicti castri restant fieri aqueductus, per quos aqua pluvialis defluat in cisternam magne turris eidem castro coniunctam, et quod in fenestris et hostiis dictorum palaciorum et turrium fieri debent porte; pro quibus portis et terraciis faciendis lignamina in castro ipso sufficiencia esse dicit, petens de alio eorum neccessario complemento per nostram curiam provideri: ... precipimus, quod ... quantitatem totam pecunie pro hiis necessariam ... dictis expensoribus ... exsolvatis, convertendam per eos secundum formam datam eis per commissionem eorum ac iuxta provisionem dicti mag. Petri in premissis fieri faciendis. et cum dicta lignamina, que discohoperta existunt, devastari dicantur, nisi dicte terracie construantur in brevi, sic modis omnibus faciatis, quod occasione defectus vestri in exhibicione pecunie committendi nec de lignaminibus ipsis dampnum curia subveat[1]) nec opus huiusmodi contra nostrum beneplacitum retardari contingat .... Dat. Nicotere die VIIII. septembris XII. ind.

538.

RA 1284 A n. 47 f. 9b. *Nicotera 1283 September 11.*

Eisdem (secretis Apulie).[2]) Exposuit nobis Iohannes Brunus credenzerius operis castri Manfridonie ..., quod dominus Iohannes de Salerno olim iusticiarius Capitinate ... sibi pro certo ... tempore ... satisfecit et pro certo alio ... nec ipse nec alius aliquid de ... gagiis ei solvit: ... mandamus, quatinus ... vos huiusmodi gagia ... dicto Iohanni Bruno solvere debeatis .... Dat. Nicotere die XI. septembris XII. ind.

539.

RA 1284 C n. 49 f. 21a. *Nicotera 1283 September 13.*

Eidem (iusticiario Capitinate).[3]) Exposuit nobis mag. Raynaldus Gallicus, qui se dicit prothomagistrum in opere castri Manfridonie ..., quod, licet olim ... vester ... precessor regium mandatum receperit de solvendis sibi certis gagiis ..., nichil tamen ... ei solvere procuravit: propter quod ... mandamus, quatinus ... gagia ipsa ... eidem ... solvere debeatis .... Dat. Nicotere die XIII. septembris XII. ind.

540.

RA 1284 A n. 47 f. 39ab. *Neapel 1283 Dezember 4.*

Landulfo et Mauro Fezario secretis Apulie.[4]) Dudum vobis ... scripsisse recolimus in hec verba: *(es folgt n. 537).* verum quia, sicut referente nuper dicto mag. Petro didicimus, vos, exhibitis ... unc. aur. 20, residuum ... exsolvere et reliqua predicta complere, que in castro sunt ... facienda, negligitis: ... precipimus, quatinus ... prescriptas litteras nostras ... exequi procuretis .... Dat. Neapoli die IIII. decembris XII. ind.

541. *Trani 1284 Februar 10.*

Siehe n. 415.

542.

RA 1284 C n. 49 f. 144a. *Neapel 1284 April 20.*

Eidem (iusticiario Capitinate).[5]) Noverit devocio vestra, quod Iohannes Brunus credencerius operis castri Manfridonie citatus ... coram ... magistris racionalibus comparuit .... Dat. Neapoli die XX. aprelis XII. ind.

543.

RA 1284 C n. 49 f. 146a. *Neapel 1284 April 26.*

Eidem iusticiario (Capitinate).[6]) Noveritis, quod Iohannes de Philippo[a]) de Exculo citatus ... ad ponendum de officio expensoris operis castri Manfridonie, quod simul cum iudice Felicio de Vestis exercuerat, ... racionem ... comparuit per Peregrinum fratrem suum, excusantem eum, quod iverat pro querendo dicto socio suo ...: propter quod dicto Iohanni terminum ... per totum ... mensem madii mandavimus prorogari .... Dat. Neapoli die XXVI. aprelis XII. ind.

[a]) Phno.

[1]) *So statt* subeat. [2]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [3]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [4]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [5]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.* [6]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.*

Castrum Montis s. Angeli.

(Monte S. Angelo.)

544.

RA 1279 A n. 34 f. 150[b]. *Melfi 1279 September 26.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia intelleximus, quod castrum nostrum Montis s. Angeli *usw. in forma de reparacione castrorum.* homines vero, per quos dictum castrum reparari hactenus consuevit, sunt hii: videlicet homines ipsius terre, s. Iohannis Rotundi, Caprelis, Camani et s. Marci in Lamis, salvo debito servicio, quod tenentur in castro ipso facere homines s. Iohannis Rotundi et casalis s. Egidii in Pantano et quidam magistri carpenterii et fabricatores de Monte. Dat. Melfie XXVI. septembris.

545.

RA 1279 A n. 34 f. 154[a]. *Manfredonia 1279 Oktober 18.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia intelleximus, quod castra nostra Montis s. Angeli et Rocce s. Agathes *usw. in forma de reparacione castrorum.* terre vero, que ad reparacionem ipsorum castrorum deputari[a]) consueverunt, sunt hec: videlicet.

[1] ad reparacionem dicti castri Montis s. Angeli *usw. wie in n. 544.*

[2] et ad reparacionem dicti castri s. Agathes: homines dicte terre cum casali s. Antonii, Esculi, Candele, s. Stephani in Iuncarrico et s. Petri de Olibula, que eciam terre debent certum servicium annuatim in castro ipso facere, necnon per homines Gisualdi, Frequenti, Aqueputide, Paterni, s. Magni, Vici, Vallate, Flumarii, Pulcarini, Zunculi, Bisacii, Laquedonie, Roccepte s. Antonii, Montis Viridis, Carbonarie, Marre, Castellionis, Saviniani et Greci et homines Rocce s. Agathes, qui homines Gisualdi, Frequenti, Aqueputide, Paterni, s. Magni, Vici, Vallate, Flumarii, Pulcarini, Zunculi, Bisacii, Laquedonie, Roccette s. Antonii, Montis Viridis, Carbonarie, Marre[b]), Castellionis, Saviniani et Greti sunt de iusticiariatu Principatus.

Dat. Manfridonie XVIII. octobris.

[a]) reparari. [b]) Monte.

Palacium Orte.

(Orta.)

546. *Lagopesole 1271 August 5.*

Siehe n. 47 § 1.

547.

RA 1272 B n. 14 f. 81[ab]. *Lagopesole 1271 August 8.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Benigne recepit excellentia nostra litteras et capitula per te nostro culmini destinata, per quorum unum significasti, te recepisse per maiestatis nostre litteras in mandatis, ut ... subastatione premissa ... id, quod in palacio seu castro Orte reparandum est, (reparari faceres[a]) et pecuniam ad hoc necessariam ... Iohanni de Tullo magistro carpenterio ... exhiberes, tu[1]) statim ... fecisti ... extimari ea omnia ... per 10 viros ydoneos ..., qui ... arbitrati sunt, predicta omnia posse commode reparari pro unc. aur. 186 tar. 5 1/2 .... verum cum ad reparationem ipsius castri seu palacii per te procedi nolumus: ... precipimus, quatinus homines Corneti et s. Iohannis in Fronte, qui ad reparationem huiusmodi castri seu palacii ex antiquo tenentur, debita cohercione compellas, tu nichilominus desistas ad solutionem predicte pecunie ... eidem Iohanni de Tullo propterea faciendam[2]), cum velimus, per homines ipsarum terrarum predictum castrum seu palacium reparari ... Dat. apud Lacumpensilem VIII. augusti XIIII. ind.

[a]) *fehlt Reg.*

[1]) *Hier fällt der Verfasser dieses Schreibens aus der Konstruktion.* [2]) *Offenbar fehlerhaft registriert. Es muß entweder* insistas *statt* desistas *heißen, oder* a solutione ... facienda *statt* ad solutionem ... faciendam.

548.

RA 1272 B n. 14 f. 85a. — Auszug: Schulz IV 38 n. 90. *Melfi 1271 Oktober 4.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Satis expresse mandasse pluries[1]) tibi recolimus, ut domos nostras[a]) Orte per homines Corneti et s. Iohannis in Fronte . . . faceres reparari. set quia nichil inde . . . facere curavisti, . . . fidelitati tue . . . (mandamus), quatinus statim domos ipsas . . . facias per homines dictarum terrarum . . . reparari . . . . Dat. Melfie, mense octubris, IIII. eiusdem.

[a]) nostros.

549.

RA 1274 B n. 21 f. 261b. *Lagopesole 1274 September 16.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Exposuerunt excellencie nostre universi homines Corneti et s. Iohannis in Fronte . . ., quod, cum ipsi pro totali reparacione palacii nostri Orte in omnibus, quibus reparacione egebat, exolverint mag. Iohanni de Tullo, tunc preposito pro parte curie operis ipsius palacii, iuxta extimacionem inde factam unc. aur. 193 et palacium ipsum sit per eundem mag. Iohannem totaliter reparatum, tu nunc compellis eosdem, ut domos, quas in Orta Manfredus Malecta quondam comes camerarius post mortem quondam Frederici olim Romanorum imperatoris, sub cuius tempore certe universitates terrarum et locorum regni fuerunt ad reparacionem castrorum et domorum curie deputate, fieri fecit, . . . reparari faciant: . . . mandamus, quatinus, si est ita, . . . eosdem homines universitatum ipsarum ad reparacionem dictarum domorum indebite non compellas . . . . Dat. aput Lacumpensilem XVI. septembris III. ind.

Palacium s. Quirici.

(S. Chierico.)

550.

RA 1272 B n. 14 f. 88b. — Schulz IV 39 n. 95 (unter falschem Jahre). *Manfredonia 1271 November 30.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Cum palacium nostrum s. Quirici et capellam existentem ibidem muris fenestris et oportunis aliis reparari velimus *usw. in forma de reparacione.* Dat. aput Sypontum Novum ultimo novembris.

Castrum Rocce s. Agathes.

(Rocca S. Agatha.)

551.

RA 1274 B n. 21 f. 268ab. *Apricena 1274 November 21.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Quia presens in curia exposuisti celsitudini nostre, quod castrum Rocce s. Agathes, situm in iurisdictione tua, indiget reparari in pluribus . . ., de cuius reparacione castrorum nostrorum provisor Apulie te . . . requisivit, . . . ut ad reparacionem eiusdem castri una cum predicto provisore procedas . . ., et ad id te asseris non potuisse nec posse procedere, eo quod singule terre, que consueverunt et debent reparare castrum ipsum, in iusticiariatu Principatus et Terre Beneventane consistunt, preter tantum Rocce s. Agathes existentis in iurisdictione tua . . .: precipimus, quatinus . . ., que in eo fuerint reparanda, per magistros et alios fideles viros . . . facias extimari . . .. summam pecunie, ad quam extimacio ipsa ascenderit, inter singulas terras et loca subscripta tam iurisdictionis tue quam iusticiariatus Principatus et Terre Beneventane que castrum ipsum reparare tenentur, distribuas . . .: videlicet Gisualdum . . ., Frequentum . . ., Aquamputidam . . ., Paternum . . ., s. Mangnum . . ., Vicum . . ., Ballata . . ., Flumarium . . ., Pulcharinum . . ., Zunclum . . ., Bisacias . . ., Laquedonia . . ., Roccam s. Antunni . . ., Montem Viridem . . ., Carbonariam . . ., Marram . . ., Castellucium . . .; tenentur etiam ad reparacionem dicti castri de eodem iusticiariatu Principatus . . .: Sauvinianum et Grecum . . .;

[1]) *z. B. n. 547.*

tenetur eciam ad reparacionem eiusdem castri de iurisdictione tua: Rocca[a]) s. Agathes tantum . . . . iusticiario eiusdem provincie . . . scribas . . ., ut pecuniam ipsam . . . recolligi faciat[b]) . . . . Dat. Precine XXI. novembris III. ind.

[a]) Rocce. [b] facias.

552.

Apricena 1274 November 22.

RA 1274 B n. 21 f. 268b; inseriert: RA 1274 B n. 21 f. 224b (unten n. 553) und RA 1278 A n. 29 f. 158b bis 159b (unten n. 555).

Iusticiario Principatus. *Entsprechendes Schreiben.* Dat. Precine XXII. novembris III. ind.

553.

RA 1274 B n. 21 f. 224b. *Lucera 1275 Januar 5.*

Herberto de Aureliano iusticiario Principatus. Dudum . . . tuo . . . precessori . . . scripsisse recolimus in hec verba: *(es folgt das Schreiben n. 552)* verum quia predictus iusticiarius Capitinate celsitudini nostre presens exposuit, quod predictus precessor tuus . . . eidem iusticiario . . . scripsit, quod predicta terra Savinyani tamquam exhabitata . . . taxata non fuit, et predicta terra Greci taxata fuit . . . in unc. aur. $1\frac{1}{2}$, et deinde prius fuit ab officio iusticiariatus amotus, quam omnia alia . . . execucioni mandaret . . .: mandamus, quatinus prescriptas litteras nostras . . . exequaris. Dat. Lucerie Sarracenorum V. ianuarii III. ind.

554.

RA 1275 A n. 22 f. 61b. *Neapel 1275 November 11.*

Eidem (iusticiario Principatus). Porrecta culmini nostro universorum hominum Gisualdi, Frequenti, Aqueputide, s. Magni, Paterni et aliorum de baronia ipsius terre Gisualdi . . . peticio continebat, quod tu, actoritate mandati nostri tibi directi super reparari faciendo castro nostro Rocce s. Agathes . . ., ipsos ad faciendum in castro predicto quedam edificia de novo . . . iniuste compellis . . .: precipimus, quatinus . . . predictos homines ad aliquid novum edificium construendum in dicto castro . . . non compellas . . . . Dat. Neapoli XI. novembris IIII. ind.

555.

RA 1278 A n. 29 f. 158b bis 159b. *Neapel 1276 Juli 18.*

XVIII. iulii. Neapoli. Iusticiario Principatus.[1]) Dudum vobis per litteras domini patris nostri mandatum directum extitit continentie talis: *(es folgt n. 552)* verum quia castellanus eiusdem castri nuper nobis exposuit, quod vos partem pecunie distribute per eundem iusticiarium Capitinate in predictis terris iurisdictionis vestre . . . recollegistis . . . et ad recollectionem residue quantitatis procedere distulistis . . . et sic ad totale complementum reparationis ipsius castri procedi non potest . . .: mandamus, quatinus . . . quantitatem pecunie, que recolligenda restat, . . . recolligatis. Dat. ut supra.

556.

RA 1276/77 A n. 27 f. 62a. *Venosa 1277 Mai 20.*

Eidem (iusticiario Principatus). *Schreiben gleichen Inhaltes, wie n. 555.* Dat. Venusii XX. maii.

557.

RA 1276/77 A n. 27 f. 85b bis 86a. *S. Gervasio 1277 Juni 21.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Noverit fidelitas tua, quod magistri racionales . . . receperunt XXI mensis iunii presentis V. ind. apud s. Gervasium infrascripta puplica scripta[a]), que eis . . . destinasti.

[1] receperunt eciam . . . aliud instrumentum puplicum factum apud Trogiam IV. mensis iunii III. ind. de extimacione facta de hiis, que reparanda erant in castro Trogie, et pro quanta pecunie quantitate reparari poterant, et de distribucione pecunie . . . facta per te inter terras et loca, que castrum ipsum reparare tenentur, et de statutis super expensis super eodem opere statuendis.

[2] similiter receperunt . . . aliud instrumentum puplicum factum apud Roccam s. Agathes II. mensis iunii III. ind. de extimacione facta de hiis, que reparanda erant in castro Rocce s. Agathes, et pro

[a]) subscripta.

[1]) *Aussteller ist* Karolus primogenitus *als Generalvikar.*

quanta pecunie quantitate reparari poterant, et de distribucione pecunie . . . inter terras et loca, que castrum ipsum reparare tenentur . . ., et de statutis super faciendis expensis in eodem opere . . .: precipimus, quod, si reparacio castrorum ipsorum nondum completa est, ad totalem reparacionem eorum iuxta mandata nostra . . . procedas . . ..

Dat. aput s. Gervasium XXI. iunii V. ind.

558.

RA 1276/77 A n. 27 f. 91b. *Lagopesole 1277 Juli 28.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Intellexit excellencia nostra, quod domus castri nostri s. Agathes et ille precipue, in quibus reponuntur victualia . . ., sunt adeo discoperte, quod castellanus et servientes eiusdem castri commode in eis morari . . . non possunt, quodque Sabastianus et Hector de eadem terra s. Agathes statuti per te super reparacione dicti castri . . . pecuniam pro reparacione huiusmodi per eos receptam penes se detinent . . .: precipimus . . ., quatinus totum castrum predictum et . . . precipue domos predictas . . . facias . . . reparari . . ., compulsurus . . . dictos Sabastianum et Hectorem ad convertendum in predicta reparacione totam pecuniam per eos proinde habitam . . .. Dat. apud Lacumpensilem die XXVIII. iulii.

559. *Manfredonia 1279 Oktober 18.*

Siehe n. 545 § 2.

Palacium Salparum.

(Salpi.)

560. *Barletta 1271 Februar 7.*

Siehe n. 23 § 2.

561.

I. RA 1273 n. 18 f. 197b bis 198a. *Corato 1273 November 25.*

Iudici Nicolao Peregrino de Salpis. Cum Guilielmo de Setays militi iusticiario Capitinate . . . demus per nostras litteras expressius in mandatis, ut imponat . . . hominibus universis Salparum unc. aur. 172 tar. 18 gr. 6, que secundum extimacionem factam de mandato nostro per Thomasium de Tancredo de Fogia magistrum massarium etc. neccessarie sunt pro reficiendo et reparando palacio Salparum et domibus aliis curie nostre circumadiacentibus eidem palacio, que nuper combuste fuerunt per homines terre ipsius, et velimus, quod pecunia ipsa expendatur in eodem opere per te una cum aliquo probo et fideli viro ordinando per ipsum Thomasium loco sui: . . . (mandamus), quatinus . . . una cum predicto nuncio predicti magistri massarii . . . recipias a memorato iusticiario predictam pecuniam et expendas fideliter una cum ipso pro neccessariis operis supradicti. in quo predicto opere sic te et predictum nuncium diligenter . . . procedere volumus, quod ipsum palacium et domus adiacentes eidem reficiantur celeriter, bono ac debito modo fulciantur ac oportunis omnibus reparentur . . .. in predicto opere eciam sic celeriter et instanter laborari volumus, ut, quam primum nos per terram ipsam transire contigerit, possimus in dicto palacio congrue hospitari . . .. Dat. Caurati XXV. novembris II. ind.

II. RA 1273 A n. 18 f. 198a.

Thomasio de Tancredo magistro massario Basilicate. *Entsprechendes Schreiben.* Dat. Caurati XXV. novembris II. ind.

562.

I. RA 1274 B n. 21 f. 261b. *Lagopesole 1274 September 10.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Exposuerunt excellentie nostre universi homines Salparum fideles nostri, quod cum ipsi palacium nostrum, quod est extra terram ipsam, quod olim combustum extitit, et domus eidem adiuntas in omnibus, quibus reparatione egebant, integre et totaliter fecerint reparari, ut dicunt, tu quandam quantitatem pecunie, que recolligenda remansit de summa extimacionis reparacionis ipsorum palacii et domorum olim facte per magistrum massarium Basilicate et Terre Bari . . .,

nunc ab eisdem exigis minus iuste, et nichilominus idem magister massarius compellit ipsos, ut domum marestalle, que facta fuit olim per comitem Gualterium de Monuppello a) post mortem quondam Frederici olim Romanorum imperatoris, ad cuius reparacionem nunquam deputati fuerunt, ut dicunt, nec eam consueverunt aliquo tempore reparare, reparari faciant in eorum grave dispendium et iacturam: super quo ... mandamus, quatinus ... prefatos supplicantes occasione dicti residui non molestes .... Dat. aput Lacumpensulem X. septembris III. ind.

a) Monuppo; *im entsprechenden Schreiben n. II:* Manuppello.

II. RA 1274 B n. 19 f. 125a.

Magistro massario Basilicate. *Entsprechendes Schreiben.* Dat. aput Lacumpensulem X. septembris III. ind.

563.

RA 1274 B n. 21 f. 292a. *Lagopesole 1275 August 8.*

Eidem iusticiario (Capitinate). Exposuit excellencie nostre P. venerabilis Salpensis a) episcopus ..., quod quondam Fredericus olim Romanorum imperator hedificari fecit quoddam palacium prope Salpas super muros et tenimentum ecclesie s. Cosme et Damiani site in terra et pertinenciis Salparum ad suam ecclesiam pertinentis. quod tenimentum valebat eidem ecclesie, sicut dicit, unc. aur. 30, de quo per ipsum quondam imperatorem seu per alios non fuit predicte Salpensi ecclesie in pecunia vel equivalenti excambio, prout asserit, aliquatenus satisfactum: supplicantes igitur, sibi pro parte sue ecclesie super hoc per nostram celsitudinem provideri, nosque volentes de predictis omnibus diligencius veritatem inquiri: ... mandamus, quatinus tu personaliter inquiras et, si personaliter interesse nequiveris, per iudicem et assesorem tuum inquiri facias diligenter per homines fidedignos et rei cognoscos b), si predictus quondam Fredericus hedificari fecit predictum palatium prope Salpas super muros et tenimentum ecclesie s. Cosme et Damiani site in terra et pertinenciis Salparum ad Salpensem ecclesiam pertinentis, et quantum predictum tenimentum valebat eidem ecclesie, et si per eundem quondam Fredericum vel alios in pecunia seu aliquo excambio fuit eidem Salpensi ecclesie vel alicui pro parte ipsius alias provisum exinde seu aliquatenus satisfactum. et quicquid inde inveneris, fideliter in scriptis redactum sub sigillo tuo magistris racionalibus magne nostre curie debeas destinare; cautius existens, ne aliud, quam quod de premissis scrisseris c) et miseris, ullo umquam tempore per alium valeat inveniri. Dat. aput Lacumpensulem VIII. augusti III. ind.

a) Salpellensis. b) *so Reg.* c) *so Reg.*

Castrum Troye.

(Troia.)

564.

RA 1273 A n. 18 f. 9b. *vor Lucera 1269 Juni 12.*

Scriptum est baiulis Troge, ut ad requisicionem Gaufridi Forrarii exhibeant pecuniam necessariam pro domibus castri Troge reparandis .... Dat. in obsidione Lucerie XII. iunii XII. ind.

565.

RA 1269 B n. 4 f. 182b. *vor Lucera 1269 Juni 23.*

Secreto Apulie. ... mandamus, quatinus ad requisitionem Gaufridi Forretti 1) ... domos castri nostri Troie, ad quod in brevi ... proponimus dirigere gressus nostros, ... refici et reparari facias singulis oportunis .... Dat. in obsidione Lucerie XXIII. iunii XII. ind.

566.

RA 1271 B n. 10 f. 190a bis 191b. *zwischen 1269 April 13 und September 2)*

... Matheus Rufulus de Ravello ... presentatus coram ... camerario et ... magistris racionalibus ... ad ponendum racionem de officio secretie et magistri portulanatus Apulie, quod olim anno XII. ind.

1) *In der gleichzeitigen Randnote:* pro Gaufrido Forrerio. 2) *[illegible]*
Frist. Wann die Abrechnung erfolgte, ist nicht bestimmt zu sagen. [illegible]
Vgl. Durrieu I 209 und II 56.

... et mense septembris XIII. ind. ... exercuit, ... ostendit ..., se solvisse ...: *[1]* ... mag. Iohanni carpenterio pro faciendis 100 hostiis et totidem fenestris in palacio nostro vivarii s. Laurencii tabulas 400, lattones 4, de clavis crossis degalatra 11, de clavis parvis 8000, et clavos, qui dicuntur feminelle, 60, empta, computata delatura et mercede soluta[a]) 8 magistris pro laborando in eodem palacio[1]), ... pro unc. 38 tar. 13 gr. 15. *[2]* item Melio de Fogia statuto super expendenda pecunia pro opere cappelle[2]) predicti vivarii solutas et assignatas fuisse ei pro eodem opere ... unc. 12, et de calce ... salmas 65, et pro extrahenda eadem calce de calcariis oneranda in curribus et deferenda ad predictum opus cappelle unc. 2 tar. 27 gr. 15. *[3]* et predicto mag. Iohanni carpenterio pro edificio dicte cappelle[3]) trabes de abyete diversarum manerierum 154, trabes de zappino 8, palaganas 2800, tabulas crossas de symmia 150, et tabulas serraticias 100, de centris diversarum manerierum 58000, et scernaturas 30000, emptas et delatas ... pro unc. 188 tar. 1. *[4]* item diversis magistris muratoribus et carpenteriis ... pro reparacione diversorum domorum castri Troie, quas ad extaleum reparaverunt, ... unc. 98 tar. 15; et pro refectione seu opere turris eiusdem castri Troie unc. 20 .... Dat. [4]).

[a]) soluto.

567.

I. RA 1274 B n. 21 f. 253b bis 254a. *Monteforte Irpino 1275 Juni 29.*

Eidem iusticiario (Principatus). *Schreiben gemäß n. 130 I § 2.* Dat. apud Montemfortem XXVIIII. iunii III. ind.

II. Siehe n. 139 I § 2.

568.

S. Gervasio 1277 Juni 21.

Siehe n. 557 § 1.

569.

RA 1281 B n. 42 f. 42a. *Melfi 1280 September 20.*

Eidem (iusticiario Capitinate). Quia Petrus de Verberiis castellanus castri nostri Troye maiestati nostre nuper exposuit, quod Iohannes de Hugone et quondam Matheus de Bonadya statuti expensores reparacionis eiusdem castri bonam quantitatem pecunie receperunt pro reparacione ipsa et, castro ipso non reparato, pecuniam penes eos retinuerunt et in usu proprio converterunt in curie nostre dapnum; volentes[a]) a predicto Iohanne de Hugone et herede predicti quondam Mathei de Bonadia debitam recipi racionem: ... precipimus, quatinus ... cuilibet ipsorum ... precipias, quod, quamprimo erimus Fogie, quo in principio proximo futuri mensis octobris gressus nostros dirigere ... disponimus, cum cautelis et aliis racionibus eorum ... coram magistris racionalibus etc. se presentent posituri ... racionem et satisfacturi de eo, in quo inveniuntur curie nostre teneri .... Dat. Melfie XX. septembris VIII. ind.

[a]) *Darauf im Register* quod, *was die Konstruktion stört.*

[1]) *Über die 8 magistri vgl. n. 13.* [2]) *Dies geschah am 13. April 1269. Vgl. n. 8 I.* [3]) *Vgl. n. 14 und n. 16.* [4]) *Im Register ist eine Lücke gelassen für das Datum.*

Nachträge und Verbesserungen.

Seite 6 ist nach n. 17 einzuschieben: **17ª.** *Zwischen 1269 April 13 und September.*
Siehe n. 566.

Seite 10 n. 39 ist zur Signatur nachzutragen: *Del Giudice III 63 n. 26.*

Seite 18 n. 76 ist an Stelle von ministerio *die Lesart* misterio *(= métier) beizubehalten.*

Seite 28 n. 112 lies: Valernia *statt* Valervia.

Seite 71 n. 246 ist zur Signatur nachzutragen: *AP vol V n. 377 (olim arc. H maz. 68 n. 15). Orig. membr. — Auszüge: SM I 160 n. 7. Schulz IV 66 n. 169.*

Seite 71 ist nach n. 246 nachzutragen: **246ª.** *Melfi 1278 Juli 10.*
Siehe Castrum Melfie *unter diesem Datum.*

Seite 71 n. 247 lies: Silvestrum *statt* Silurum.

Seite 72 ist nach n. 248 nachzutragen: **248ª.** *Lagopesole 1278 Juli 21.*
Siehe Castrum Melfie *unter diesem Datum.*

Seite 76 n. 268 lies: jusques *statt* j'usques.

Seite 82 n. 288 lies: jusques *statt* j'usques.

Seite 103 n. 343 lies: continentia *statt* continentio.

Druck von Oscar Brandstetter in Leipzig











